










encl. get. 78.

ANALECTA HYMNICA

MEDII AEVI.

Herausgegeben

von

Clemens Blume und Guido M. Dreves.

XXX.


PIA DICTAMINA.

Reimgebete und Leselieder

des

Mittelalters.

Dritte Folge.



Leipzig.

O. R. Reisl and.

1898.

PIA DICTAMINA.

Reimgebete und Leselieder

des

Mittelalters.

Dritte Folge.

Stunden- und Glossen-Lieder

herausgegeben

von

Guido Maria Dreves

S. J.



Leipzig.

O. R. Re i s l a n d.

1898.



JUN - 8 1938

10810

VORWORT.

Den Inhalt dieses Bandes bildet eine doppelte Gruppe von Reimgebeten, die ich Stunden- und Glossenlieder benenne, und von denen jene nach Analogie der liturgischen Hymnen auf sieben oder acht Tagzeiten (je nachdem die Laudes von der Matutin getrennt erscheinen oder nicht) verteilt sind, während diese irgend eine bekannte Gebetsformel zum Vorwurfe einer umschreibenden oder erweiternden poetischen Glosse machen, so indes, daß der Text des paraphrasierten Gebetes wörtlich in den des glossierenden Gedichtes aufgenommen wird. Lieder, die sich bloß inhaltlich an den Gedankengang eines anderen prosaischen oder poetischen Gebetes anlehnen — ein Beispiel siehe Mone II, 126 — sind in den Begriff des Glossenliedes nicht einzubeziehen.

Die Stundenlieder zerfallen in größere und kleinere, je nachdem auf die einzelnen Tagzeiten ein ganzer Hymnus oder nur eine Strophe eines Liedes entfällt.

Um thunlichst alle Lieder beider Gattungen zusammenzustellen, sind einige bereits bei Mone, Daniel u. a. vorhandene Lieder nicht ausgeschlossen worden. Dagegen glaubte ich, von Stundenliedern zurückstellen zu sollen die Anselm von Canterbury, Petrus Damiani, Bonaventura, gleichviel ob mit Recht oder Unrecht, zugeschriebenen (vgl. Mone II, Nr. 422–429; 574–578; I, 84–91; II, 433–443); von Glossenliedern zwei über das *Salve regina* von Bonaventura und Hieronymus von Monsee, (letzteres ungedruckt, ersteres Opp. XIII, 350) und zwei über das *Ave Maria* von Petrus Damiani und Guillaume de Deguiville, (ersteres Opp. IV, 10, letzteres noch ungedruckt).

Nicht als Stundenlieder sind zu betrachten das bekannte „*Iesu dulcis memoria*“, ein Rosarium, dem Heinrich Seuse die Hymnen zu seinem *Cursus aeternae sapientiae* entlehnt hat (vgl. Mone I, 329), sowie das Lied „*Omnibus consideratis*“, das bisweilen, doch nur äußerlich, auf sieben Tagzeiten verteilt erscheint. Auch aus dem Reimofficium Anal. XXVI, Nr. 92 ist ein Stundenlied mit dem Anfange *Sinceri pueri etc.* gebildet (vgl. Anal. XXVI, S. 267). Ähnlich ist aus drei Hymnen auf Franziskus von Assisi das Horenlied bei Mone III, 303 zusammengestoppelt.

Von Glossenliedern sind zwei bereits Anal. XV, 113 und 114 mitgeteilt. Unter den Gedichten Konrads von Gaming finden sich vier (Anal. III, 35, 37, 38, 40), unter denen des Ulrich Stöcklin drei Glossenlieder (Anal. III, 177; IV, 45 und Mone II, 225), von denen eines bei seinen Psalterien nachzutragen sein wird.

Glossenlieder, namentlich über das Ave Maria, kommen aber nicht bloß unter den Reimgebeten, sondern auch unter den *Cantiones* vor. Verwiesen sei auf Anal. I, 50, 93, 94; II, 126, 151; XX, 176, 179. Unter den Hymnen findet sich ein einziges Beispiel Anal. IV, 53, das vielleicht noch Entlehnung ist. Mehrere Fälle dagegen begegnen uns unter den Sequenzen; so Anal. IX, 74; X, 138; Mone II, 112, 216, 218, 228.

Wien, den 19. März 1898.

Guido Maria Dreves.

I.

STUNDEN-LIEDER.

BQ
5253
A5
v.30

1. De sanctissima Trinitate.

Ad Matutinum.

1. Quicumque vult animam
firmiter salvare,
Trinitatis gloriam
debet implorare,
Tres personas credere,
ipsas honorare,
Unum Deum dicere,
solum adorare.

Ad Primam.

2. Trinitatem credimus:
summum genitorem,
Sanctum eius filium,
nostrum redemptorem,
Spiritum paraclitum,
gratiae datorem;
Unum tamen dicimus
Deum creatorem.

Ad Tertiam.

3. In patre potentia
cuncta denotatur,
Nato providentia
omnis declaratur,
Universa bonitas
paraclito datur,
Qui cum patre, filio
simul adoratur.

Ad Sextam.

4. Patris beneplacito
filius est datus,
Est de sancto spiritu
de virgine natus,
Crucifixus, mortuus
atque tumulatus,
Resurgens a mortuis
caelo sublimatus.

Ad Nonam.

5. Vox a patre resonat
super baptizatum,
Ipsium vocans filium
dilectum et gratum,
In columbae specie
spiritum monstratum
Credimus super Iesum
et caelitus datum.

Ad Vesperam.

6. A se patrem credimus,
tamen generavit
Filium, de lumine
lumen resultavit,
Procedentem spiritum
uterque spiravit,
Neuter horum genuit
ipsum vel creavit.

Ad Completorium.

7. Et per ipsum erimus
omnes iudicati,
Beati ad gloriam
aeternam vocati,
Ad poenas perpetuas
mali condemnati,
Haec omnia credere
tenentur beati.

Conclusio.

8. Has horas sic recale,
ut in trinitate
Veneretur unitas,
et in unitate
Honoretur trinitas
in proprietate;
Quisque debet credere
hoc cum firmitate.

Orat. ms. S. Felicis Gerunden. s. n. saec. ^{14/15}. A. — Horas de Nuestra Señora imp. in Caragoça 1534. B — Horae BMV. sec. usum Romanum imp. Barcinonae 1572. C. — 1, 1 animas A. — 6, 1 Et te patrem A. — 6, 6 nostrumque A. — 8, 2 et in trinitate A.

2. De sanctissima Trinitate.

Ad Matutinum.

1. Quicumque vult animam
firmiter salvare,
Tres personas credere,
ipsas honorare
Tenetur et iugiter
precibus orare,
Unum Deum dicere,
solum adorare.

Ad Primam.

2. Trinitatem credimus:
sumum genitorem,
Sanctum eius filium,
nostrum redemptorem,
Spiritus paraclitum,
gratiae datorem;
Unum tamen dicimus
Deum creatorem.

Ad Tertiam.

3. A se patrem credimus,
cum hunc generavit
Filium, de lumine
lumen resultavit,
Procedentem spiritum
uterque spiravit,
Nullus horum genuit
ipsum vel creavit.

Ad Sextam.

4. Vox ad patrem pertinet,
super baptizatum
Quae sonavit filium
humanae vocatum
Naturae susceptio,
columbae volatum
Credimus et speciem
paraclito datum.

Ad Nonam.

5. In patre potentia,
cuncta denotatur,
Filio prudentia
omnis declaratur,
Gratia paraclito
universa datur,
Qui cum patre natoque
conglorificatur.

Ad Vesperas.

6. Voluntate filius
patris incarnatus
Est de spiritu sancto,
de virgine natus,
Crucifixus, mortuus
atque tumulatus,
Resurgens discipulis
caelis sublimatus.

Ad Completorium.

7. Et per ipsum erimus
omnes iudicati,
Beati ad gloriam
aeternam vocati,
Ad poenas perpetuas
mali condemnati,
Haec omnia credere
tenentur beati.

Conclusio.

8. Has horas sic recolo,
ut in trinitate
Veneretur unitas,
et in unitate
Honoretur trinitas,
atque pietate
Faciatur me credere
hoc cum firmitate.

Orat. ms. Iuliani Regini saec. 15. Cod. Parisien. 757. A. — Col
Carolsruhan. Augien. 36. B. — 1, 4 pares honorare B. — 4, 3 filius A. — 4, 3
sq. Constr: [ad] filium vocatum [pertinet] humanae naturae susceptio. —
6, 1 sq. patris filius B. — 7, 7 sq. tenentur credere A. — Str. 8 fehlt B,
statt dessen nur:

Has horas tibi recolo, trinitas beata,
Ut mea tibi anima post mortem fiat grata.

Dieses Lied findet sich auch in Orat. ms. Burloocene saec. 15. Cod. An-
holtin. 9.

3. De sanctissima Trinitate.

Ad Matutinum.

- | | |
|---------------------------|---------------------------|
| 1. Deus de nullo veniens, | 2. Tu nostrum desiderium, |
| Deus de Deo prodiens, | Tu sis amor et gaudium, |
| Deus ab his progrediens, | In te nostra cupiditas |
| In nos veni subveniens. | Et in te sit iucunditas. |
3. Pater, cunctorum domine,
Cum genito de virgine
Intus et in circuiui
Nos rege sancto spiritu.

Ad Laudes.

- | | |
|-----------------------------|------------------------------|
| 1. Trinitas, lumen luminum, | 2. Ex te mens nostra fulgeat |
| Illuminatrix hominum, | Et in te vota compleat, |
| Tuam similitudinem | Ad te per te nos dirigat, |
| Conformans ad imaginem. | Credens, sperans te diligat. |
3. Patri sit benedictio
Cum coaeterno filio,
Benedictus sanctus spiritus
Et nos in ipso caelitus.

Ad Primam.

- | | |
|----------------------------|----------------------------|
| 1. A patre prodit genitus, | 2. Ex quo nostra condicio, |
| Ab utroque paraclitus, | Per quem nostra redemptio, |
| In his est una deitas, | In quo nostra remissio, |
| Quam laudat universitas. | Cum hoc fruamur gaudio. |
3. Genitori sit gloria,
Redemptori victoria,
Consolatori gratia
Nobisque per hunc venia.

Ad Tertiam.

- | | |
|----------------------------|------------------------------|
| 1. Trinitas, salus omnium, | 2. Fac nos ex fide vivere, |
| Cor sana male saucium, | Per spem fac sursum tendere, |
| Concede nobis veniam | Et caritatis geminae |
| Per septiformem gratiam. | Fac nos vestiri tegmine. |

3. Trinitati sit gloria,
Laus, decus et potentia,
Quae sua nobis gratia
Concedat caeli gaudia.

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Caelestium rex agminum,
Fili, redemptor hominum,
Consolator maerentium,
Fer miseris solacium. | 2. O veneranda trinitas,
Tua nobis benignitas
Succurat, ne fragilitas
Nos trahat ad res vetitas. |
| 3. Trinitati, quam credimus,
Adoramus et colimus,
Sit gratiarum actio,
Salus et benedictio. | |

Ad Nonam.

- | | |
|---|--|
| 1. Memento, sancta trinitas,
Quod tua fecit bonitas
Creando primum hominem,
Recreando per sanguinem. | 2. Nam quod creavit unitas,
Redemit Iesu caritas
Patiendo, tunc diligens,
Nunc diligit nos erigens. |
| 3. Trinitati sit gaudium,
Pax, virtus et imperium,
Decus, omnipotentia,
Laus, honor, reverentia. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. O Deus, sancta trinitas,
De quo sanctorum sanctitas,
Te laudantes sanctifica
Donando nobis caelica. | 2. Trinitas individua,
Nos tua lux perpetua
Et a damnatis segreget
Et cum beatis aggreget. |
| 3. Sit tibi, sancta trinitas,
Decus, honor, sublimitas,
Potestas, dominatio,
Maiestas, collaudatio. | |

Ad Completorium.

- | | |
|---|---|
| 1. Genitor ineffabilis,
Eius proles amabilis,
Paraclitus consimilis,
Memento vitae fragilis. | 2. Ex te vitae principium,
Per te vitae remedium,
In te vitae solacium,
Da nobis vitae praemium. |
| 3. Patri cum unigenito
Et spiritu paraclito
Sit maiestas et gloria,
Potestas et victoria. | |

Orat. ms. saec. 14/15. Cod. Bruxellen. 10812—16. A. — Brev. ms. Palat. Vindobonen. 4005 saec. 15. B. — Cod. Palat. Vindobonen. 4096 saec. 15. C. — Orat. ms. Tegurinum anni 1467. Clm. Monacen. 19991. D. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. E. — Cod. S. Petri Salisburgen. bII 24 anni 1538. F. — Aufschrift: *Cursus de beatissima trinitate* C. — Ad Matut. 3, 4 Nos rege cum B. — Ad Prim. 1—3 fehlen D. — 1, 1 A patre procedit BC. — Ad Tertiam. 2, 4 vellere F. — Ad Non. 2, 4 eruens B. — Ad Vesp. 1, 1 O decus F. — 1, 2 De qua F. — 3, 4 Maiestas fehlt F. —

Die meisten dieser Lieder stehen auch in Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carlsruhe. Aug. 36 (daraus bei Mone I, 23 ff). Dieselben sind aber hier nicht zu einem Kursus verbunden und stehen in anderer Reihenfolge. Es seien deshalb hier die Abweichungen des Augiensis nachgetragen:

Ad Matutin. 2, 2 amor atque gaudium. — Nach Str. 3 folgt noch, obschon Str. 3 Doxologie ist:

4. Regendo clemens corrige
Et corrigendo dirige,
Dirigendo nos erige
Et cum electis (nos) collige.

Ad Laudes. 1, 2 Illuminator. — 1, 4 Reformans. — Zwischen Str. 2 und 3 ist der Hymnus ad Tertiam ohne Doxologie eingeschoben.

Ad Primam. 2, 4 Erit et gloriatio. — Zwischen Str. 2 und 3 eingeschoben:

Vitam sanctis repositam
Ob artam vitae semitam
Praestes nobis gratuito,
Quam non debes ex merito.

Ad Tertiam. 1, 2 Morbos sana languentium. — Str. 3 fehlt. Vgl. das oben ad Laudes Bemerkte.

Ad Sextam. 2, 2 Nobis tua. — 3, 4 Honor et benedictio. — Zwischen Str. 2 und 3 eingeschoben:

Caventes a prohibitis
Utamur bene licitis,
Ut gaudeamus gaudio
Quo caeli gaudet contio.

Ad Nonam. Ist in der Hs. angehängt an den Hymnus ad Matut. — 1, 2—4 fehlen. — 2, 1 fehlt. — 2, 2 Christi caritas. — Statt Str. 3 nur: Decus omnipotentia, Laus et magnificentia.

Ad Vesperas. 1, 2 De qua. — 2, 2 Tua nos lux. — 2, 3 Et fehlt. — 3, 2 Laus honor. — Zwischen Str. 1 und 2 eingeschoben;

Trinitas immutabilis	Cuius in nobis munera
Et unitas laudabilis,	Illa conservet dextera,
Instantes tuis laudibus	Quae benedicit credulos,
Veris dita muneribus.	Reprobabit incredulos.

Ad Completorium. 1, 2 Ipsius proles parilis. — 1, 3 Paraclite. — Zwischen Str. 1 und 2 eingeschoben:

Proni sumus et labiles
Et ad peccandum fragiles,
Tua misericordia
Nos salvet a miseria.

Die Reichenauer Handschrift hat a. d. O. noch zwei weitere Hymnen, augenscheinlich von demselben Verfasser, die in dem Kursus nicht verwertet sind, nämlich *Pater, fili, paraclite* und *Pater, creator omnium*.

4. De sancto Spiritu.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Veni, creator spiritus,
Praecordiorum intima
Et visita divinitus
Ac doce suavissima. | 2. Nostris infusus cordibus
Sensum redde pervigilem,
A cunctis purga sordibus
Cor, mentem da et humilem. |
| 3. Mores, actus, eloquia
Tua rege potentia,
Virtutum affluentia
Sit munda conscientia. | |

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Lux surge nobis aurea,
Superni iubar luminis,
Corda redde aetherea
Virtute tui numinis. | 2. Veni, largitor munerum,
Solator suavissime,
Nostrum sis memor pauperum,
Spes, vita, salus animae. |
| 3. Tu largitas melliflua,
Da gratiam petentibus,
Suavitas largiflua.
Instilla nectar mentibus. | |

Ad Primam.

- | | |
|---|---|
| 1. Fons vitalis, caritas,
Caritatem cordibus
Da, lux mentalis, claritas,
Infunde lumen sensibus. | 2. O quam salubris unctio,
Quae menti dat tripudium,
Per quam fluit compunctio,
Salus, perrenne gaudium. |
| 3. Virtutum pater optime,
Tu visita nos iugiter,
Ut videndo sanctissime
Te laudemus perenniter. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 1. Nunc sancte nobis spiritus
Devotionis gratiam
Infunde, lumen caelitus,
Virtutum abundantiam. | 2. Compunctionis fluvium,
Da gaudium cum gloria,
Uctionis convivium
Post intima suspiria. |
|--|--|

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Rector potens, qui cordium
Meridiem sic instruis,
Amoris igne sordium
Caliginem qui destruis, | 2. Aestum fuga luxuriae,
Litis et immunditiae,
Ut nos conformes gratiae
Heredes simus gloriae. |
|---|---|

Ad Nonam.

- | | |
|---|--|
| 1. Rerum causa efficiens,
Implens et regens omnia,
Fons vivus indeficiens,
Nos recreans inebria. | 2. Astantes tuis laudibus
Nos visita continuo,
Sacris pleni virtutibus
Ut vivamus perpetuo. |
|---|--|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Veni, pater orphanorum,
Veni pie, ne moreris,
Veni, pater egenorum,
Et egenum consoleris. | 2. Veni, sacrum pneuma, veni,
Perfla suavissime
Velut auster flatu leni
Hortum meae animae. |
| 3. Et a vitiis emunda,
Ut sic sanctis moribus,
Plena sit atque fecunda
Et virtutum floribus. | |

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Te lucis ante terminum,
Precamur, sanctum spiritum,
Ut custos clementissime
Sis corporis et animae. | 2. Procul pelle daemonia,
Polluta fuge somnia,
Et universa noxia,
Quae mens abhorret anxia. |
| 3. Sit nobis in te requies,
Quietam noctem tribue,
Lux mentis et meridies,
Dies lucis perpetuae. | |

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3.

5. De sancto Spiritu.

Ad Matutinum.

1. Nobis sancti spiritus
gratia sit data,
De qua virgo virginum
fuit obumbrata,
Cum per sanctum angelum
fuit salutata,
Verbum caro factum est,
virgo fecundata.

Ad Tertiam.

3. Suum sanctum spiritum
Deus delegavit,
In die pentecostes
ipsos confirmavit
Et de linguis igneis
ipsos inflammavit,
Relinquere orphanos
ipsos denegavit.

Ad Primam.

2. De virgine Maria
Christus fuit natus,
Crucifixus, mortuus
atque tumulatus,
Resurgens discipulis
fuit demonstratus
Et ipsis cernentibus
caelis elevatus.

Ad Sextam.

4. Septiformem gratiam
tunc acceptaverunt,
Quare idiomatica
cuncta cognoverunt,
Ad diversa climata
mundi recesserunt
Et fidem catholicam
tunc praedicaverunt.

Ad Nonam.

5. Spiritus paraclitus
fuit appellatus
Donum Dei, caritas,
fons vivificatus,
Spiritalis unctio,
ignis inflammatus,
Septiformis gratiae
charisma vocatus.

Ad Vesperas.

6. Dextrae Dei digitus,
virtus spiritalis
Nos defendat, eruat
ab omnibus malis,
Ut nobis non noceat
daemon infernalis,
Protegat ac nutriat,
foveat sub alis.

Ad Completorium.

7. Spiritus paraclitus
nos velit iuvare,
Gressus nostros regere
et illuminare,
Ut, cum Deus venerit
omnes iudicare,
Nos velit ad dexteram
suam appellare.

Conclusio.

8. Has horas canonicas
cum devotione
Tibi, sancte spiritus,
pia ratione
Dixi, ut nos visites
inspiratione,
Ut vivamus iugiter
caeli regione.

Orat. ms. Flandricum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 50. A. — Orat. ms. Mediolanense saec. 15. Cod. Rossian. VIII 35. B. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 13. C. — Horae B. M. V. sec. usum Praedicatorum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 10. D. — Horarium ms. Flandricum saec. 15. Cod. Rossian. VIII. 4. E. — Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruban. Aug. 36 dreimal: 1) fol. 32 F; 2) fol. 40 a. G; 3) fol. 68 a. H. — Heures a l'usage de Romme imp. Parisiis [Hardouyn] s. a. [1516] I. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis [Kerver] 1519. K. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis [Vostre] s. a. [1508]. L. — Officium B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis [Kerver] 1501. M. — Heures a l'usage de Romme imp. Parisiis [Poytevin] 1502. N. — Officium B. M. V. imp. Venetiis [Marcolini] 1545. O. — Horae B. M. V. ad normam antiquae professionis Carmelitarum imp. Venetiis 1585 P. — Hortulus animae imp. Maguntiae [Schöffler] 1511. Q. — Orat. ms. S. Felicis Gerunden. saec. 14/15. Cod. S. Felicis s. n. R. — Horas de Nuestra Señora imp. in Çaragoça 1534. S. — Horae B. M. V. sec. usum Romanum imp. Barcinonae 1572. T.

Str. 1 fehlt C. — 1, 1 Mihi sancti G. — 1, 6 erat salutata G. — 1, 7 factum est fehlt B. — 1, 8 virgo fehlt B. — 2, 1 De virgine filius B; Virgine de filia F. — 2, 2 pater fuit natus F; filius fuit natus GH. — 2, 5 fuit discipulis C. — 2, 6 suis demonstratus B; suis fuit demonstratus GH. — 2, 8 caelos CF; oculis elevatus O. — 3, 1 Sumum sanctum B; Cum sanctum C; De caelo discipulos F; Spiritum paraclitum G. — 3, 2 Deus visitavit F. — 3, 3 In die sancto p. B; Suum sanctum spiritum F. — 3, 4 ipsos informavit GH; suos confirmavit IK; apostolos confirmavit CDO; eis delegavit F. — 3, 5 atque linguis GH; In die pentecostes F. — 3, 6 eos inflammavit BGH; ipsos confirmavit G. — 3, 7 Orphanos relinquere F. — 3, 8 eos denegavit CDGHIK; omnino denegavit O. — Str. 4 ad Nonam, 5 ad Sextam B. — 4, 1 Septiformis DGHO. — 4, 2 acceperunt C. — 4, 3 De qua ideomata G; ydeomata CE. — 4, 5 Ad diversa mundi CDO. — 4, 6 mundi B; climata recesserunt CDO. — 4, 8 tunc fehlt B. — 5, 1 paraclitus O. — 5, 2 fuit fehlt B. — 5, 3 Domum Dei C; Dei digitus GH. — 5, 5 Spiritalis caritas GH. — 5, 7 gratia FIK. — 5, 8 chrismaque vocatus O; charisma beatus B. — 6, 1 Dexteræ BO. — 6, 3 Me defendat G. — 6, 4 omnibus a malis F; ex malis GH. — 6, 5 Ut mihi non G. — 6, 7 ac

fehlt E; Protegat et foveat F; Protegat, eripiat B; Sed protegat, nutriat CD; Sed protegat, foveat IK. — 6, 8 nutriat sub alis FIK. — Str. 7 fehlt BF. — 7, 1 paracletus O. — 7, 2 me velit G. — 7, 3 Mentem visere, regere F. — 7, 4 et fehlt F. — 7, 5 cum iudex venerit F. — 7, 7 Me velit G. — 7, 8 suam collocare FGH. — 8, 3 Summe sancte G; Summe sancte H. — 8, 5 Dixit I; ut eos visites D; Decantavi dulciter F; Tua fac recolere GH. — 8, 6 miseratione FGH. — 8, 7 Et vivamus CDO; Sed vivamus A; Atque nos illumines H; Meque tu illumines G; Me aeterna illumines F. — 8, 8 In caeli BI; illustratione FGH.

H bemerkt an erster Stelle: Has horas canonicas de spiritu sancto compilavit papa Iohannes et indulgentiis eas dotavit; an dritter Stelle: Hoc officium sancti spiritus composuit papa Benedictus; jener der XXII. dieser der XII.

6. Septem Horulae operum divinarum septemplexes.

I.

Ad Matutinum.

1. Pater Iesum generavit
Divina ex essentia,
Sanctum spiritum spiravit,
Creavit cuncta entia,
Iesus caelum decoravit
Angelica praesentia.

Ad Primam.

2. Iesus praemia donavit
Praecongrua spiritibus,
Pravos damnans confirmavit
Cum caeli pios dotibus,
Protoplaustos superavit
Satan pravis affatibus.

Ad Tertiam.

3. Iesus mundum subiugavit
Divinis gubernaculis,
Patrum chorum praelegavit
Mirificis miraculis,
Quibus se praeuntiavit
Veridicis oraculis.

Ad Sextam.

4. Ex Aegypto liberavit
Iesus plebem Iudaicam
Et in Sina promulgavit
Iustam legem Mosaicam,
Pios salvans castigavit
Per vim malos Chaldaicam.

Ad Nonam.

5. Iesus totam conservavit
Mariam sincerissimam,
Ioseph iusto copulavit
Ut sponsam praeclarissimam,
Voto cunctis praerogavit
Ut virginem firmissimam.

Ad Vesperas.

6. Pater virgini legavit
Divinam fortitudinem,
Quem nascendum nuntiavit
Iesum pellens formidinem,
Sanctum pneuma fecundavit
Consentientem virginem.

Ad Completorium.

7. Iesus vatem exaltavit
Mariae ministerio,
Pater vatis exsultavit
Salutis pro mysterio,
Ioseph angelus firmavit
Caelesti magisterio.

II.

Ad Matutinum.

1. Iesus nocte pauper natus
De virgine homuncio,
Fit pastoribus delatus
Angelico ex nuntio,
Bethlehem praesepti datus,
Quem laudat caeli contio.

Ad Primam.

2. Iesus sanctus praeputatus
Octavo fit [in] lumine,
Priscis aequus sublimatus
Salvifico sic nomine,
In salutem nobis datus
Hanc capit fuso sanguine.

Ad Tertiam.

3. Iesus magis declaratus
Splendenti novo sidere
Honoratur, adoratur
Triformi ab his munere,
Regum chorus informatus
Novo redit itinere.

Ad Sextam.

4. Iesus pauperum oblatus
Est patri sacrificiis,
Quem amanter amplexatus
Est senex sanctis brachiis
Prophetarumque laudatus
Condigne fit officiis.

Ad Nonam.

5. Iesus fugax est moratus
Aegypto exsilio,
Innocentum grex mactatus
Herodis fit imperio,
Post quod Iesus fit relatus
Angelico consilio.

Ad Vesperas.

6. Iesus templo occupatus
Parentibus fit insciis,
Non inventus, vestigatus,
Quaesitus cum tristiciis,
Fit in templo declaratus
Et subditus nutriciis.

Ad Completorium.

7. Iam tricennis baptizatus
Iordanis Iesus flumine,
Dei natus declaratus
Fit patris clarus famine
Et columba demonstratus
Fit plenus sancto flamine.

III.

Ad Matutinum.

1. Iesus eremo moratus,
Adfigens se ieiunio,
Est tripliciter temptatus
Famescens a daemonio,
Qui devictus confutatur
Scripturae testimonio.

Ad Primam.

2. Dum ad nuptias vocatur
Iesus sua potentia,
Aqua vinum fit, monstratur
Hinc eius praeminentia,
Virginis cum postulatur
Compassae diligentia.

Ad Tertiam.

3. Iesu contio vocatur
Virtute apostolica,
A quo nova promulgatur
In mente lex catholica,
Sed et turba informatur
Doctrina parabolica.

Ad Nonam.

5. Daemon hydropis fugatur,
Cum febre lepra pellitur,
Vita, sensus, vox donatur
A Iesu, motus redditur,
Panis multis procreatur
Sedatur mare, teritur.

Ad Sextam.

4. Quae doceret, operatur
Utrisque in temporibus,
Iesus gregi, fatigatur
Exemplar ens pastoribus,
Culpa piis relaxatur
A Iesu peccatoribus.

Ad Vesperas.

6. Iesu pio derogatur
Divinis in miraculis,
Bonus Iesus blasphematur
Pro caelicis oraculis,
Et insidias dignatur
Sufferre ab homunculis.

Ad Completorium.

7. Plene Iesus adprobatur
Paterno ex oraculo,
Dum in monte transformatur
Multiplici miraculo,
Pneuma sanctum contestatur
Cum nubis umbraculo.

IV.

Ad Matutinum.

1. Iesum asinus portavit
Paratus cum panniculis,
Rex mansuetus tunc ploravit
Pravorum pro piaculis,
Dum hunc turba honoravit
Veste, voce, ramusculis.

Ad Tertiam.

3. Pharisaeos increpavit
Multiplici eloquio,
Iesus plebem informavit
Doctrinae cum obsequio,
Suos orbis praefirmavit
De fine cum praeloquio.

Ad Primam.

2. Templum intrans exturbavit
Mercantum maleficium,
Sanitatis restauravit
Infirmis beneficium,
Iesus egens reintravit
Bethaniae hospitium.

Ad Sextam.

4. Prava gens se adunavit
In Iesum conspiramine,
Quem a Iuda comparavit
Privato pio agmine,
Postquam Iesum pia lavit
Perungens hunc unguimine.

Ad Nonam.

5. Iam se Iesus absentavit
Pravorum a consortio,
Passionis praetractavit
Cum matre de exitio,
Suo suos contristavit
Venturo mox supplicio.

Ad Vesperas.

6. Iesus suis pedes lavit
Humillimo servitio,
Proditorem revocavit
Verbis, signis, officio,
Eucharistiae donavit
Se nobis beneficio.

Ad Completorium.

7. Iesus suos confortavit
Sermonis elegantia,
Patrem orans exsudavit
Cruorem pro instantia,
Se dans patri obviavit
Adversis cum constantia.

V.

Ad Matutinum.

1. Iesus traditus ligatur,
Offertur, ductus caeditur,
Criminatur, adiuratur,
Affligitur, illuditur,
Ter a Petro denegatur
A suis derelinquitur.

Ad Sextam.

4. Iesus morte nunc damnatur
Pravorum pro clamoribus,
Sua cruce oneratur
Permagnis cum doloribus,
Volens cruci conclavatur
Pro nobis peccatoribus.

Ad Primam.

2. Iesus vinctus accusatur
Pilato, quo defenditur,
Sed Herodi destinatur,
Lusus, spretus remittitur,
Barrabas, cum allegatur
Mos, licto Iesu petitur.

Ad Nonam.

5. A se patri immolatur
Pro mundi sacrificiis,
Iesus septem verba fatur
Exspirans in suppliciis,
Latus lancea foratur
Nos donans beneficiis.

Ad Tertiam.

3. Crucifigi postulatur,
Flagellis Iesus caeditur,
Ut rex spinis coronatur,
Cum veste sceptro luditur,
Adoratur, salutatur,
Illusus sic producitur.

Ad Vesperas.

6. Mundus Iesum lamentatur
Devotique cum virgine,
Dum de cruce declavatur
Piorum cum iuvamine,
Osculatur et lavatur
Cum lacrimarum flumine.

Ad Completorium.

7. Devotorum adparatur
Aromatum cum cumulo,
Rex caelestis interratur
Sepulcri habitaculo,
O quam maesta separatur
A Iesu mater tumulo.

VI.

Ad Matutinum.

1. Iesus patres visitavit
Proscriptos temporaliter,
Adumbratos illustravit
Seipso facialiter,
Illos sic felicitavit
Fruentes aeternaliter.

Ad Sextam.

4. Quam permaxime plagavit
Iesu passi maestitia,
Fuit illa, quae portavit
Hunc spiritali gratia,
Tam hanc in hunc transformavit
Amoris vehementia.

Ad Primam.

2. Patrum chorus exsultavit
Sollemni cum laetitia,
Quia Iesus visitavit
Hos sua cum praesentia,
Cuius orcum penetravit
Virtutis efficacia.

Ad Nonam.

5. Pios nimis contristavit
Mors Domini vilissima,
Quibus mortem renovavit
Memoria piissima,
Quam deleri denegavit
Dilectio iustissima.

Ad Tertiam.

3. Nunc Iudaeus exsultavit
Iniquo nimis fibulo,
Custodiri impetravit
In suo Iesum tumulo
A Pilato, qui his favet,
Custodum dato cumulo.

Ad Vesperas.

6. Desperatio prostravit
Cohortem apostolicam,
Sexus pius praeparavit
Tunc unctionem mysticam,
Fidem mater tunc servavit
Iesu sola catholicam.

Ad Completorium.

7. Iesus Satanam calcavit
Victoris formidine
Et infernum spoliavit
Virtutis valetudine,
Tristem mortem devoravit
Hanc spolians formidine.

VII.

Ad Matutinum.

1. Iesus felix remeavit
Ex mortuis primitiae,
Se dilectus declaravit
Repletus amicitiae,
Quos sic testes praeeparavit
Fidelium militiae.

Ad Primam.

2. Iesus caelicum intravit
Cum patrum regnum agmine,
Quos beatos collocavit
In suo quosque ordine,
Spem in suis procreavit
De dando caeli culmine.

Ad Tertiam.

3. Iesus Spiritum legavit
Sanctissimum discipulis,
Illos omnium ornavit
Linguarum cum munusculis,
Mirum posse his donavit
Agendis in miraculis.

Ad Sextam.

4. Iesus matrem evocavit
Cum tota caeli curia,
Super cunctos coronavit
Imperiali gloria,
Advocatam ordinavit
Hanc mundo pro penuria.

Ad Nonam.

5. Iesus mundo derivavit
Doctrinam theologicam,
Qua ecclesiam fundavit
Per saeculum catholicam,
In qua duci demandavit
Nunc vitam apostolicam.

Ad Vesperas.

6. Iesus mundum iudicabit
Finali rex iudicio,
Orci malos condemnabit
Aeterno in supplicio,
Bonos vocis advocabit
Gratissimae officio.

Ad Completorium.

7. Iesus bonos liberabit
Omnis mali instantia
Et perfecta satiabit
Omnis boni praesentia,
Illos in se quietavit
Aeterna inhaerentia.

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. — II. 5, 4 fit consilio. — V. 2, 6 Mos lieto Iesu impetitur.

7. De Nativitate Domini.

Ad Vesperas.

1. Caelum ac terra gaudeat
Et hymnum novum concinat
In hac sacra vigilia
Pro nati regis gloria.
2. In forma servi Bethlehem
Caelestis dux Ierusalem
Mariae carne nascitur,
Cui omne genu flectitur.

3. Laus infanti, qui nascitur,
Laus patri, a quo mittitur,
Laus sancto sit consilio
In regni eius solio.

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| 1. Caelestis rex Ierusalem,
Qui nasceris in Bethlehem,
Quis tua valet promere
Mira vel intellegere? | 3. Tua misericordia
Et infinita gratia
Te trahens caeli gloria
Vestivit carnis tunica. |
| 2. Qui cum sis rex omnipotens,
Infirmus nunc et impotens
Virtutis tuae gratiam
Celasti per infantiam. | 4. Unde laus sit quam maxima
Deo patri per saecula
Tibique, unigenite,
Qui imperas cum pneumate. |

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Salve, Iesu dulcissime,
Qui puer natus hodie
In civitate Bethlehem;
De caelesti Ierusalem | 3. Cunctis erectis sensibus
Iam sursum in caelestibus
Te Deum natum humilem
Mihique colo similem. |
| 2. Te traxit in exsilium
Dilectis in solacium,
Qua maior non est, caritas
Et inexperta bonitas. | 4. Laus tibi sit perpetua,
Trinitatis essentia,
Fac nos caeli palatio
Collaetari perpetuo. |

Ad Primam.

- | | |
|---|--|
| 1. Infans Iesu pulcherrime,
Mariae qui de corpore
Ut flos prodit de gramine,
Tu processisti hodie. | 2. Flos campi, rosa, lilium,
Mariae puerperium,
Per tuum natalitium
Fac, tecum sim in saeculum. |
| 3. Aeterna laus et gloria
Et festiva laetitia
Caeli resultet curia
Trinitati per saecula. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. O trinae splendor gloriae,
Caelesti lucens culmine,
In cunis virgo fasciis
Te cingit et panniculis. | 3. Dum virgo mater recolit,
Quis, qualis, quantus, unde sit,
Adorat ex se genitum
Et Dei patris unicum. |
| 2. Ploranti praebet ubera
Et fovet te per balnea,
Infigit ori oscula,
O quam felix puerpera! | 4. Pro tua magna gloria
Et pietate maxima
In angelorum curia
Laus sit tibi per saecula. |

Ad Sextam.

- | | |
|--|---|
| 1. O regnans alto cardine,
Iesu, frater dulcissime,
Fac me laetare hodie
Cum omni tuo plasmate. | 3. Quis cogitare poterit,
Quantum cordi tunc fuerit
Infusum pium gaudium,
Cum peperisti Dominum? |
| 2. Maria, mater inclita,
Laetare iam et iubila,
Qui pater est et dominus,
Fit quoque tuus filius. | 4. Nullus illud mortalium
Valebit in perpetuum.
Ergo sit laus et gloria
Trinitati per saecula. |

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. Nunc tempus adest gratiae,
In quo natus rex gloriae
Salvator et Emanuel
In civitate Bethlehem. | 2. Gaude, mater dulcissima,
Tu, virgo, virga florida,
Osculare iam filium,
Amplexens cole Dominum. |
| 3. Laus sit patri perpetua
Eiusque nato gloria,
Honor sit sancto flatui
Deo nostro amabili. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Haec est dies laetitiae,
Quae nos illustrat hodie,
Cum tu Deus altissimus
Infans factus es parvulus. | 2. Natus matre castissima,
Cuius prece continua
Temet cum ipsa cernere
Fac nos in regno gloriae. |
| 3. Laus sit tibi per saecula,
Qui regna regis caelica
Et matris sugens ubera
Simul adimplet omnia. | |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. O descendens rex gloriae
In vallem hanc miseriae,
Hoc festum da cognoscere
Mundumque cor apponere. | 3. Tu iacens diversorio
Pannorum nunc involuero,
Quamvis caeli sis Dominus,
Apparens hic pauperrimus. |
| 2. Amore perfectissimo
Adhaerere perpetuo
Fac me tibi gratissimo
Aeterni regis filio. | 4. Tibi, Iesu, melliflua
Laus, honor sit et gloria,
Qui iaces in praesaepio,
Caeli regnas palatio. |

8. Cursus de Anima Christi.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. O Christi felix anima,
Sacrarum tuo cultui
Fac nostri cordis intima,
Carnem subde spiritui. | 3. Proposito consilii
Pater in te gratificat,
Adoptionis filii
Qui sint, et hos magnificat. |
| 2. In verbi te hypostasi
Adorant throni stupidi,
O si nos mentis ekstasi
Tibi sternamur placidi. | 4. O patris secretaria,
Fac nos Dei docibiles,
Pigmenti thesauraria,
Da, simus mites, humiles. |
| 5. Fac, pater, in paraclito
Nos conformari genito,
Configurari facias,
In nobis ut complaceas. | |

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. O floridum tu lectulum
Cubantis in meridie,
Mons Iesu tabernaculum
Post velamentum gloriae. | 3. Sub cataclismo gratiae
Das te pro nobis pretium,
In sabbatismo gloriae
Da te beatum praemium. |
| 2. Tu magni signum foederis,
Acervus testimonii,
Quem scandens tonsi velleris
Grege parte cubat solii. | 4. Orationum hostias,
Dicatas tuis laudibus,
Pro nobis tu suscipias
Et pro redemptis omnibus. |
| 5. Cultu pio nos vivere
Mori que tibi facias,
Trinitatis in aethere
Laudi per te nos unias. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 1. O salutaris anima,
Personae verbi proxima,
Illustrans, regens condita,
Scrutans, censens abscondita. | 2. Lucet nos nostris mentibus,
Reduc nos ad iustitiam
Cunctisque purgans sordibus
Da nobis indulgentiam. |
| 3. Fac, pater, in paraclito
Nos conformari genito,
Configurari facias,
In nobis ut complaceas. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 1. Effere dignis laudibus
Te Christi quisnam anima
Possit, creatis omnibus
Praestans et divinissima? | 2. Quam in persona filii
Cives adorant superi,
Vi multa pressi proelii
Te suspiramus miseri. |
|---|---|

3. Cultu pio nos vivere
Morique tibi facias,
Trinitatis in aethere
Laudi per te nos unias.

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. Aurora lucis rutilat,
Caelum laudibus intonat,
Mundus exsultans iubilat,
Gemens infernus ululat. | 2. Cum rex ille fortissimus
Mortis confractis viribus
Pede conculcans tartara
Solvit a poena miseros. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| 1. O mens excedens aciem
Visus caeli militiae,
Piam ostende faciem
Mortis hora malitiae. | 2. In meritis nos tunc tuis
Salvandos reos suscipe,
Aspectibus perpetuis
Laetandos poenis eripe. |
| 3. Cultu pio nos vivere
Morique tibi facias,
Trinitatis in aethere
Laudi per te nos unias. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. O anima mirifica
Christi Dei et hominis,
Amori nos dignifica
Laudique tui numinis. | 4. Sub unionis copula
Usa totali gratia,
Sub visionis specula
Freta fontali gloria. |
| 2. Tu vas es auri solidum,
Ornatum omni lapide,
Tu concha, vellus roridum
Opusque plenum gloriae. | 5. Hausisti patris abdita,
Charismatum aromata,
Horum da nobis habitus
Usus per dona spiritus. |
| 3. Redundans supereffluvis
Abyssus fontis luminis,
Undam beantem infuis
Ipsa fons facta fluminis. | 6. Fac, pater, in paraclito
Nos conformari genito,
Configurari facias,
In nobis ut complaceas. |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. O verbo nubens anima
Sub personali copula,
Tu nostrae sis cultissima
Mentis morumque regula. | 2. Tu dubio consilium,
Pectori fer auxilium,
Temptato sis praesidium,
Thesaurus mundis cordium. |
|--|--|

3. Cultu pio nos vivere
Morique tibi facias,
Trinitatis in aethere
Laudi per te nos unias.

Orat. ms. Novacellense saec. 15. Cod. Oenipontan. 353. A. — Orat. ms. saec. 15. Clm. Monacen. 676. B. — Cursus hinc inde collecti imp. Augustae 1487. C. — Ad Mat. 1, 1 O fehlt A. — 1, 2 tui vultui AC. — 2, 4 sternam A. — 4, 2 dociles AC. — 4, 4 mites et humiles ABC. — Ad Laud. 1, 1 O fehlt A, te lectulum AC. — 2, 4 Grex in arce cubat AC. — 3, 3 In baptismo A. — 5, 1 Vultu pio AC. — 5, 4 Laudi per te nos vivas A; Laude per te unias B. — Ad Prim. 1, 1 O fehlt A. — Ad Tert. 1, 1 Offerre B. — 2, 3 praedii AC. — 3, 1 Vultu AC. — Ad Non. 1, 4 militiae A. — 3, 1 Vultu AC. — Ad Vesp. 3, 1 superfluis AC. — Ad Complet. 1, 1 A verbo A. — 1, 2 copia AC. — 2, 2 Factori fer AC. — 3, 1 Vultu AC.

9. Officium Corporis Christi.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Veneremur consecratum
In altari Dei verbum,
Ut pascamur interius
Cibo suavissimo. | 2. Iubilemus lingua, corde,
Accedamus pura mente
Manducemusque devote
Panem salutiferum. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| 1. Iam lucis orto sidere
Deum precemur supplices,
Ut nos simus participes
Tam salutaris hostiae. | 2. O vere digna hostia,
Quae vitam nobis omnibus,
Qui te devote sumimus,
Hic praestas et in patria. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. O fragiles, accedite
Ad datum nobis ferculum,
O tristes, omnes bibite
Oblatum nobis poculum. | 2. Accedens non conteritur,
Sed tali cibo pascitur,
Quo in aeternum vivitur,
Si tamen digne sumitur. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Nobis cibus salvificus,
Panis datur angelicus,
Manducat pauper et servus
Id, quod manducat angelus. | 2. Mirabilis dilectio
Monstratur hic a Domino,
O qualis manducatio
Nunc facta est a saeculo. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| 1. Candente sole gratiae
Se Christus verus lucifer
Infundat nostris mentibus,
Illustret quas interius. | 2. Ut digne suum sanguinem
Eiusque corpus sumere
Atque devote colere
Possimus et diligere. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Fratres, hic attendite
Mecumque obstupescite
Modum, quo nobis Dominus
Se tradidit absconditus. | 3. Nam sicut bonum satiat
Perfectumque sanctificat,
Sic malum fame cruciat
Animamque mortificat. |
| 2. Consecratus ab homine
Aeterni patris filius
Bibitur et manducatur
Et quidem non ab omnibus. | 4. Fidenter tamen adeat
Ille, quem iam non mordeat,
Sed liberum se sentiat
Discussa conscientia. |
| 5. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Te lucis ante terminum,
Rerum creator, poscimus,
Ut per tuam praesentiam
Purgentur nostra vitia. | 2. Procul recedant somnia
Et noctium phantasmata,
Ut digne te suscipere
Possimus et diligere. |
| 3. Gloria tibi, Domine,
Sumpto sub panis specie,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula. | |

Orat. ms. Capit. Toletani 34—71. saec. 15/16. — Ad Tert. 1, 1 O fehlt. — 2, 3 Cum in aeternum. — Ad Sext. 1, 3 pauper servus et. — Ad Non. 1, 4 Illustret quod. — Ad Vesp. 2, 4 Man erwartet nach dem Zusammenhange etwas wie Aequaliter, eodem modo. — 3, 1 Iam sicut.

10. Officium Corporis Christi.

Ad Matutinum.

1. Corporis mysterium
pange gloriosi
Atque Christi sanguinis,
lingua, pretiosi,
Qui in mundi pretium
ventris generosi
Fructus damnum daemonis
fuit venerosi.

Ad Primam.

2. Cenam cum discipulis
affectans cenare,
Exemplis, sermonibus
ipsos informare,
Panem in substantiam
carnis transformare,
Vinum in essentiam
sanguinis mutare.

Ad Tertiam.

3. Fregit panem dixitque:
hoc est corpus meum,
Calicem accipiens
benedixit eum
Et ipsum accipite,
dixit, ecce, Deum
Qui indigne sumpserit,
sentiat se reum.

Ad Sextam.

4. Et quicumque panem hunc
verum manducabit
Atque dignum calicem
etiam potabit,
Mortem Dei filii
sic annuntiabit
Et monstrabit firmiter,
donec remeabit.

Ad Nonam.

5. Qui indigne sumpserit,
factus erit reus
Corporis et sanguinis,
quem effudit Deus,
Dum latus aperuit
ipsius Iudaeus
Cumque Heli clamat,
hoc est: Deus meus.

Ad Vesperas.

6. Verbum caro factum est,
panis gloriosus,
Vinum Christi factum est
sanguis gratiosus,
Traditur discipulis
cibus pretiosus,
Sic manducat Dominum
servus timorosus.

Ad Completorium.

7. A iustis fidelibus
ita manducatur,
Sed ob hoc in aliquo
nunquam laceratur,
Totus in particula
confracta moratur,
Aliena specie
Deus occultatur.

Conclusio.

8. Has horas sic recolo
pia ratione
Tibi, corpus Domini,
ut confessione
Contritus et praevia
satisfactione,
Valeam te sumere
cum devotione.

Orat. ms. S. Felicis Gerunden. s. n. saec. 14 15. A. — Orat. ms. Capituli Toletani 34—71. saec. 15/16. B. — Cod. Carlsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. C. — Orat. ms. Iuliani Regin saec. 15. Cod. Parisin. 757. D. — Horas de Nuestra Señora imp. in Çaragoça 1534. E. — Horae B. M. V. sec. ritum Romanum imp. Barcinonae 1572. F. — Orat. ms. Corssendoncanum saec. 15. Cod. Leodien. 397. G. — Str. 1 fehlt A; dafür steht die 1. Str. des Pange

lingua des Thomas Aquinas. — 1, 7 damni B; damnumque C. — 2, 2 affectat C. — 3, 5 Christus eis accipite A. — 3, 6 ecce Domini A. — 3, 7 suscepit A. — 3, 8 putet se esse reum. B. — 4, 2 denti manducabit C. — 4, 3 Aut quicumque calicem C. — 4, 4 sanguinis potabit C. — 4, 6 hic C. — 5, 7 Heli clamavit A, clamavit B; Dum Heli clamaverit C. — 6, 3 Vinum sanguis factum est C. — 6, 4 Christi gratiosus C. — 6, 7 Qui manducat C. — 7, 1 Iustus et fidelibus C. — 7, 3 ab hoc AB. — 7, 7 Aliquantum specie C. — 8, 7 Te valeam credere (lies edere?) A.

11. Heures du precieux sacrement.

Ad Matutinum.

1. Iesus donat Dominus
In diebus singulis
Cibum, potum protinus,
Ut dedit discipulis.

Ad Primam.

2. Praesens institutio
Sic nobis declaratur,
In eius officio
Dum corpus consecratur.

Ad Tertiam.

3. Dum corpus dominicum
In altari videmus,
Vere Christum unicum
Credere debemus.

Ad Sextam.

4. Sic hoc sacrificium
Congruit presbyteris,
Ut sumant hoc pretium
Tribuantque ceteris.

Ad Nonam.

5. Christus carnem tribuit
Nobis in cibum verum,
Et sanguinem voluit
Esse potum sincerum.

Ad Vesperas.

6. Cibus fuit Christi caro,
Hoc debemus credere,
Vinum fuit sanguis, caro
Datur nobis opere.

Ad Completorium.

7. Isto sancto sacramento
Da nobis, Christe, frui,
Quod absque impedimento
Possimus esse tui.

Heures a l'usage de Rome imp. à Paris 1505. — 4, 1 hoc fehlt. — 5, 2 fehlen zwei Silben; Nobis ergänzt. — 6, 1 Cibus est Christi, wo eine Silbe fehlt; geändert nach 6, 3.

12. Cursus de Misericordia Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <ol style="list-style-type: none"> 1. O lux misericordiae,
Tu primo mortis tempore
Ad patrem precem supplicem
Fundendo sudas sanguinem. 2. Sic, pie doctor, instruis,
Ut suis in angustiis
Turbatum cor te anxium
Tuum petat auxilium. | <ol style="list-style-type: none"> 3. Salutis fons et gratiae,
Splendor supernae patriae,
De nocte nos miseriae
Perduc ad diem gloriae. 4. Sit trinitati gloria,
Quae pia nos clementia
Donet post transitoria
Sui frui praesentia. |
|--|---|

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Per signum pacis traderis,
Ut latro vinctus duceris
Sacrilegorum manibus,
Sistendus pontificibus. | 3. Nostrae noctis caligine
Contenebratus, Domine,
Tu nostri cordis intima
Diei lux illumina. |
| 2. Consputus tunc blasphemias
Et caesus contumelias
Velato vultu passus es
Mortisque reus dictus es. | 4. Sit trinitati gloria,
Quae pia nos clementia
Donet post transitoria
Sui frui praesentia. |

Ad Primam.

- | | |
|---|---|
| 1. O diei diluculum,
Quam flebile spectaculum,
Pilato praesentatus es,
Malorum palmis caesus es. | 3. Benigne rex iustitiae,
Pater misericordiae,
Cum iudicare veneris,
Tunc parce nobis miseris. |
| 2. Ad Herodem transmitteris,
Accusatus condemneris,
Alba veste deluderis,
Pilato sic reduceris. | 4. Sit trinitati gloria,
Quae pia nos clementia
Donet post transitoria
Sui frui praesentia. |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 1. Flagellis dire caesus es
Et sanguine perfusus es,
Corona punctus spinica
Rideris veste rubea. | 3. Haec tua contumelia
Sit nostra semper gloria,
Tuam fac nos ferre crucem
Et te sequi vitae ducem. |
| 2. Data mortis sententia
Cum magna patientia
Crucem portans in humeris
Ad mortem sponte graderis. | 4. Sit trinitati gloria,
Quae pia nos clementia
Donet post transitoria
Sui frui praesentia. |

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. In cruce tendens brachia
Et ad te trahis omnia,
Fundens salutis flumina
Per vulnera sanctissima. | 3. Quam dura, quam crudelia,
Sed nobis salutifera
Sunt facta confixoria,
Quae membra pungunt regia. |
| 2. Suspensus cum latronibus,
Orans pro confixoribus,
Compassus nobis miseris
Flevisse pie crederis. | 4. Sit trinitati gloria,
Quae pia nos clementia
Donet post transitoria
Sui frui praesentia. |

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| 1. O vitae fons dulcissime,
Bellator invictissime,
Vincens morte diabolum
Patri commendans spiritum. | 2. Expavescunt caelestia,
Contremiscunt terrestria,
Tua potenter anima
Vadit praedari tartara. |
|---|---|

- | | |
|--|---|
| <p>3. <i>Latus apertum lancea</i>
 <i>Cruore manat et aqua,</i>
 <i>Quae sacra stillicidia</i>
 <i>Dant vitae beneficia.</i></p> | <p>4. <i>Sit trinitati gloria,</i>
 <i>Quae pia nos clementia</i>
 <i>Donet post transitoria</i>
 <i>Sui frui praesentia.</i></p> |
|--|---|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. <i>Nostrae salutis hostia,</i>
 <i>In ara crucis torrida,</i>
 <i>Devicto mortis stimulo</i>
 <i>Deponeris patibulo.</i></p> | <p>3. <i>Corda tuorum arida</i>
 <i>Fac lacrimis irrigua,</i>
 <i>Ut mortem tuam defleant</i>
 <i>Et sordes suas abluant.</i></p> |
| <p>2. <i>O quanta lamentatio,</i>
 <i>Quae lacrimarum fusio</i>
 <i>Piae matris et omnium</i>
 <i>Te, Christe, diligentium.</i></p> | <p>4. <i>Sit trinitati gloria,</i>
 <i>Quae pia nos clementia</i>
 <i>Donet post transitoria</i>
 <i>Sui frui praesentia.</i></p> |

Ad Completorium.

- | | |
|---|---|
| <p>1. <i>Post cursum tandem temporis</i>
 <i>Passionis et operis</i>
 <i>Conditus aromatibus</i>
 <i>Sepultus es a fratribus.</i></p> | <p>3. <i>Guberna nos salubriter</i>
 <i>Conservaque feliciter,</i>
 <i>Ut veniam et gratiam</i>
 <i>Consequamur et gloriam.</i></p> |
| <p>2. <i>In manu tua, Domine,</i>
 <i>Nostrae serventur animae,</i>
 <i>Sit nobis in te requies,</i>
 <i>Quos sanguine mercatus es.</i></p> | <p>4. <i>Sit trinitati gloria,</i>
 <i>Quae pia nos clementia</i>
 <i>Donet post transitoria</i>
 <i>Sui frui praesentia.</i></p> |

Orat. ms. Campoliliense 2. saec. 15. A. — Orat. ms. Novacellense saec. 15. Cod. Oenipontan. 353. B. — Orat. ms. saec. 15. ex. Cod. Eremiten. 766. C. — Orat. ms. Petri Bestolzs, burgimagistri Aquensis anni 1505. Cod. Darmstadien. 964. D. — *Cursus hinc inde collecti imp. Augustae 1487.* E. — *Ad Mat. 1, 3 Precem ad patrem D. — 3, 2 paternae patriae D. — 3, 4 Perducat diem D. — 4, 2 Qui pia A. — Ad Laud. 3, 2 Contenebratis D. — 3, 3 nosti D. — Ad Prim. 3, 4 Tunc per te D. — Ad Tert. 3, 2 Sint A. — Ad Sext. 2, 2 crucifixoribus CDE. — 3, 1 quam fidelia B. — 3, 2 Sed fehlt D. — 3, 3 crucifixoria E. — 3, 4 pungunt membra D. — Ad Compl. 2, 2 Animae nostrae serventur D.*

13. De Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. *Patris sapientia,*
veritas divina,
Deus homo captus est
hora matutina,
A notis, discipulis
cito derelictus
Iudaeis est venditus,
traditus, afflictus.

Ad Primam.

2. *Hora prima ductus est*
Iesus ad Pilatum,
Falsis testimoniis
multum accusatum
In collo percutiunt,
manibus ligatum,
Vultum Dei conspuunt,
lumen caeli gratum.

Ad Tertiam.

3. Crucifige clamitant
hora tertiarum,
Illusus induitur
veste purpurarum,
Caput eius pungitur
corona spinarum,
Crucem portat umeris
ad locum poenarum.

Ad Sextam.

4. Hora sexta Iesus est
cruci conclavatus
Et est cum latronibus
pendens deputatus,
Prae tormentis sitiens
felle saturatus,
Agnus crimen diluit
sic ludificatus.

Ad Nonam.

5. Hora nona Dominus
Iesus exspiravit,
Heli clamans animam
patri commendavit,
Latus eius lancea
miles perforavit,
Terra tunc contremuit,
et sol obscuravit.

Ad Vesperas.

6. De cruce deponitur
hora vespertina,
Fortitudo latuit
in mente divina,
Talem mortem subiit
vitae medicina,
Heu, corona gloriae,
iacuit supina.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
datur sepulturae
Corpus Christi nobile,
spes vitae futurae,
Conditur aromate,
complentur scripturae,
Iugis sit memoriae
mors haec mihi curae.

Conclusio.

8. Has horas canonicas
cum devotione
Tibi, Christe, recolo
pia ratione,
Ut, qui pro me passus es
amoris ardore,
Sis mihi solacium
mortis in agone.

Orat. ms. Andreae Donato, potestati Mechamauti, anni 1468. Cod. Rossian. VIII 53 A. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 48. B. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 52. C. — Orat. ms. Flandricum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 50. D. — Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruhan. Aug. 36. E. — Hortulus animae imp. Argentinæ 1508. F. — Heures a lusaige de Rome imp. Parisiis s. a. [1516] G. — Heures a lusaige de Rome tout au long imp. Parisiis s. a. [1531] H. — Officium B. M. V. imp. Venetiis 1545. I.

Ferner: Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20 002 K. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19356. L. — Brev. ms. Arelatense saec. 14. Cod. Vatican. Burgh. A I 53. M. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Rossian. VIII 13. N. — Horae B. M. V. sec. usum Romanæ curiae saec. 15. Cod. Rossian. VIII 33. O. — Cod. Berolinen. Theol. lat. Oct. 55. saec. 15. P. — Cod. Florentin. Magl. XXXV 15. saec. 15. Q. — Brev. ms. Cisterciense saec. 14. Cod. Casanaten. A IV 16. R. — Orat. ms. Florentinum[?] saec. 15. Cod. Vatican. Ottobon. 519. S. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Vatican. Reg. 165. T. — Horar. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Vatican. Reg. 1737. U. — Horae B. M. V. sec. usum Romanum saec. 15. Cod. Vatican. 6259. V. — Horae ad normam antiquae professionis Carmelitarum imp. Venetiis 1585. W. — Officium BMV. sec. usum Romanum imp. Parisiis (Kerver) 1519. X. — Heures a lusaige de Romme imp. Parisiis (Poytevin) 1502 Y. — Bre-

viarium Zagrabienſe imp. Venetiis 1484. Z. — Orat. ms. S. Felicis Gerundenſis. saec. 14/15. Cod. S. Felicis s. n. Aa. — Horas de Nuestra Señora imp. in Çaragoça 1534. Bb. — Horae B. M. V. sec. ritum Romanum imp. Barcinonae 1572. Cc.

1, 3 et homo B; Christus Iesus captus E. — 1, 5 A suis discipulis DFHO. — 1, 6 et notis E; derelictus fehlt E. — 1, 7 A Iudaeis est venditus AB; A Iudaeis traditus GHIN; A Iudaeis est traditus CD; Ac Iudaeis traditur O; est fehlt F. — 1, 8 traditus et afflictus ABF; venditus afflictus O; venditus et afflictus CDGHIN. — 2, 3 A falsis testibus A; Et a falsis testibus I. — 2, 5 In collum F; Colaphis percutiunt I; Graviter percussus est A. — 2, 7 Vultum eius AN; Conspuentes faciem F. — 2, 8 caeli o gratum A; ut est prophetatum F. — 3, 3 Illuxus C. — 3, 5 Caput suum E. — 3, 7 portant C; fert in humeris F; Trabem fert in humeris E. — 3, 8 loca BF. — 4, 1 Iesus in A; Dominus Iesus est BI; Iesus hora sexta est E. — 4, 2 Cruce est elevatus A; crucis conclavatus B. — 4, 3 sq. und 4, 5 sq. umgestellt EF. — 4, 3 est fehlt I; Deinde cum latronibus A; Pendens cum EF. — 4, 4 est pendens A; cum eis deputatus E; par his reputatus F. — 4, 5 Et prae tormentis A. — 4, 6 est felle potatus A; felle est potatus E. — 4, 7 diluens B; doluit A; Sinister eum reprobatur F. — 4, 8 Sic deificatus DN; tunc est deificatus A; latro sceleratus F. — 5, 3 clamans spiritum I. — 5, 5 Eius latus E. — 5, 7 Tunc terra tremuit B. — 5, 8 se obscuravit FN. — 6, 8 iacet hic supina E. — 7, 3 Corpus Iesu nobile E. — 7, 6 implentur AEN. — Sic memoriae CD; Iugi sit memoria OG; Iugis sit memoria FI. — 7, 8 mors fehlt C; mors haec BEG: tuae curae E; mors sit mihi A. — 8, 3 Tibi Iesu recolo E. — 8, 4 oratione C. — 8, 5 Tu qui pro me passus es C; Ut sicut tu passus es E. — 8, 6 poenas in agone CD. — 8, 7 Sic labori consonans CD. — 8, 8 mortis in angore O; consors sim coronae CD.

Bemerkungen: Incipit officium (sanctae) breve sanctae crucis editum a domino papa Iohanne XXII, qui concessit cui(us)libet dicenti semel in die unum annum papalis indulgentiae B. — Sequitur officium passionis Christi compositum per Iohannem papam XXII, qui singulas horas devote dicentibus dedit unum annum indulgentiarum F. — Has horas canonicas edidit sanctus papa Iohannes III. et concedens devote dicentibus et dies indulgentiarum et vult per hoc peccata ablui per syncompassionem cuncta sacerdotibus. K. — Incipit officium editum a domno papa Iohanne XXII. L. — Incipit officium crucifixi per dominum Iohannem papam XXII compositum. Qui singulis diebus dixerit, indulgentiae pro qualibet vice unum annum [consequitur] M. — Incipit officium sanctae crucis compositum a beatissimo in Christo papa Iohanne O. — Incipit officium sanctae crucis compositum per Iohannem papam XXII, qui concessit unum annum indulgentiarum cuilibet illud dicenti. Q. — Incipit officium crucis Domini nostri Iesu Christi, editum a summo pontifice Iohanne XXII, qui devote dicenti omni die unius anni indulgentiam tribuit R. — Incipit aliud officium passionis editum a papa Iohanne XXII. S. — Incipit officium sanctae crucis compositum a papa Iohanne vicesimo secundo T. — Incipit officium sacratissimi Domini nostri Iesu Christi, editum per dominum nostrum papam Iohannem. U. — Incipit officium crucis parvum, compilatum a domino papa vicesimo secundo. V. — Iohannes papa XXII omnibus, qui sequentes horas de passione Domini circa singulas horas canonicas suo ordine recitaverint, unius anni indulgentias est largitus. Z. — Tota persona qui diga aquestes VII oracions les quales papa clement a hordona per comemoracion de VII dolors les quals sostench Madona sancta maria en la passion del su fil per cascuna ha xl dies de pardon. Aa. —

Hanc orationem magister Aegidius magnus composuit et ecc dies dicentibus eam largissime condonavit. P. — Eine Handschrift aus Lichten-thal (bei Mone I, 108) besagt:

Subscriptas horas edidit de Iesu passione
Egidius episcopus ex devotione,
Trecentisque diebus indulgentiae dotavit,
Quos et apostolicus Iohannes confirmavit.

Dies Lied ist von Sebastian Brant dreimal in drei verschiedenen klassischen Metren bearbeitet worden. Vgl. *Varia Sebastiani Brant Carmina imp. Basileae* 1498.

14. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Patris sapientia,
Christus, in agone
Nocte fudit sanguinem
in oratione,
Mox hunc Iudas tradidit
deosculatione,
Se offert turbis Dominus
occurrans illis prone. | 2. Capitur et stringitur
a suis derelictus,
In domo Annae spernitur
per alapam addictus,
Negat hunc discipulus
timore mortis victus,
Ducitur ad Caipham
Iesus dire strictus. |
| 3. Falsos testes patitur
blasphemus iudicatur,
Reus mortis dicitur
et colaphis mactatur,
Hinc velatus facie
sputis maculatur
Et a percussoribus
prophetare clamatur. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 4. Hora prima Dominus
Pilato praesentatur,
Falsis testimoniis
a multis accusatur, | Herodi missus spernitur,
veste subsannatur,
Hinc Pilato redditur,
ut morte puniatur. |
|--|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 5. Crudele concambium,
hora tertiarum
Latro solvi petitur,
necari rex terrarum,
Crucifigi clamitant
gentes tenebrarum,
Vestibus exuitur
vestitor animarum. | 6. Ad columnam ducitur,
vinculis ligatur,
Flagris atque virgulis
dire laceratur,
Purpura induitur,
spinis coronatur,
Percutitur arundine,
false salutatur. |
|---|---|

7. Caeditur, conspuitur
vultus eius laetus,
Atque multicipliter
a gentibus sic spretus,
Exit de praetorio
opprobriis repletus,
Crucifige repetit
Iudaeorum coetus.

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| <p>8. Hora sexta Dominum
sententia damnavit,
Crucem suam propriam
Calvariam portavit,
Ipsum turba militum
vestibus nudavit,
Adfigens in patibulo
clavis perforavit.</p> | <p>9. Ut propheta cecinit,
vestes dividuntur,
Titulus inscribitur,
ludibria dicuntur,
Matris cor et filii
simul patiuntur,
Virgo cum discipulo
pariter iunguntur.</p> |
|---|---|

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| <p>10. Hora nona Dominus
relinqui se clamavit,
Salutem nostram sitiens
acetum, fel potavit,</p> | <p>Dicens „consummatum est“
spiritum efflavit,
Tunc eius latus lancea
miles perforavit.</p> |
|---|---|

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| <p>11. De cruce deponitur
hora vespertina,
Ungitur aromate
vitae medicina,</p> | <p>Volvitur in sindone,
latet vis divina,
Sic corona gloriae
iacuit supina.</p> |
|--|---|

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| <p>12. Hora completorii
Iesus tumultatur,
Petra grandi clauditur,
amare lamentatur,</p> | <p>Infernus perdit spolia,
caelum reseratur,
Sic salus olim perdita
per Iesum reparatur.</p> |
|---|--|

Clm. Monacen. ol. (Eberspergen.) 6093. saec. 15. A. — Schöne, alte, Catholische Gesang und Ruff. Tegernsee 1577. B. — 1, 5 sq. und 1, 7 sq. umgestellt B. — 2, 1 Capitulum et stringitur B. — 3, 8 conclamatur A. — 4, 4 A fehlt B. — 5, 5 Crucifige B. — 6, 3 atque vinculis A. — 8, 5 Iesum turba B. — 10, 7 latus eius B. — Der gedruckte Münchener Handschriftenkatalog bemerkt „Michaelis, prioris in Buxheim, rhythmus pro horis canonicis.“ Aus B steht das Lied bei Wackernagel I, 167 u. f.

15. De Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. Ut homo resurgeret
mortis a ruina,
Dei natus captus est
hora matutina,
A suis deseritur
fuga repentina,
A Iudaeis trahitur
fune latrocinia.

Ad Primam.

2. Hora prima praesidi
captus praesentatur,
Falsis testimoniis
iustus accusatur,
Alapis adfligitur
et colaphizatur,
Sputis eius facies
tota sordidatur.

Ad Tertiam.

3. Hora vero tertia
dire flagellatur,
Purpura induitur,
spinis coronatur,
Crucifigi petitur,
quod mox demandatur,
Cruz ad locum Golgatha
sibi ferri datur.

Ad Sextam.

4. Hora sexta patiens
cruci adplicatur,
Extensis manibus et
pedibus clavatur,
Cum aceto sitiens
et felle potatur,
Qui salvos alios, te
salva, blasphematur.

Ad Nonam.

5. Hora nona moriens
heli vocitavit
Et commendans animam
patri exspiravit,
Latus eius lancea
miles perforavit,
Tunc terra contremuit,
se sol obscuravit.

9. Quam des ut memoriter
corde teneamus
Et eam fideliter
fietu recolamus,
Ut compuncti iugiter
tecum assurgamus
Et in caelis pariter
tecum convivamus.

Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carlsruhe. Aug. 36. — Mone I, 110 und f. — Augenscheinlich Umdichtung des Patris sapiendia.

16. Horae de Passione Domini.

Introductio.

1. Recolamus sedulo,
Qualiter immundum
Rex aeternae gloriae
Reparavit mundum,
Passionis iugiter
Eius recordemur,
Ut in regno pariter
secum collaetemur.

Ad Vesperas.

6. De cruce deponitur
hora vesperorum,
Mori sic disposuit
vita mortuorum,
Ut suos redimeret
a poenis tortorum,
Descendens ad inferos
fregit portas horum.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
sepulturae datur,
Corpus eius sindone
munda circumdatur,
Monumenti ostium
cum saxo signatur,
Milites custodiant,
ne furtim tollatur.

Conclusio.

8. Horas illas canimus
tibi, Iesu bone,
Mortem nostram destruens
necis in agone
Vitam surgens reparas
obruto dracone,
Fac nos dignos effici
tua passione.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 3. Matutino tempore
Deus angelorum
Traditur per osculum
Turmis Iudaeorum,
A cunctis deseritur
Salus peccatorum,
Annae primo sistitur
Iudex saeculorum. | 4. Ducunt hunc ad Caipham
Manibus ligatum,
Collum eius feriant,
Facie velatum
Et illusum conspuunt,
Probris saturatum,
Sic Messiam respuunt
Illis destinatum. |
|---|--|

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 5. Hora prima pertrahant
Iesum ad Pilatum,
Multis testimoniis
Falsis accusatum, | Seductorem asserunt
Lege condemnatum,
Alapis percutiant
Christum, Dei natum. |
|--|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 6. Iesus hora tertia
Mori postulatur,
Tolle, tolle dicitur,
Tolle clamitatur, | Ad columnam nectitur,
Dire flagellatur,
Clamyde induitur,
Spinis coronatur. |
|--|--|

Ad Sextam.

- | | |
|---|--|
| 7. Hora sexta Dominus
Iesus indicatur,
Ad mortem impellitur,
Cruce oneratur, | Nudus crucifigitur,
Malis sociatur,
Sitiens absinthio
Felleque potatur. |
|---|--|

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 8. Hora nona Dominus
Cuncta consummavit,
Iohanni discipulo
Matrem commendavit,
Heli, Heli clamitans
Spiritus efflavit,
Lancea transfigitur,
Solem tenebravit. | 9. Mortem Dei filii
Cuncta recognoscunt,
Iudaeorum proceres
Soli non cognoscunt,
Sed eorum facinus
Petrae perhorrescunt,
Elementa omnia
Christo condolescunt. |
|--|--|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 10. De cruce deponitur
Hora vespersarum
A Ioseph senatore
Corpus Christi carum,
Mater hinc maestissima
Vulnera plagarum
Osculando abluit
Fonte lacrimarum. | 11. Tali morte Dominus
Mundum reparavit,
Patri nos sic filius
Reconciliavit,
Crucis suae baculo
Zabulum prostravit,
Paradisi ianuam
Nobis reseravit. |
|---|---|

Ad Completorium.

12. Hora completorii
Corpus plaga quina
Transfossus inungitur,
Vitae medicina,
Monumento tegitur
Vera lux divina,
Ut salvaret homines
Mortis a ruina.

13. Iesu nunc dulcissime,
Da, ut omnes gentes
Mortem amarissimam
Tuam recensentes
Cordeque promptissimo
Tibi condolentes
In caelorum culmine
Tecum sint gaudentes.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Guelfenbyteran. Helmst. 1140.

17. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. Iesus Christus humanatus
Matutino tempore
Est pro nobis contristatus,
Aquam sudans sanguine,
Iudas fuit osculatus
Eum traditorie,
Captus, vinctus est, allatus
Est ad Annam impie
Et discipulis orbatus,
Ter negatus publice,
Caesus et alapizatus
Hinc in domo Caiphae,
Falsis testibus vexatus
Cum nota blasphemiae.

Ad Primam.

2. Hora prima praesentatus
Iesus coram iudice
False fuit accusatus,
Agnus innocentiae,
Iudaeorum grex inflatus
Clamat reum perdere,
Iudex satis informatus
Vult insontem vivere;
Ergo misit hunc Pilatus
Ad Herodem temere,
A quo est interrogatus
Curioso fame,
Alba veste reportatus
Spretus irrisorie.

Ad Tertiam.

3. Hora terna reprobatus
Iudaeorum rabie
Barrabas est liberatus,
Iesus nudus corpore
Est ad statuam ligatus,
Flagellatus maxime,
Spinis saevis coronatus
Fuit acerbissime,
Ut rex vilis purpuratus
Sceptra arundine,
Est derisus, adoratus,
Consputus in facie,
Est et plebi ostentatus
Deformatus specie.

Ad Sextam.

4. Hora sexta iudicatus
Est cruci vilissime,
Inter nequam reputatus,
Pressus crucis onere,
Vestibus est spoliatus
In loco Calvariae,
Clavis diris perforatus,
Extensus saevissime,
A diversis blasphematus,
Sors datur pro tegmine,
Patrem suum est precatus
Pro torquentum scelere,
Matrem suam consolatus
Iesus est mitissime.

Ad Nonam.

5. Hora nona satiatus
 Est poenis acerrime,
 Clamans, quod sit elongatus
 A patris solamine,
 Sitiens felle potatus,
 Consummans plenissime
 Cuncta mori est dignatus
 Inclinato capite,
 Patri animam paratus
 Tradit voluntarie,
 Per Longinum lanceatus,
 Exit aqua sanguine,
 Sic pro nobis est oblatus
 Iesus salutifere.

Orat. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Londinen. Reg. 2 A II. — 2, 4
 Dignus fuit.

Ad Vesperas

et Comp.

6. Vespere est declavatum
 Corpus devotissime,
 Flenti matri est donatum
 Involutum sindone,
 Heu, heu iacet hic prostratum
 Lumen summae gloriae.
 In Completo corpus condunt
 Lacrimantes feminae,
 Ioseph, Nicodemus fundunt
 Fletus amarissime
 Et sepultum sic abscondunt
 Claudentes sub lapide.

18. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. Flectit genu, contristatur,
 Orat, suos consolatur,
 Pallet, sanguine rigatur,
 Patris subest placito;
 Iudas praeit, osculatur,
 Turba ruit, Iesus fatur,
 Malchum sanat, captivatur
 Solus sine socio.

Ad Primam.

2. Vincisligant, trahunt, trudunt,
 Supra dorsum pugnīs cudunt,
 Lutum iactant et illudunt
 Nec sic parcunt verberare;
 Stat innocens, praesentatur,
 Praesul quaerit, accusatur,
 Tacet, gena verberatur,
 Reum clamant funere.

Ad Tertiam.

3. Ab Herode ad Pilatum
 Fessum, spretum, adligatum
 Flagris caedunt, vulneratum
 Verberum frequentia;

Flectunt genu coronato,
 Spuunt, ludunt sceptro dato,
 Colaphizant praesentato,
 Nulla datur venia.

Ad Sextam.

4. Reum clamant, latro detur,
 Rex non est hic, crucietur,
 Crucem portat et defletur
 Fessus in itinere;
 Crucem parant, denudatum
 Sternunt, tendunt, conclavatum,
 Ab amicis separatum,
 Flagitantem misere.

Ad Nonam.

5. Crucem levant blasphemantes,
 Clamant vae improperantes,
 Felle potant observantes,
 Sors datur pro vestibus;
 Pendens orat, consolatur,
 Clamans obit, lanceatur,
 Miles videt et miratur
 Creaturis testibus.

Ad Vesperas.

6. Stant amici deplorantes,
Tangunt corpus declavantes,
Deferunt id contemplantes
Rigidum cum sanguine;
Quando matri corpus datur,
Pallet, gemit, osculatur,
Lacrimando syncopatur,
Condolent tunc feminae.

Ad Completorium.

7. Viri corpus contrectantes
Linunt, ungunt balsamantes,
Volvunt sindone parantes
Et dolentes aspere;
Dum sepulcro corpus condunt,
Dolent, gemunt, pectus tundunt,
Suspirant et fletus fundunt
Claudentes sub lapide.

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. — 4, 8 Flagitantes. — 6, 2 Candunt. — 7, 6 tondunt; der Reim condunt — tundunt verrät den französischen Verfasser.

19. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. Laus sit Christo, qui proditur,
Trahitur ad iudicium,
Velatur et conspuitur,
Caeditur palmis hostium,
Nec reclinat, nec loquitur
Ad falsum testimonium,
Sed propter omnes patitur,
Ut culpas tollat omnium.

Patrem rogat
pro peccatoribus,
Toto sparsim
distentus corpore,
Blasphematur
a transeuntibus
Quasi fractus
humano robore.

Ad Nonam.

2. Laus sit Dei filio,
Quem coadunati
Damnant in concilio
Viri scelerati
Et tradunt iudicio
Pontii Pilati.

5. Laus Christo, qui latrunculum
Revocavit ad meritum,
Matri dedit discipulum
Tamquam ministrum incli-
tum
Sicque post fellis poculum
Clamans emisit spiritum.

Ad Tertiam.

3. Laus Christo sit et gloria,
Qui pro salute saeculi
Fert spinas et ludibria
Et ad locum patibuli
Ducitur hora tertia,
Damnatus voce populi.

Ad Vesperas.

Ad Sextam.

4. Laus sit Christo,
qui, dum a gentibus
Confoditur
in crucis arbore,

6. Lauda Christum,
pauper homuncio,
Qui per spinas,
clavos, arundinem
Pro sceleris
tui remedio
Suum fudit
in cruce sanguinem
Et conclusus
in terrae medio
Tuae mortis
gessit imaginem;

Tam felici,
tam dulci pretio
Tam miserum
redemit hominem.

Ad Completorium.

7. Laus sit Christo,
qui patrum veterum

Morte sua
morsum absorbit,
Dum mortuus
momordit inferum
Et mortuos
a morte rapuit,
Sic mors mortem
exclussit scelerum,
Dum mortua
caro refloruit.

Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Gotingen. Theol. 232. A. — Heures
a l'usage de Rome. imp. à Paris 1505. B. — 1, 1 qui aditur A. — 2, 1 Deo
A. — 5, 1 Laus sit A. — 5, 2 ad maritum B. — 5, 5 pro fellis B. — 6, 6
tuis A.

20. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Surge, dilecta anima,
Christum quaere, quem diligis,
Doloris et angustia
Plena, quare non moreris?</p> <p>2. Ecce, tu vides, misera,
Captum sponsum, quem se-
queris,
Et es relicta vidua
Et secum non abiceris?</p> | <p>3. Perfusa ergo lacrimis
Deplora Dei filium,
Qui pro te noctis tenebris
Tantum suffert supplicium.</p> <p>4. Tibi, Christe, sit gloria,
Mihi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula.</p> |
|--|---|

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Christus iam captus, vinctus est
A pravis infidelibus,
Consputus et illusus est
Pro nobis peccatoribus.</p> <p>2. Colaphizatur turpiter
Sibi velata facie
Percutitur et nequiter
Cum palmis et arundine.</p> | <p>3. Heu, quam dura vincula,
Quibus, Christe, ligatus es,
Heu, quam dura vulnera
In carne munda passus es.</p> <p>4. Tibi, Christe, sit gloria,
Mihi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula.</p> |
|--|---|

Ad Primam.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Recessis noctis tenebris
Sunt mane ipsae tenebrae,
Dum Christus regens omnia
Rectori nequam traditur.</p> | <p>2. Metam petunt mysteria
Redemptionis hominum,
Crucis tormenta proxinant
Christo iam passo duriter.</p> |
|---|--|
3. Tibi, Christe, sit gloria,
Mihi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 1. Hora iam quasi tertia
Exutus veste propria
Purpurea indueris
Veste iam derisoria. | 2. Spinis coronae pungeris,
Sanguis sacratus defluit,
Crucemque tibi baiulans
Tormentis totus lividus. |
| 3. Tibi, Christe, sit gloria,
Mibi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula. | |

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. Christus pro nobis hostia
In cruce pendens ponitur,
Manus pedesque ferreis
Clavis forantur fortiter. | 2. Vestimenta divisa sunt,
Nudus cum nudo praelians
Morte foetentes suscitatur,
Vincens mortis initium. |
| 3. Tibi, Christe, sit gloria,
Mibi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula. | |

Ad Nonam.

- | | |
|---|--|
| 1. En, sol privatus lumine,
Dum sol caelestis patitur,
Et elementa condolent
Suo regi, dum moritur. | 2. Iam terra tremit fortiter,
Et velum templi scinditur,
Monumenta aperta sunt,
Lapisque durus frangitur. |
| 3. Tibi, Christe, sit gloria,
Mibi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Cursu celeri transeunt,
Quae propheta loquitur
De Christo Deo, homine
Qui de cruce deponitur. | 3. Fit vivis sanctis omnibus
Dolor intollerabilis
Et mortuis fidelibus
Laetitia mirabilis. |
| 2. Iam spoliatur Aegyptios
Suos captivos liberans
Et mortis mors efficitur
Infernum morsu lacerans. | 4. O dolor mixtus gaudio,
Cor meum tecum posside,
Tangens doloris gladio,
Quem Christus sensit latere. |
| 5. Tibi, Christe, sit gloria,
Mibi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula. | |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Emanuel sepultus est,
Qui nostra lavit crimina,
Et sua mater tristis est
Habens doloris vulnera. | 2. O Christe, dulcis hostia,
Qui confregisti tartara,
Me pro te passum visita,
Coronans me in gloria. |
|--|--|

3. Tibi, Christe, sit gloria,
Mihi inclita venia,
Cum patre, sancto spiritu
Regnas per cuncta saecula.

Orat. ms. Spalatense anni 1291. Cod. Musaei Veneti s. n. A. — Orat. ms. Iuliani Regin. saec. 15. Cod. Parisin. 757. B. — Ad Mat. 1, 3 sq. lauten: Sopita stans miserrima, Quare tamdiu negligis. Diese sowie die folgenden beiden Strophen, von denen die zweite in A fehlt, sind, wie der Reim darthut, in B überarbeitet:

- | | |
|--|---|
| 2. Iam sponsus tuus traditur
Falsi profecto osculo
Et tamquam latro ducitur
A Iudaeorum populo. | Cum fustibus et gladiis
Ducunt ligatis manibus,
Accusant cum insidiis
Nequam subductis testibus. |
|--|---|

3, 1 Profusa B. — 3, 2 Curre post Dei filium B. — 4, 2 Mihi donata venia B. — Ad Laud. 1, 2 Ab ipsis infidelibus B. — 2, 2 velatus A. — 2, 3 Percussus et B. — 2, 4 Est palmis B. — 3, 2 Quibus columnae strictus est B. — 4, 2 Mihi donata venia B. — Ad Prim. 1, 1 Expulsis tenebris noctis B, lies: noctis tenebris. — 1, 2 Lux ipsa mane B, ergänze oritur. — 1, 3 Dum Christus rex tam celebris B. — 2, 1 Opera petunt A. — 2, 2 Redemptoris A. — 2, 3 sq.: Iam apparent vestigia in salvatore omnium B. — Str. 4 lauten in B:

Gloria tibi, Domine,
Qui passus es pro miseris
Da sempiterna gaudia
Servis et tuis filiis.

Ad Tert. Str. 1 und 2 sind in B also überarbeitet:

- | | |
|---|---|
| 1. Hora iam, ecce, tertia,
Iesu, mi rex, exueris
Et veste derisoria
Purpurea indueris. | 2. Sanguis sacratus defluit
Serti punctus aculeis,
Crux sancta tibi adfluit,
Quam membris fers eburneis. |
|---|---|

1, 3 Purpurea indueris A. — Ad Sext. 1, 1 pro nobis omnibus B. — 1, 2 In cruce nudus penditur B. — 1, 3 Per pedes manus latera B. — 1, 4 Usque ad cor transfoditur B. — 2, 2 Nudus cum nudo B. — 2, 3 Vincit mortis initium B. — 3, 4 Suos captivos liberans B. — 3, 1 sqq. Gloria tibi, Domine etc. B. — Ad Non. 1, 1 privatur B. — 2, 1 tremuit A, cernit B. — 2, 3 Sepulera reddunt mortuos B. — 2, 4 Durique lapides franguntur B. — Ad Vesp. 1, 1 transeunte B. — 1, 2 Quem propheta B. — 1, 3 Deo et homine A. — 3, 1 Sit vivis A, Sic unus sanctis B. — 3, 3 Sed mortuis B. — 4, 1 O fehlt B. — 4, 2 reple cor meum vulnere B. — 4, 3 Pungens amoris B. — 4, 4 sentit A. — Ad Compl. 2, 3 Me prompte visita B. — 3, 1 sqq. Gloria tibi, Domine etc. B.

Die Beschreibung der interessanten Hs. A, die irrig als Brevier bezeichnet wird, vgl. in Archivio Veneto, tom. 32 (Venetia 1886) S. 227 ff.

21. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Lux mundi, sol iustitiae,
In primo noctis tempore
Ad patrem precem supplicem
Fundendo sudat sanguinem. | 3. Per signum pacis traditur,
Ut latro victus ducitur
Sacrilegorum manibus
Sistendus pontificibus. |
| 2. Guttatim currens undique
De sacro suo corpore
Horrorem mortis indicans
Et poenas diras explicans. | 4. Salutis fons et gratiae,
Splendor supernae patriae,
De nocte nos miseriae
Perduc ad diem gloriae. |

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Auctor salutis unicus,
Mundi redemptor inclitus,
Pro nobis nunc iniurias
Suffert et contumelias. | 3. Tunc coram pontificibus
Et ceteris astantibus,
Dum veritatem loquitur,
Blasphemasse astruitur. |
| 2. En falsos testes patitur,
Per quem nil mali agitur,
Ut eum morti traderent
De terraque eraderent. | 4. Hinc reum mortis clamitant
Et colaphis percutiunt,
Hinc velant, spuunt, alapant
Et clarum vultum lacerant. |
5. Nostrae noctis caligine
Contenebratus, Domine,
Tu nostri cordis intima,
Dei splendor, illumina.

Ad Primam.

- | | |
|---|--|
| 1. Diei ad diluculum
Fit magnum, en, concilium,
Iesus Pilato traditur
Et nequiter impetitur. | 3. Ad Herodem transmittitur,
Accusatus contemnitur,
Alba veste illuditur,
Pilato sic reducitur. |
| 2. Sed tacet summa veritas,
Et dominatur falsitas,
Nam iudicari sustinet,
Ut nobis iudex parceret. | 4. Benigne rex iustitiae,
Pater misericordiae,
Cum iudicare veneris,
Tunc parce nobis miseri. |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. Iesus nudatur vestibus
Columnae strictus fortius,
Flagellis dire caeditur
Et sanguine perfunditur. | 3. Tunc facie conspuitur,
Arundine percutitur,
A gentibus sic spernitur
Et crucifigi petitur. |
| 2. Purpura induitur,
Capite spina pungitur,
Flexo genu illuditur
Et alapis adfligitur. | 4. Te, bone Iesu, petimus,
Ut nobis sis propitius,
Et per has contumelias
Nos duc ad sedes caelicas. |

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. Data mortis sententia
Iesus mente promptissima
Crucem portat in humeris
Immolandus pro miseris. | 3. Suspensus cum latronibus
Orat pro confixoribus,
Salutis fluunt flumina
Per vulnera sanctissima. |
| 2. Hinc poenose exuitur,
Crudeliter distenditur,
Pedibus, palmis (per)foditur,
Clavis sic crucifigitur. | 4. Tunc titulus inscribitur,
Ladibriis afficitur,
Maternum cor adfligitur,
Vatis cultro transfigitur. |
5. Honor et benedictio
Sit crucifixo Domino,
Qui suo nos supplicio
Redemit ab exitio.

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. Pendens in cruce Dominus,
Fons vitae praedulcissimus,
Hac hora dicens „sitio“
Acetum, fel fit potio. | 3. Expavescent caelestia,
Contremiscunt terrestria,
Sua potenter anima
Vadit praedari tartara. |
| 2. Tunc consummatis omnibus
Redemptionis actibus
Clamans emisit spiritum,
Mundum sic salvans perditum. | 4. Latus perforat lancea,
Sanguis emanat et aqua,
Quae sacra stillicidia
Dant vitae beneficia. |
5. Laus, honor Christo Domino,
Nos lavans fonte profluo,
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Nostrae salutis hostia
In ara crucis torrida,
Devicto mortis stimulo
Deponitur patibulo. | 4. Et plagas sacratissimas,
Omni laude dignissimas,
Acetum, fel, arundinem,
Mortis amaritudinem. |
| 2. In passione Domini,
Qua datur salus homini,
Sit nostrum refrigerium
Et cordis desiderium. | 5. Haec omnia nos satient
Et dulciter inebrient,
Nos repleant virtutibus
Et gloriosis fructibus. |
| 3. Portemus in memoria
Poenas et opprobria,
Christi coronam spineam,
Crucem, clavos et lanceam. | 6. Te crucifixum colimus,
Te toto corde poscimus,
Ut nos sanctorum coetibus
Coniungas in caelestibus. |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Post cursum tandem temporis
Passionis et operis
Conditus aromatibus
Sepultus est a fratribus. | 3. Succurre nobis, Domine,
Quos redemisti sanguine,
Sub crucis tuae tegmine
Nostrae salventur animae. |
| 2. Qui iacuisti mortuus
In petra, rex innocuus,
Fac nos in te quiescere
Semperque laudes reddere. | 4. Guberna nos salubriter
Confirmaque feliciter,
Ut veniam et gratiam
Consequamur et gloriam. |
| 5. Laus tibi infinities,
Pro omnibus, qui passus es,
Perduc nos ad caelestia
Aeternae pacis gaudia. | |

Orat. ms. Tegrinsense anni 1470. Clm. Monacen 20021. — Dies ist eine Bearbeitung und Erweiterung des Cursus de Misericordia Domini.

22. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Gloria tibi, Domine,
Qui tuo sacras lumine
Tempora noctis mediae,
Natus de pura virgine. | 5. Nostrae noctis caligine
Obtenebratus, Domine,
Tu nostra taetra limina,
Diei lux, illumina. |
| 2. In nocte tribus vicibus
Ad patrem flexis genibus
Precem effundis supplicem
Pavensque sudas sanguinem. | 6. Nocte venturus media
In tuba archangelica
Fac nos accensa lampade
Digne tibi occurrere. |
| 3. A Iuda nocte traditus,
Osculi signo proditus,
Comprehensus ab impiis
Duris ligaris vinculis. | 7. O lux misericordiae,
O rex aeternae gloriae,
De nocte nos miseriae
Transfer ad lucem gloriae. |
| 4. O Dei sapientia,
Quam benigna clementia,
Bonus male tractatus es,
Dignus indigna passus es. | 8. Laus tibi, rex clementiae,
Qui captus es hoc tempore,
Cum patre et paraclito
Perenni manens gaudio. |

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 1. Gloria tibi, Domine,
Qui primae horae tempore
Homo factus es impotens,
Manens Deus omnipotens. | 3. Tu rex regum spectabilis,
Totus desiderabilis,
Per multum es ludibrium
Nimis factus opprobrium. |
| 2. O diei diluculum,
Quam indignum spectaculum
Dignatus es pro homine
Fieri, Deus, Domine. | 4. Assisteris iudicio,
Addiceris supplicio,
Palmis caesus sacrilegis,
Os ut agnus non aperis. |

- | | |
|--|---|
| <p>5. Innocens criminatus es,
Veste ludificatus es,
Consputus, flagellatus es
Ac spinis coronatus es.</p> <p>6. Iniuste iudicatus es,
Qui iustus ipse iudex es,
Te ipsum exinaniens
Mitis exstas et patiens.</p> | <p>7. O rex potens iustitiae,
Deus totius gratiae,
Cum iudicare veneris,
Tunc parce nobis miseris.</p> <p>8. Decus honor et gaudium
Sit tibi regi omnium
In trinitatis nomine,
Qui passus es hoc tempore.</p> |
|--|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Gloria tibi, Domine,
Qui tertiae horae tempore
Crucis sumis sententiam
Et hoc ad nostram gloriam.</p> <p>2. Ad mortem crucis factus es
Deo patri oboediens,
Cum immolatus agnus es
Et ad victimam ductus es.</p> <p>3. Tu mansuetus, humilis
Proprijs gestabas umeris
Tuae crucis patibulum
Sacrans vitae mysterium.</p> <p>4. Haec tua contumelia
Sit nostra semper gloria,
Fac nos ferre tuam crucem
Et te sequi vitae ducem.</p> | <p>5. Spiritus sancti gratia,
Hora diei tertia
Quae Domini discipulis
Venit in linguis igneis,</p> <p>6. Ad nos dignanter veniat
Et corda nostra repleat,
Mala clemens amoveat
Et bona large tribuat.</p> <p>7. Sit solamen continuum,
Sit tutamen perpetuum,
Salutis det consilium,
Virtutis det auxilium.</p> <p>8. Sit laus patri cum filio,
Sancto simul paraclito,
Nobisque mittat filius
Charisma sancti spiritus.</p> |
|---|--|

Ad Sextam.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Gloria tibi, Domine,
Qui sextae horae tempore
Vestibus spoliatus es
Et in cruce levatus es.</p> <p>2. In cruce tendis brachia
Et ad te trahis omnia,
Bonus pastor et optimus
Te impendis pro ovibus.</p> <p>3. Quam dura, quam crudelia,
Sed nobis salutaria
Sunt sancta confixoria,
Quae pungunt membra regia.</p> <p>4. Ex tuis innocentibus
Manibus atque pedibus
Vulnera sacratissima
Stillant salutis flumina.</p> | <p>5. Summus caelorum Dominus
Latronum pendens medius,
Oras pro confixoribus,
Redemptis esto propitius.</p> <p>6. Rex Iudaeorum scriptus es
Et rex noster effectus es,
Semper in omni gratia
Nobis, precamur, impera.</p> <p>7. Passionis remedium
Fac nobis salutiferum,
Tui sanguinis pretium
Nos salvet in perpetuum.</p> <p>8. Tibi laus sit perpetua,
Qui passus es innumera
Cum patre ac spiramine
In summo caeli culmine.</p> |
|---|--|

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. Gloria tibi, Domine,
Qui nonae horae tempore
Per multam abundantiam
Latroni praestas gratiam. | 5. O salvatoris anima
Pia et benignissima,
Nostras migrantes animas
In aevum salvas facias. |
| 2. Iohannem dilectissimum
Custodem das virgineum
Sanctae virgini virginum,
Quae te genuit filium. | 6. Sit tua crucifixio
Nostra, Christe, redemptio,
Sit crucis consignatio
Aeterna benedictio. |
| 3. Gustans amaritudinem
Dona vitae dulcedinem,
Mortem solvens indebitam
Nostram sustolle debitam. | 7. Latus apertum lancea
Sanguine manat et aqua,
Quae sacra stillicidia
Dent vitae beneficia. |
| 4. Expasvescunt caelestia,
Contremiscunt terrestria,
Deo patri sanctissimum
Cum commendasti spiritum. | 8. Decora nunc laudatio
Sit tibi Dei filio,
Qui factus es redemptio,
Cum patre et paraclito. |

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Gloria tibi, Domine,
Qui, cum cenares vespere,
Discipulis vivifica
Tua dedisti mysteria. | 5. O Iesu Christe Domine,
Qui tanta es pro homine
Passus in tuo corpore,
Nos miseratus refove. |
| 2. Tu pro nobis vespertinum
Factus es sacrificium,
Immaculata hostia
In ara crucis torrida. | 6. Magnus omnipotentia,
Sed maximus clementia,
Tua exinanitio
Nostra sit exaltatio. |
| 3. Quanta lamenta fletium,
Te Christe diligentium,
Tuas plagas cernentium
Et in te confidentium. | 7. Nos protegas ac munias
Et saluti restituas,
Animas atque corpora
Salvando beatifica. |
| 4. Inter quas praecipua
Mater erat virginea,
Doloris immanissimus
Quam pertransivit gladius. | 8. Tibi regi altissimo
Laus sit et benedictio,
Qui per mortem asperrimam
Supernam reddis patriam. |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Gloria tibi, Domine,
Qui iam completo opere
Salutis atque gratiae
Triumpho polles gloriae. | 3. Tua potenter anima
Vadit praedari tartara,
Imperavit divinitas
Ac salvavit humanitas. |
| 2. A Ioseph et Nicodemo
Depositus patibulo,
Conditus aromatibus
Es in sepulcro positus. | 4. Ut nostrae nunquam animae
Morti fiant obnoxiae,
Nec hostis malignus rapiat,
Tua manus eripiat. |

- | | |
|---|--|
| <p>5. Nec nos a te destituas,
Sed ad regnum restituas,
Tua sumus adoptio,
Tua sumus redemptio.</p> <p>6. Tremenda die ultima,
Cum simul pavent omnia,
Tunc tuam dulcem faciem
Nobis ostende placabilem.</p> | <p>7. In manu tua, Domine,
Simus in omni tempore,
Nos consumma feliciter
Nos salvos fac perenniter.</p> <p>8. Laus tibi, bone Domine,
Qui humana custodia
Munitus es hoc tempore
Potenter vivens numine.</p> |
|---|--|

Orat. ms. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helmstadien. 1262. A. — Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. B. — Ad Mat. 1, 2 Qui deifico lumine B. — 1, 4 de Maria virgine A. — 2, 3 Effundens precem B. — 2, 4 Pavens et sudans B. — 3, 2 Et osculi A. — 3, 4 ligatus B. — 4, 4 Et dignus A. — 5, 2 es Domine AB. — 5, 3 Tu taetra nostra lumina B. — 6, 2 angelica B. — Str. 8 fehlt B. — Ad Prim. 1, 2 hora prima B. — 1, 4 Deus manens B. — 2, 1 O dei B. — 3, 3 Es per multum B. — 3, 4 in opprobrium B. — 4, 1 Assistens B. — 5, 3 sq. fehlen B. — 6, 2 Qui iuste ipse est B. — 6, 4 Mitis et totus patiens B. — 7, 1 sq. fehlen B. — Str. 8 fehlt B. — Ad Tert. 1, 2 hora tertia B. — Str. 2 lautet in B:

Tu mortem crucis sustinens,
Deo patri oboediens,
Tu immolatus agnus es
Et ad victimam ductus es.

3, 2 Propriis tuis humeris B. — 3, 3 Gestans crucis patibulum B. — 3, 4 Praebens exemplum mysticum B. — 4, 3 Tuam fac nos ferre B. — 5, 1 Sancti spiritus B. — 5, 3 In Domini discipulis A. — 5, 4 Veniens linguis B. — 6, 1 venias B. — 6, 2 repleas B. — 6, 3 amoveas B. — 6, 4 tribuas B. — 7, 1 Sis B. — 7, 2 Et tutamen B. — 7, 3 da B. — 7, 4 Et virtutis auxilium B. — Str. 8 fehlt B. — Ad Sex. 1, 2 hora sexta B. — 1, 3 Es vestibus spoliatus B. — 1, 4 es levatus B. — 2, 1 Et expandisti brachia B. — 2, 2 Ad te trahens et omnia B. — 2, 4 Es sufficiens omnibus B. — 3, 1 O quam dura et quam A. — 3, 3 Sunt haec sancta opprobria B. — 3, 4 membra pungunt B. — 5, 2 Latrone B. — 5, 3 Orans et pro tortoribus B. — 5, 4 Qui ignoscens et omnibus B. — 6, 1 est scriptus B. — 6, 2 Qui frater noster est factus B. — 6, 3 Semper et super omnia B. — 6, 4 Fac nos ut tua gratia B. — Str. 7 lautet in B:

Passionis mysterium
Donum refrigerium
Atque tutum adiuvamen
Ad aeternam vitam. Amen.

Str. 8 fehlt B. — 2, 2 des virginem B. — Ad Non. 1, 2 hora nona B. — 2, 3 Beatae virgini B. — 3, 1 mortis amaritudinem A. — 3, 2 Et dans B. — 3, 3 solvis B. — 3, 4 sustilis B. — 4, 3 sq. umgestellt B. — 5, 1 salutaris B. — 5, 2 beatissima B. — 5, 3 ingratas animas B. — 6, 1 exspiratio B. — 6, 2 semper nostra protectio B. — 6, 3 Et crux pia defensio B. — 6, 4 consignatio B. — 7, 2 manans B. — 7, 3 Det vitae beneficia B. — 7, 4 Aeternae lucis praemia B. — Str. 8 fehlt B. — Ad Vesp. 1, 2 Qui vespertino tempore B. — 1, 4 Tradidisti B. — 2, 3 Immolata B. — 3, 1 O quanta A. — 3, 4 Et pie deosculantium A. — Str. 4 und 5 lauten in B:

Haec cernens via Maria,
Dulcis mater atque pia,
Quam pertransivit gladius
Doloris immanissimus.

O Iesu, rex mitissime,
Quanta passus es pro homine
In tuo sancto corpore
Nostro misertus errore!

6, 1 O magnus in potentia B. — 6, 2 Aequalis in B. — 6, 4 exsultatio B. — Str. 7 lautet in B:

Nos munias et protegas
Ac saluti restituas
In anima et corpore
Salvando omni tempore.

Str. 8 fehlt B. — Ad Compl. 1, 2 iam fehlt B. — 1, 3 sq. umgestellt B. — 1, 3 et gratiae A. — 1, 4 Pollens triumpho B. — 2, 4 sepulcris B. — 3, 4 sq. lauten in B: In petra vis humanitas, Non te deserens deitas. — Str. 4 und ff. lauten in B:

- | | |
|--|---|
| <p>4. O Iesu benignissime,
Ne unquam nostrae animae
Morti fiant obnoxiae,
Sed salva nos mitissime.</p> <p>5. Ne vel malignus rapiat,
Tua manus eripiat,
Ne nos a te destituas,
Sed ad regnum constituas.</p> <p>6. Tua sumus redemptio,
Tua sumus adoptio;</p> | <p>Tremenda die ultima,
Cum simul pavent omnia,</p> <p>7. Tuam nobis placabilem
Ostende piam faciem;
In tua manu, Domine,
Simus omni tempore.</p> <p>9. Nos consumma feliciter
Et salvos fac perenniter
Per bona temporalia
Hic et in tua gloria.</p> |
|--|---|

23. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Iesu bone, fili Dei,
Rogo te, memento mei
In hoc pravo saeculo,
Propter tuum dulce nomen
Et per sanctam passionem
Miserere misero.</p> <p>2. Tu passurus vigilasti,
Orans patrem tu sudasti
Sudorem sanguineum,
Currunt turbae cum fragore
Et cum Iuda traditore,
Cui praebes osculum.</p> <p>3. Ab his tandem captivaris,
Velut latro colligaris
Et ad Annam duceris,
Caiphae tunc praesentaris,
Coram quo colaphizaris
Et misere conspueris.</p> | <p>4. Exclamantes falsi testes,
Pontifex discindit vestes
Dans mortis sententiam,
Obvelantes te illudunt,
Pugnis caedunt atque tridunt,
Servas patientiam.</p> <p>5. Haec es passus, Iesu bone,
Bonitate tua prone
Toto noctis tempore;
Te adoro cum tremore,
Quia dignus es amore
Ac paternae gloriae.</p> <p>6. Pro quo tibi salvatori,
Simul tuo genitori
Et sancto spiritui
Promo carmen toto corde,
Ut purgatum me a sorde
Des te vita perfrui.</p> |
|--|--|

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Iesu bone, facto mane
Iudaeorum turbae vanae
Te praesentant praesidi
Et accusant mentientes,
Regem dicunt, nescientes,
Quia rex es saeculi.</p> | <p>2. Te appellant deceptorem,
Veritatis quem doctorem
Audire refugiant,
Et signorum patratores,
Mortuorum reductorem
Videre fastidiunt.</p> |
|---|--|

3. Vitam veram Saducaeos,
Pietatem Phariseos
Tu, Iesu, docueras,
Templum Dei revereri,
Peccatorum misereri,
Nullique nocueras.
4. Te perducunt ad Herodem
Alba veste, ab eodem
Pilato restituunt,

- Tunc Pilatus te excusat,
Plebs perversa hoc recusat,
Et latronem expetunt.
5. Unde tibi, fili Dei,
Laudes, o redemptor rei,
Cano corde humili,
Gloria sit patri Deo
Atque redemptori meo
Et sancto spiritui.

Ad Primam.

1. Iesu bone, Dei nate,
Vestimenta tollunt a te,
Nudum corpus caeditur,
Caput tuum coronatur
Spinis atque perforatur,
Cruore perfunditur.
2. Purpura te circumdantes,
Flexo genu adorantes
Salutant risorie,
Caput sacrum cruentatum
Et spinis dilaceratum
Adfligunt arundine.
3. Foras ducit te Pilatus,
A Iudaeis inclamatus
Crucifigi quaereris,

- Sanguis tuus super illos,
Tam maiores quam pusillos
Sumitur a miseris.
4. Tunc Pilatus lavit manus
Et te tradit ut vesanus
Genti crudelissimae;
Hora prima terminata
Facie tua velata
Trahunt immanissime.
 5. Hora prima sic finita
Morti daris, qui es vita
Vere decedentium;
Inde tibi salvatori
Sit laus, simul genitori
Et flamini in saeculum.

Ad Tertiam.

1. Iesu bone, foras urbe
Trahunt te crudeles turbae,
Mole crucis onerant,
Gemitus sed mulierum
Et matris tuae sincerum
Cor tuum plus aggravant.
2. Te deducunt pleni dolis
Tunc ad locum passionis
Hora diei tertia,
Vestes tuas auferentes,
Super has sortem mittentes
Non discissa tunica.

3. Sicque cruci te appendunt,
Membra trahunt et distendunt
Clavis ad foramina,
Inde aceto murrato
Felle potant vitiato,
Erigunt in aera.
4. Iesu, qui es sic addictus
Sceleratisque addictus,
Te supplex glorifico,
Laudo patrem, qui te misit,
Culpam nostram sic dimisit,
Cum spiritu paraclito.

Ad Sextam.

1. Iesu bone, hora sexta
Virtus tua manifesta
Fit, et fiunt tenebrae,

- Sol et dies obscuratur,
Velum templi laceratur,
Das terram contremere.

- | | |
|--|--|
| <p>2. Petrae durae disscinduntur
Monumentaue panduntur,
Corda pavent omnium,
Sed Iudaei obdurescunt,
Blasphemantes insolescunt
Contra te mitissimum.</p> <p>3. Iuxta crucem tunc Maria
Cum Iohanne mente pia
Stabat tecum unico,
Quos ut vidisti turbatos,
Gementes ac desolatos,
Commendasti mutuo.</p> | <p>4. Bone, Iesu, consolator,
Tuorum fidus amator
Sis mihi propitius
Deus pater, generator,
Spiritusque consolator
Me soletur citius.</p> <p>5. Te Deum miseratorem
Collaudamus et honorem
Tibi damus inclito,
Simul tuum genitorem
Et spiritum consolatorem
Honoramus sedulo.</p> |
|--|--|

Ad Nonam.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Iesu bone, horae nonae
Vocans patrem in agone
Formam nobis tribuis,
Ut in Deo spem ponamus,
Preces illi profundamus
Stantes in periculis.</p> <p>2. Post haec oras pro Iudaeis,
Tua passione reis,
Et crucifixoribus
Hoc exemplo nobis dicis,
Ut parcamus inimicis
Et malefactoribus.</p> <p>3. Hinc latroni confitenti,
Tuam gratiam petenti
Paradisum aperis,</p> | <p>Ostendis, quod quamvis sero
Paenitentem corde mero
Tu elementer accipis.</p> <p>4. Tuum sic, fons pietatis,
Spiritus in manus patris
Commendasti, Domine,
Voce magna exclamasti,
Animam dum exhalasti
Inclinato capite.</p> <p>5. Laus sit tibi, fili Dei,
Qui hanc mortem causa mei
Sufferre volueras,
Qui in una deitate
Cum spiritu atque patre
Semper vivens imperas.</p> |
|---|--|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Iesu bone, qui attente
Passionem tuam mente
Recolens compatitur,
Non post vulnereum laborem
Vitaeque positionem
Poena superadditur.</p> <p>2. Latus rigens perforatur,
Et cor mite vulneratur
Ferro dirae lanceae,
Ut ait scriptura sacra,
Sanguis profudit et aqua
Vespertino tempore.</p> <p>3. Caecus his illuminatur,
Et cor eius illustratur
Virtute miraculi,</p> | <p>Sed Iudaei excaecantur
Hisque visis indurantur
A gratia vacui.</p> <p>4. Corpus hi de cruce tollunt,
Munda sindone involvunt
Nicodemus, Ioseph mere
Ac ponunt in monumentum,
Quod in horto est inventum,
Aromaticum pondere.</p> <p>5. Mulieres insistentes
Sepulturae valde fientes
Compellente vespera
Matrem tuam conducentes
Hospitio et ementes
Pararunt aromata,</p> |
|---|---|

6. Bone Iesu, qui sic mori
Dignatus es, genitori
Taliter oboediens,

Cum quo manes Deus unus,
Esto mihi iudex pius
In futuro rediens.

Ad Completorium.

1. Iesu bone, formidantes
Te Iudaei observantes
Signaverunt tumultum
Et custodes adaptantes,
In hoc suae demonstrantes
Malitiaeque cumulum.

3. Dum iaceret sic in tumba
Corpus tuum, ad profunda
Limbi transit anima,
Et quae daemon captivavit,
Sua luce perlustravit
Patrum tollens agmina.

2. Sed quanto plus hoc fecerunt,
Tanto magis ostenderunt
Resurgentis gloriam,
Et suam sic perdiderunt,
Quam decepti speraverunt,
De Iesu victoriam.

4. Et duxit in paradisum,
Ubi cum latrone risum
Habent et solacium;
Ad quos ipse nos perducatur,
Qui promissa nunquam mutat,
Post hoc vitae spatium.

Orat. ms. Halesbrunense saec. 15. Cod. Erlangen. 770. A. — Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. B. — Ad Mat. 1, 1 Bone Iesu B. — 1, 5 Sanctamque A. — 3, 4 Hinc Caiphae B. — 4, 3 Dat B. — 5, 2 pro me A. — 5, 5 honore B. — Ad Laud. 1, 2 turbae malae B. — 1, 3 Repraesentant B. — 4, 4 Videns iudex te excusat. B. — 4, 5 Sed Iudaei te recusant B. — 4, 6 Et ut latronem A. — 5, 2 Laudes in ortu dici B. — Ad Prim. 1, 6 Cruoreque A, Sanguine B. — Str. 2 fehlt B. — 3, 1 Foris B. — 3, 2 inclinatus A. — 3, 3 Cruci ut affigeris B. — Ad Tert. 1, 1 foris A. — 1, 4 Sedque gemitus A. — 1, 6 suum B. — 2, 1 ducunt A. — 2, 5 Sortem super has B. — 3, 4 acetum myrrhatum A. — 3, 5 Felleque vitiatum A. — 4, 6 Et spiritu A. — Ad Sext. 3, 4 Quos vidisti ut B. — 3, 5 Gementes atque A; Ac gementes desolatos B. — 4, 1 Iesu bonus B. — 4, 2 Tuorumque A. — 4, 3 Mihi sis B. — 4, 4 Deus genitor A. — 4, 5 Et spiritus A. — 4, 6 consolentur A. — 5, 2 Laudamus sed et B. — 5, 6 Honoremus B. — Ad Non. 1, 2 Vocas A. — 3, 5 Paenitentes B. — 5, 3 Perferre B. — Ad Vesp. 1, 3 Recolit A. — 1, 4 dolorem B. — 2, 1 rigans A. — 2, 2 mite perforatur AB. — 2, 4 Ut scriptura dicit B. — 2, 5 Profluxit sanguis B. — Str. 3 fehlt B. — 4, 2 Sindone munda B. — 4, 3 mere fehlt A. — 5, 2 large flentes B. — 5, 6 Paraverunt A. — 6, 4 manes fehlt A. — Ad Compl. 3, 2 in profunda B. — 3, 3 transit limina A. — 3, 4 captivaverat A. — 3, 5 Suo lumine declarat A; prolustravit B. — 4, 1 ducit B. — 4, 4 nos fehlt A. — 4, 5 promisit B. — 4, 6 Post huius B.

„Oratio sancti Bernhardi ad omnes horas de passione Domini“ A; „Item sancti Bernhardi de passione Domini.“ B. Dafs im Ernste an diese Autorschaft nicht zu denken ist, braucht nicht bemerkt zu werden. Das Gedicht fehlt bei Hauréau, Des poèmes attribués a Saint Bernard.

24. Horae de Passione Domini.

Ad Vesperas.

1. Ave, Iesu, panis vitae,
Pascens cuncta, regens rite,
Advenisse cum sciebas
Tempus tuum, veniebas
Ad cenam ad vespas.

2. Legis agnum manducasti
Cum amicis, quo monstrasti
Iam tunc verum sanctum agnum
Te pro cunctis immolandum
Pascha mutans typicum.

3. Convescendo tuis caris
Te tradendum fatebaris
Ab eorum uno fure,
Celas eum, sed future
Praenuntias luere.
4. Hinc a cena surgis cito
Tuis atque maledicto
Lavas, tergis, oscularis
Pedes; o quam singularis
Amor nimis humilis!
5. Tuis novum das mandatum,
Hoc est tibi summe gratum,
Invicem ut diligamus
Tibique inhaereamus,
Tu nos amasti primitus.
6. Resedisti dominator,
Vivi panis consecrator,
Corpus, sanguis mundi vita
Fit ex pane, vino ita
Te sacrate mystica.
7. Novum testamentum tale
Vocas et memoriale,
Sacramentum laude plenum,
O quam dulce et amoenum
Est hoc et sanctissimum.
8. Tandem post recessum Iudae
Multa praemonstrasti nude
Tuis tuo de parente
Alta loquens blanda mente
Et de sancto pneumate.
9. Iesu, fac me tuae cenae
Caelitus consortem plene,
Et mandatum nobis datum
Per me fiat, ut sit gratum
Tibi atque placitum;
10. Vita cum advesperascit,
Christe, corpus tuum assit,
Da, ut sumam semper digne,
Quia laudo te, benigne,
Patremque cum flamine.

Ad Completorium.

1. Ave, Iesu, rex caelorum,
Consolator miserorum,
Qui post cenam exis parum
Mox ad montem olivarum
Tuum turbans animum.
2. Hora ultima diei,
O salvator omnis rei,
Anxiatus es in prece
Amarissima pro nece
Imminenti propere.
3. Nostra tactus egestate
Terram petens petis a te
Patrem calicem auferre,
Velle suum sed praeferre
Voluisti, Domine.
4. Forti tunc in agonia
Pugnas, vera tu sophia,
Sudor sanguinis emanat
De te, cuius virtus sanat
Saucios et recreat.
5. Ab angelo voluisti
Confortari, sed scivisti
Nobis illud profuturum,
Ut semper de te securum
Speremus auxilium.
6. Exhortatus es orare
Tuos atque vigilare,
O mi bone exhortator,
Da, ut vigil sim orator,
Audi, cum te deprecor.
7. Consolare me, o pie
Fili Dei ac Mariae,
Cum agone mortis premor.
Iesu, tunc sis mei memor
Semperque, cum tribulor.
8. Sudor tuus, nate Dei,
Sanet culpas tui rei
Maculasque peccatorum
Mundet et me praeceptorum
Dei reddat strenuum.

9. Tibi laudes, Iesu Christe,
Quamdiu est mundus iste,
Dicant omnes creaturae
Lucis huius et futurae,
Laudent te perpetue.

10. Gloria sit patri Deo,
Salvatori quoque meo
Et spiritui aequali,
Laus sit Deo aeternali
A me vili humili.

Ad Matutinum.

1. Ave, Iesu mi benigne,
Mitis et redemptor digne,
Qui in nocte matutina
Mente obvias agmina
Hostium ad agmina.
2. Innocens ad malam gentem
Te praesentas inquirentem,
Vitam tuam trucidare
Iudas spondet, signum dare,
Osculo te tradere.
3. Voce tua sunt prostrati
Ipse Iudas et ingrati,
Manu impia ceperunt
Teque terrae prostraverunt,
Funibus te vinciunt.
4. Sed pro malis bona donas,
Quando aurem Malchi sanas,
Ducers ut latro reus
Quam crudeliter, o Deus,
Usque Annam protinus.
5. Es a tuis derelictus,
Petrus negat ter convictus,
Multum plorat et minister
Tibi dat, summe magister,
Alapam atrociter.

6. Tunc te trahunt animosi
Domum Caiphae dolosi,
In te surgunt falsi testes,
Pontifex dirumpit vestes,
Te blasphemant pluries.
7. Adclamarunt „reus mortis“,
Siles, agne mitis, fortis,
Truci manu alaparis,
Saepius colaphizaris,
A spurcis conspueris.
8. Velo turpiter illudunt,
Palmiscaedunt, pugnistrudunt,
Poscunt te prophetizare,
Te ut stultum subsannare
Repetunt cum verbere.
9. Solve, Christe, funes mortis,
Aufer male pravae sortis,
Pelle servos inferorum,
Fidem evangeliorum
Da tenere omnium.
10. Sputa tua me decorent,
Plagae durae robur donent
Velumque defendat bene,
A me tibi laus sit plene
Patrique cum flamine.

Ad Primam.

1. Ave, Iesu Christe suavis,
Multa passus es a pravis,
Hora prima dum Pilato
Mali tradunt te irato,
Iudici nefario.
2. Negant regem accusantes,
Falsa dicunt malignantes,
Taces, Christe, nec reclamas,
Iudex noscit, quia amas,
Veritatem praedicas.

3. Plebis clamant subversorem,
Te Pilatus ad Herodem
Misit et ille derisit,
Alba veste te remisit
Et Pilato adnuvit.
4. Iesus Barrabae aequatur,
Pro latrone iustus datur,
Et dimittunt reum istum,
Crucifigi Iesum Christum
Poscunt ut maleficum.

5. Hinc nudatur sua veste,
Ligant ad columnam reste
Dominum liberatorem
Virgis flagrisque cruorem
Fundunt atque sanguinem.
6. Plagis lacerantes terunt,
Magisque punire quaerunt,
Undique dilaniatum
Indumento purpuratum
Derident ut fatuum.
7. Caput sacrum pungunt spinis
Ita, ut profundis rinis
Sanguinem decorum rorant,
Arundinem dextrae donant,
Ave, rex, ingeminant.
8. Illudentes simul ruunt,
Alapizant atque spuunt,
Genas roseas evellunt
Caput sceptroque percellunt,
Ironiam repetunt.
9. Vestes tuae ironiae,
Sputa, flagra atque spinae
Et arundo tua, Christe,
Me defendant poenae istae
Cum fluente sanguine.
10. Cuncta fac me imitari,
Quia digna sunt laudari,
Tu pro istis sis laudatus,
Pater simul atque flatus
Ex corde medullitus.

Ad Tertiam.

1. Ave, Iesu clemens, pie,
Nobis dux caelestis viae,
Qui ad crucem postulatus
Es, excusat te Pilatus
Anxius et territus.
2. Verbum iterant malignum,
Crucifigi dicunt dignum,
Regem sempiternum negant,
Caesarem pro se allegant,
Ut Christum interimant.
3. Foris ducit te vesanus
Lavatque Pilatus manus,
Sistit tribunali Iesum
Coronatum atque caesum,
Falsum fert iudicium.
4. Iudaeorum voluntati
Tradit Iesum, qui irati
Tractant ipsum dure nimis,
Sputis, plagis atque minis,
Satiant opprobriis.
5. Spinis, purpura exutum,
Suis vestibus indutum
Et corona regravatum,
Trabe crucis oneratum
Trahunt ad supplicium.
6. Turba multa comitatur,
Mulieres consolatur
Iesus anxius et fessus
Et sub crucis mole pressus
Golgath venit gravius.
7. Crucem vestesque deponunt
Violenter et reponunt
Laeso capiti spinetum,
Potum dant fel et acetum,
Cruci iungunt inclitum.
8. Sacri artus lacerantur,
Ossa cuncta numerantur,
Clavi forant manus, pedes,
Sanguis ornat crucis aedes,
O dolenda species.
9. O innocens agne Dei,
Sis benignus iudex mei,
Fac me crucem baiulare,
Fac in cruce tecum stare
Sicque te diligere.
10. Te collaudo, mi redemptor,
Vitae dator, necis demptor,
Tibi sint cum patre laudes,
Pneumati, in quo congaudes,
Centies et millies.

Ad Sextam.

1. Ave, Iesu mihi care,
Caritatem tuam clare
Hora sexta ostendisti,
Cum ad te cuncta traxisti
Crucis fixus stipite.
2. Casu crucis conquassatus,
Sceleratis adaequatus,
Pendens medius latronum,
Cunctis praestans caeli donum,
Adae solvens debitum.
3. Vestes tuas ludo emunt,
Praeeuntes te infremunt,
Caput movent, Vach clamatur,
Quare non per se salvatur,
Qui salvasse dicitur?
4. Sed abyssus pietatis
Orat patrem pro ingratis,
Nobis ponens istis normam,
Praeses scribit regis formam
Christo signans gloriam.
5. Hinc latronem blasphemantem
Sustines, sed paenitentem
Suscipis aperiendo
Paradisum et spondendo,
Spem dans omni impio.
6. Vides piam matrem flentem
Dolesque compatiensem,
O quam valde visus tristis,
Quando commutatur istis
Filius et genetrix.
7. De Iohanne audit mater:
Tuus natus, meus frater,
Audit iste de Maria:
Ecce, mater tua pia;
O quam mirabilia!
8. Cumque cessat visus horum,
Tenebrescit lux caelorum
Usque horam nonam plene,
O mi Iesu, fac me bene
Laudes tibi canere.
9. Me defende cruce tua,
Clavi sanguisque vi sua
Me absolvant et regalis
Titulus a cunctis malis
Servet et periculis.
10. Matri me recommendare,
Paradiso me vocare
Velis, Iesu, lux aeterna,
Tibi, Christe, sit paterna
Cum spiritu gloria.

Ad Nonam.

1. Ave, Iesu, nostra vita,
Crucis poenas passus ita,
Hora nona tu dixisti:
Heli, cur me reliquisti?
Voce clamans lugubri.
2. Aliena persolvebas,
Nostra crimina lugebas,
Clamitasti te sitire,
Ut velimus ad te ire,
Hoc sitisti, Domine.
3. Sempiterna tu dulcedo,
Dulcis totus plus quam medo,
Quam amarum fel gustasti,
Quando morti propinquasti,
O amor incendii.
4. Consummatum est, tu clamas
Et ad mortem usque amas
Nos rebelles peccatores,
Dolens nostros malos mores,
Ut nos ad te traheres.
5. Hinc fecisti altum planctum
Spiritusque vere sanctum
Patris manibus commendas,
Ut nobis vel sic ostendas,
Quantum tu oboedias.
6. Nam inclinas caput dignum,
Nobis praebens te benignum
Et exhalas tuum flatum
Sanctum et immaculatum
Nostrum sanans spiritum.

7. Terram movit mors haec dura,
Petras scidit haec pressura,
Velum templi scissum docet,
Mors haec malis quantum nocet,
Cum pios sanctificet.
8. O vitale lignum crucis,
Ferens mortem mortis trucidis,
Quae et mortem sempiternam
Interfecit et aeternam
Nobis dedit gloriam.
9. Ne relinquo nos, salvator,
Nunc sis aquae vivae dator,
Fac nos bene consummari,
Patri per te commendari
Et a morte eripi.
10. Gratiarum laudes magnae
Tibi sint, o Dei agne,
Morte crucis sic oblatas
Sit cum patre collaudatus,
Sanctus quoque spiritus.

Ad Vesperas.

1. Ave, Iesu, spes reorum,
Miserator peccatorum,
Qui ad horam vespertinam
Mortis sanctam post ruinam
Diram suffers lanceam.
2. Latus sacrum reseratur,
Et cor mite vulneratur,
Ut amore revelaret,
Quo peccator subintraret,
Dum adversa sustinet.
3. Fluit unda, quoque sanguis,
Quis prostatur vetus anguis,
Sic, sic homo renovatur,
Et cor eius debriatur,
Vitaque reficitur.
4. Homo, ibi si fuisses
Et cruorem collegisses
Tui Iesu, posses scire,
Quam suave sit sitire
Calicem et bibere.
5. Hinc Ioseph et Nicodemus
Tollunt Iesum, quem amemus,
Et de cruce tradunt tristi
Dulci matri Iesu Christi
Casto dantes sinui.
6. Dulces lacrimae irrorant
Membra Christi, quae de-
corant,
Et os ori applicatur,
Cuncta membra osculatur,
Sic dilecto iungitur.
7. Quis det digne contristari
Tibi, mater, et aptari,
Quae sic raperis amore,
Mori posses prae fervore,
Prae luctu deficere.
8. Virgo, facta mea flere
Fac et tibi condolere,
Tibi me recommendatum
Habe, mater, et placatum
Tuum redde filium.
9. Iesu, vulnera cor meum
Et fac me amare Deum
Et cruore tuo sana,
Aqua lava, plagis plana
Cuncta mea crimina.
10. Christe, grates tibi promo,
Patri in superna domo
Et spiritui amorum,
Sit decora laus hymnorum,
Honor et imperium.

Ad Completorium.

1. Ave, Iesu, salus vera,
Aromate hora sera
Recondit uterque iustus
Te Ioseph et Nicodemus,
Planctus dant et gemitus.
2. Munda sindone involvunt
Sacrum corpus et resolvunt
Dulces rivos lacrimarum
Et magistram dulcem, carum
Ponunt in mausoleum.

3. Saxo tumulum obserant,
Surrecturum tamen sperant,
Sed Iudaei saxum signant,
Opes dant servis, ut fingant
Et furatum asserant.
4. Lamentantur mulieres
Tunc devotae ac sincere
Unigenitique planctum
Super te peragunt sanctum,
Te amantes unicum.
5. Cum iaceret sic in petra
Corpus tuum, tunc ad taetra
Loca descendis inferni,
Portas serasque Arverni
Manu rumpis celeri.
6. Sempiterna nox lucescit,
Turba daemonum horrescit,
Ligat Satan rex serenus,
Fit iucundus laude plenus
Vinctus Dei populus.
7. Advenisti expectatus,
Clamant, et desideratus,
Nostram noctem illustrasti,
Educ tecum, quos levasti,
De carcere tartari.
8. Regem sequitur grex laetus
Paradisum, tunc quietus,
Conspicit Eliam bonum
Enoch et dextrum latronem,
Omnes laudant Dominum.
9. Castitate involutum
Fac me tibi consepultum
Et virtutibus condiri,
Iesu, fac me planctum iri,
De tenebris erigi.
10. Custodire me dignare,
Paradisum da intrare,
Quia tibi hymnum canto,
Patri pneumatique sancto
Laudes sint cum iubilo.

De Resurrectione.

1. Ave, Iesu gloriose,
Noster rex victoriose,
Qui ut leo fortis nimis
Propria virtute imis
Resurgis a mortuis.
2. Totus nam lorificatus
Triumphoque laureatus
Exis tumulo serato,
Sic decepto cum Pilato
Iudaeorum populo.
3. Luce resurgentis visa
Virtus militum elisa,
Iacent, tremunt tabescentes,
Contremiscunt malae gentes,
Iusti fiunt alacres.
4. Prima sabbatorum sane
Surgis, rex caelorum, mane,
Cum unguentis te quaerentes
Mulierum pias mentes
Respicias et humiles.
5. Nam post visum angelorum
Vident te, o spes maestorum,
Plus amanti Magdalenae
Prius te monstrasti plene,
Ut te narret vivere.
6. Ioseph, qui est iustus homo,
Monstras te et Nicodemo,
Iacobo in speciali
Petroque fiduciali,
Post hoc te discipuli
7. Omnes vident convalescentem
Et ignaros edocentem,
Thomae confers dubitanti
Latus, vulnera palpanti,
Laudem verae fidei.
8. Sed prae cunctis, credo, pia
Matri monstras te Mariae,
Fide plenam reples visu
Dulci tuo et adrisu,
Plausum das pro gemitu.

9. Inclite rex, victor mortis,
Tuus sim athleta fortis,
Da videre amorosum
Te in regno gloriosum
Post hunc vitae terminum.

10. Qui sedes ad dextram patris,
Fac, ut surgam cum beatis,
Et cum tuis da regnare,
Tibi glisco laudes dare,
Patri cum spiramine.

Clm. Monacen. (ol. Abrispacen.) saec. 15. 2873. — „Incipit centenarius laudis id est carmen centum versuum in venerationem et orationem, gratiarum actionem passionis Iesu Christi compositus, decem membris per singulos denarios versuum distinctus, multum devotus V. S.“ Am Schlusse; Memen- tote compositoris V. S. — Ad Vesp. 8, 3 fehlen zwei Silben; tuo ergänzt.

25. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. Heu misera condicio
Carnis humanae vitio
Compressa naturali,
Qui dormis, expergiscere,
Poenarum reminiscere,
Quibus pro te mortali
Salvator sic affligitur,
Dum pro te sponte traditur
Hora matutinali.

2. Quam durum o supplicium,
Mortis quod factor omnium
Expavit traditurus
Ad tempus momentaneum,
Sudorem dum sanguineum
Profudit oblaturus
Pro reis, quo post capitur,
Vinctus ut latro ducitur
Proinde damnaturus.

3. Iesu pie, qui patiens
Adversa tot suscipiens
Venisti nos salvare,
Veni, cor meum visita,
Me somnolentum excita,
Da mihi vigilare
In tuis semper laudibus
Et tuam totis viribus
Me mortem explorare.

Ad Primam.

1. Iam lucis orto sidere,
Quo cuncta, quibus vivere
Concedis, exsultare
Solent, tu solus, Domine
- Iesu, pro mundi crimine
Doles, heu, cur et quare?
Iam tibi nunc condoleo,
Qui te dolentem video
Pro me ligatum stare.

2. Gens rea, gens te misera
Voce proclamans aspera
Convulsit et ligavit,
Te reum mortis arguit,
Te vinctum, caesum conspuat,
Te facie velavit,
Te sistens in iudicio
Falsoque testimonio
Pilato praesentavit.

3. Iesu benigne, respice
Me miserum, ne despice
Sic emptum pretiose,

Pro quo volebas respui,
Ligari, caedi, conspui,
Da mihi copiose
Hanc tuam poenam plangere
Sic mane, ne sub vespere
Damner sic criminose.

A d Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 1. Cur diem inutiliter,
Cor, transis et inaniter,
Quem nunquam redditurum
Scis, hora cuius tertia
Iesum vides iudicia
Tot mortis subiturum,
Dum turba clamat, insonat
Et Crucifige personat,
Heume, quam verbum durum! | 2. Innocens morti traditur
A reis et exuitur
Direque flagellatur,
Contunditur, illuditur,
Purpureis induitur
Spinisque coronatur,
Post sibi crux imponitur
Et sic ad montem ducitur,
Ubi crucifigatur. |
| 3. Iesu, qui tot supplicia
Pro mea fers miseria,
Tu mei miserere,
Et qui pro me te victimas,
Da mihi veras lacrimas,
Ut digne possim flere
Mala commissa nequiter
Et tuæ morti pariter
Ad mortem condolare. | |

A d Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. O mira Dei bonitas,
O plus miranda caritas,
Crucem pro me subire
Dignatur Dei filius;
Quid sum, quid sibi melius?
Me salvo quod perire
Vult potius, quam peream,
Felle potatus etiam
Non desinit sitire. | 2. Sitivit, non ut biberet,
Sed ut me lucrifaceret,
Se totum hinc impendit,
Ad horam sextam Dominus,
Dum agonizans protinus
Patibulum ascendit
Crucis, perfusus sanguine
Diraeque mortis turbine
Convulsus hinc pependit. |
| 3. O salus indeficiens,
Iesu salutem sitiens
Nostrae salvationis,
Fac o sitire supplicem
Me tuæ mortis calicem
Tuæque passionis, | |

Da locum paenitentiae,
Cor purae conscientiae
Fletumque compunctionis.

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. O stupor incognitus,
En, patris unigenitus
In cruce victimatur,
Extensa cuius viscera
Sunt et aperta vulnera,
Latusque perforatur,
Sanguis et aqua profluunt
Mundique scelus abluunt,
Quo caelum reseratur. | 2. In ligno vita moritur,
Reisque vita redditur,
Dum mortem mors prostravit,
Sol obscuratus latuit,
Terra commota tremuit,
Infernus et expavit,
Ad nonam Dei filius
Inter latrones medius
Dum pendens exspiravit. |
| 3. O Iesu benignissime,
Qui mortis amarissimae
Poenam pro me subisti,
Tu fluxi carnis opera
Mortifices mortifera
Rigans, quo transivisti,
Me tuae mortis poculo,
Qui crucis in patibulo
Latronem suscepisti. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| 1. Quas ore laudes offeram,
Quod Dominus ad vesperam,
Dum Pascha manducavit
Dans corpus suum fratribus
Et sanguinem cenantibus
Eisque praemonstravit
Per paschale mysterium
Sacrae mortis martyrium,
Quo sponte declinavit. | 2. Iam Iesus a supplicio
Crucis perpresso vario
Morteque consummata
De ligno crucis solvitur,
Cor matris hinc transfigitur,
Dum sic amaritata
Tot nati cernit vulnera,
Transitque cordis viscera
Dolore mens prostrata. |
| 3. Iesu, paterna pietas,
Iam scelerum nimietas
Ad vesperam me duxit,
Ad hac me peste suscita,
Per mortis tuae merita,
Qua mundo lux illuxit,
Me tuae matris precibus
A mortis solve nexibus,
Quam tua mors destruxit. | |

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Iam dies, ecce, practerit
 Et horam hora conterit
 Neutraque reditura,
 Infelix, o sic transeo,
 Non est hic firma mansio;
 Mens haec et haec praecura:
 Creator mundi traditur
 Ad mortem, qua reducitur
 Ad vitam creatura.</p> | <p>2. Ad horam Iesus ultimam
 Post patri datam animam
 De cruceque solutus
 Involvitur in sindone,
 Murra simul et aloe
 Mixtura praelibutus,
 In monumentum ponitur,
 Lapisque magnus additur
 Ad ostium volutus.</p> |
|---|--|
3. Iesu, nostra redemptio,
 Pro tuae mortis pretio
 Me solvas a peccatis,
 Me lapsum pie corrige,
 Manumque mihi porrige
 Tuae benignitatis
 Et ad superna dirige,
 Me configurans gloriae
 Tuae perennitatis.

Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. ¹⁴/₁₅. A. — Cod. S. Floriani II 13. saec. 15. B. — Clm. Monacem. (ol. Emmeramen.) 14841. saec. 15. C. — Orat. ms. Carthusiae Erfordien. saec. 15. (Privatbesitz). D. — Hortulus animae imp. Argentinae 1508 E. — Ad Mat. 1, 3 Compassa A. — 1, 6 Pro quibus te B. — 1, 9 matutina B. — 3, 1 Iesu, qui pie E. — 3, 2 sustinens A. — 3, 3 me salutare B. — 3, 9 Me fehlt AC. — Ad Prim. 1, 3 explorare A. — 1, 6 Dolens A. — 2, 3 Avulsit A. — 2, 4 Quem reum A. — 3, 9 tam criminose BE; sic fehlt C. — Ad Tert. 1, 1 Cor B. — 1, 2 Cur ABE. — 1, 4 Deus hora cum tertia A. — 2, 2 Acriusque A. — 2, 4 Confunditur B. — 2, 5 In purpuris A. — 2, 6 que fehlt D. — 2, 8 mortem ABCE. — 3, 3 fehlt C. — Ad Sext. 1, 5 Quo sum quod A; Quod sum quod B. — 1, 6 Quod salvo me A. — 1, 9 Non fehlt A. — 3, 4 Fac, Iesu, sitire A. — Ad Non. 1, 1 fehlt eine Silbe ABCDE. — 1, 5 Sunt fehlt A. — 2, 2 Reis et E. — 2, 3 Dum morte mortem stravit B. — 2, 9 Dum fehlt A. — 3, 5 letifera BE. — 3, 6 quo redemisti C. — 3, 7 mortis pretio B. — 3, 9 Latronem sero suscepisti A. — Ad Vesp. 1, 1 Quas horae A. — 1, 2 Qua A. — 1, 6 Ipsi praenotavit A. — 1, 8 Sacro E. — 2, 1 a fehlt A. — 2, 6 amaritatur A. — 2, 9 prostratur A. — 3, 5 Pro A. — Ad Compl. 1, 4 si sic A. — 1, 5 Neque haec A. — 1, 6 O mens A. — 3, 5 mihi fehlt A. — 3, 7 Nos ad BE. — 3, 8 configures E. — In BE folgt am Schlusse dieser Zusatz:

Salve, Iesu mitissime,
 Immensae rex clementiae,
 Creator potens omnium,
 Et firma spes credentium,
 Qui natus es de virgine
 Sine virili semine,
 A nostro nos peccamine
 Sacro sanasti sanguine
 Mortem in cruce sustinens
 Et portas mortis conterens,
 Ut hostis ferus [verus B] succumberet,

Et homo tibi viveret.
Eia ergo, redemptor dulcissime,
In hac valle miseriae
Oculos tuae misericordiae
Ad nos converte lumenque
Salvificum tuae gratiae
In nobis nunc accende
Et post hoc exsilium
Vultum tuum gloriosum
Nobis ostende,
O clemens, o pie,
O dulcis Iesu, fili Mariae.

26. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Iesum Christum adoremus,
Qui per crucem nos salvavit,
Et in hymnis praedicemus,
Quae pro nobis supportavit,
Semper ipsum collaudemus,
Nam a morte nos curavit,
Grates sibi persolvemus,
Per nos cruci se dicavit.</p> | <p>4. Te prophetae praedicabant,
Accusabant Pharisei,
Sancti patres adorabant,
Blasphemabant Saducae,
In te simul coniurabant
Et gentiles et Hebraei,
Et ad mortem condemnabant
Et Pilatus et Iudaei.</p> |
| <p>2. Sed quis grates possit digne
Tibi, Christe, persolvere?
Cum recorder, quam maligne
Tibi plagae sunt infixae,
Quas pro nobis te benigne
Reminiscor suscepisse,
Et pro dantibus indigne
Deum patrem oravisse.</p> | <p>5. Postquam crucem ascendisti
Cum latronibus coniunctus,
Inter eos peependisti
Fixus clavo, spina punctus,
Et aceto, dum sitisti,
Es potatus iam consumptus,
Cum spiritum tradidisti,
Tunc expavit mundus cunctus.</p> |
| <p>3. Te a Iuda osculatus
Permisisti captivari
Et ad Caipham ligatus
Et Pilato praesentari,
Illudendo salutatus
Ac columna flagellari,
Sputo multo deturpatus
Genas palma verberari.</p> | <p>6. Laudes ergo tibi, Christe,
Atque grates persolvamus,
Sintque laudes prece mixtae,
Et te supplices oramus,
Ut post mortem nihil triste,
Nihil durum sentiamus,
Sed nobiscum tu consiste,
Ut in gloria vivamus.</p> |

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Recolamus mente [pura]
Christi sanctas passiones,
Nocte capti subobscura
Inter fustes et mucrones,</p> | <p>Plagas et flagella dura,
Poenas et illusiones,
Quae ut nobis profutura
Sint, tu, Christe, nobis dones.</p> |
|--|---|

2. Tu sanguineum sudorem
Effudisti, cum orares,
Nam mors intulit pavorem,
Cum a morte nos piores;
Cum ad Iudam proditorem
Et Iudaeos propinquare,
Ceciderunt, ut maiorem
Super illos te monstrares.
3. Postquam maior es ostensus,
Ut tu ipse voluisti,
A Iudaeis comprehensus
Multa probra pertulisti,
Et cum iudex sis immensus,
Iudicatus tum fuisti,
Et caecavit eos sensus
Te damnantes morte tristi.
4. Oves tuae sunt dispersae,
Cum pastorem te ceperunt,
Unaquaeque fugit per se
Et te captum reliquerunt,

Coniurantes tunc inter se
Falsos testes adduxerunt
Et caedentes te perverse
Tuum vultum conspuerunt.

5. Quanto zelo caritatis
Iesus Christus nos amavit,
Cum pro nobis sceleratis
Tot et tanta supportavit,
Rex immensae potestatis
Formam servi subintravit,
Cuncta creans pro creatis
Vita mortem toleravit.
6. Sit gens ergo nostra grata,
Quantum sibi posse datur,
Et pro gloria collata
Christo laus referatur,
Quae a morte liberatur,
Iesu Christe, te precatur,
Ut in caelis collocata
Tecum esse mereatur.

Ad Primam.

1. Sacerdotes prima hora
Iesum facie velatum
Sputoque conspersum ora,
In maxilla verberatum,
Cum ruberet [vix] aurora,
Eduxerunt ad Pilatum,
Postulantes sine mora
Fore morti condemnatum.
2. Iudas, eos ut aspexit
Iesum morti damnavisse,
Eis clare se expressit,
Virum iustum tradidisse,

Nec eorum mentem flexit
Eis nummos reddidisse,
Nec ab ipsis ut discessit,
Semet ipsum suspendisse.

3. Sed surrexit clamor fortis
Et latronem praelegit,
Sed non tumor nec cohortis
Timor Christi mentem fregit,
Sed subire poenam mortis,
Ut salvaret nos, elegit;
Quisque ergo nostrae sortis
Laudet ipsum, qui sic egit.

Ad Tertiam.

1. Hora tertia praelatum
Christo furem dimiserunt,
Iesum vero flagellatum
In praetorium duxerunt,
Spinis caput coronatum,
Cannam manu posuerunt
Et pro rege salutatum
Genu flexo deriserunt.

2. Cum Pilatus procuravit
Iesum velle relaxari,
Nam, ut erat, aestimavit
Iesum falso accusari,
At gens saeva proclamavit
Et incepit comminari,
Ex quo manus sibi lavit
Iubens ipsum eis dari.

3. Collo demum imponentes
Sibi crucem violenter,
Ut salvaret omnes gentes,
Eam tulit patienter,

Unde grates referentes
Laudemus reverenter,
Sibi preces porrigentes,
Ut nos foveat clementer.

A d Sextam.

1. Hora sexta veniente
Iesus cruci conclavatus,
Manus exstitit repente
Atque pedes perforatus,
Ipso quoque existente
Inter fures est precatus
Patrem, ne de tali gente
Poenam sumeret iratus.

2. Nec tamen hiis contenta
Gens maligna requievit,
Per tenebras et portenta
Eis furor non decrevit,

Sed sortiti vestimenta
Multis modis eum sprevit,
Ridens planctum et lamenta
Turbæ, quæ pro ipso flevit.

3. Iesu Christe, te precamur
Per tormenta, quæ tulisti,
Ut per ipsa mereamur,
Per quod iter ascendisti,
Laudantes te sequamur
Et in paradiso sisti,
Ubi boni perfruamur,
Tuis angelis consisti.

A d Nonam.

1. Iesu punctus a corona,
Fessus poenis et flagellis,
Cum sitiret hora nona,
Gens crudelis et rebellis
Et ad malum semper prona
Illi dedit potum fellis,
Qui tot eis dedit bona
Et de petra favum mellis.

2. In his poenis et tormentis
Alte clamans expiravit
Et in signis et portentis
Deum esse se monstravit,

Velum templi tam ingentis
Scissum est, sol obscuravit
Et apertis monumentis
Iam defunctos suscitavit.

3. Christum ergo, nostrum ducem,
Tota mente veneremur,
Qui est passus mortem trucem,
Ut a morte liberemur,
Nam pro nobis tulit crucem,
Ipsam ergo deprecemur,
Ut perducatur nos ad lucem,
Quam a nobis non meremur.

A d Vesperas.

1. Vesper erat iam diei,
Cum defuncto morte dura
Miles latus fodit ei,
Sanguis tunc et unda pura
Inde fluxit, et Iudæi
Rogaverunt summa cura,
Ut qui simul erant rei,
Frangerentur eis crura.

2. Sed ad Iesum venientes
Iam defunctum invenerunt,
Tum scripturas adimplentes
Ossa non comminuerunt,

Sed latronibus frangentes
Viderunt, quem transfixerunt,
Caeci vera tum cernentes,
Quæ prophetae praedixerunt.

3. Vidit, Christe, Zacharias
Te ad templum venientem,
Laudes turba dantes pias
Super asinum sedentem,
Te ad montem Ieremias
Tamquam agnum innocentem
Duci, sic et Isaïas,
Ut salvares omnem gentem.

4. Nulla posset lingua satis
Christi laudes explicari,
Iustus nostris pro peccatis
Se est passus immolari,
Caelum reddere damnatis,
Maestos venit consolari,
Lumen dedit excaecatis
Atque mutis posse fari.
5. Rex cunctorum et creator,
Cum non essem, me fecisti,
Perditorum tu salvator,
Cum perissem, redemisti,

Tua morte, liberator,
Pro me morti te dedisti,
Et inferni debellator,
Inde patres extraxisti.

6. Quantum scimus et valemus,
Christo laudes praecinamus,
Et si, quantos deberemus,
Nos non posse cognoscamus,
Grates tamen referemus
Et devote supplicamus,
Ut in caelis tecum stemus,
Quem in terris adoramus.

Ad Completorium.

1. In diei complemento
Ioseph, homo Deo gratus,
Iesum dare monumento
Est Pilatum deprecatus
Et ab ipso hoc obtento
Fuit sindonem mercatus,
Qua involvens cum lamento,
Est ab ipso tumulatus.
2. Nocte quoque subobscura
Ferens murrae libras centum
Nicodemus et mixtura
Aloe fecit pigmentum,

Ex quo unxit summa cura
Iesum Christum iam peremptum,
Corpus ut in sepultura
Conservaret hoc unguentum.

3. Involutus sic et vinctus
In sepulcro accubavit,
Qui pro nobis est defunctus,
Nos a morte liberavit
Resurgendo, post assumptus
Caeli portas reseravit;
Laudet ergo mundus cunctus,
Nobis vitam qui donavit.

Cod. Vatican. 4729. saec. 15. — Ad Mat. 3, 6 A columna. — 4, 7 morte. — Ad Laud. 1, 5 fragella. — 2, 6 proriquares. — Ad Prim. 3, 7 Quilibet ergo. — Ad Non. 1, 2 Fexus. — Ad Vesp. 2, 6 Viderunt que. — 5, 6 Per me morti me. — Ad Compl. 2, 2 Feres. — Laus und laudare sind durchschnittlich zwei-, beziehungsweise viersilbig, hi, der mittelalterlichen Schreibung hii entsprechend, zweisilbig gemessen.

„Incipit officium editum a comite Francisco de Corbario in commemorationem Domini Iesu Christi.“

27. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- O rex summae maiestatis,
Magister humilitatis,
Pascha legis celebrato
Animo desiderato
5. Servus factus es servorum,
Dum pedes discipulorum
Lavas, detergis et servi
Iudae pessimi, protervi,
Fisque cibus servulorum,
 10. Dominus tu dominorum;

- Pie terres proditorem,
Praemonens et negatorem;
Hinc sermone longo facto,
Scandalo cunctorum tacto
15. Vadis ad orationem
Ad tristissimum agonem.
Sanguinem sudasti mire
Prae pavore mortis dirae,
Dormientes excitasti,
 20. Ad orandum provocasti,

- Turbis sponte occurristi,
Omnes verbo prostravisti,
Iudae osculum malignum
Sumpsisti in fraudis signum.
25. Servo aurem amputatam
Reddidisti mox sanatam,
Ab ingratis e converso
Grege tuo nunc disperso
Captus es et dure strictus
30. Tamquam latro maledictus.
- R^o O quid vermīs vilitatis
Reddam regi maiestatis
Pro tam intimo amore
Et tam maximo dolore?
5. Si membratim dimembrarer,
Non plane recruiarar,
Si millesies obirem,
Digne solvere nequirem.
- Ducunt te ad Annam primum,
Tractant te ut stultum minimum,
Multa contra te testantur,
Quae mentita comprobantur.
35. Te velantes colaphizant,
Conspuunt et alapizant,
Crine, barba depilaris
Et a Petro ter negaris,
Sed pie a te respectus
40. Flens amare mansit rectus.
- In hac matutina hora
10. Tibi, Christe, laus decora,
Grates, gloria et honor.
Sume grates, quantum conor,
Pro salute acquisita
Saecula per infinita;
15. Dolor tuus ad ovamen
Caeli me perducatur Amen.

A d Primam.

- Hora prima tamquam latro
Coram iudice Pilato
Iudex mundi stas ligatus,
Falsis multis accusatus.
5. Malefactor criminarius,
In multis interrogaris,
Nil ad cuncta respondisti,
Sed ut ovis mutuiisti,
Et miratur vehementer
10. Praeses, quod hoc fers libenter.
Dehinc duo quaerit a te,
De regno, de veritate.
Ad primum tu respondisti,
Ad alterum tu tacuisti;
15. Nam iudex in falsitate
- Non est dignus veritate,
Tamen probat te expresse
Absque omni culpa esse.
Tunc te ad Herodem misit,
20. Qui te sprexit et derisit,
Veste alba fatuatum
Te remisit ad Pilatum,
Valde turpiter illudum,
In via hinc inde trusum.
25. Dum constanter accusaris,
Iustus esse comprobaris,
Tam a Iuda proditore
Quam Pilato et uxore;
Iudex clamat te solvendum,
30. Sed Iudaei suspendendum.

A d Tertiam.

- Hora tertia ligaris
Ad columnam, flagellaris
Tam horrende et tam dure,
Acsi peior esses fure.
5. Totum corpus vulneratur,
Circumquaque cruentatur,
Veste rubra circumdatis,
Duris spinis coronaris,
Fit arundo tuum sceptrum;
10. Tunc ut vilem et ineptum,
- Stultum regem te honorant,
Te salutant, te adorant,
Quod fit totum irridendo,
Palmas dando, conspuendo.
15. Sic appares maculosus,
Plus deformis quam leprosus,
Caput tuum delicatum
Cum arundine plagatum,
Usque cerebrum conquassum
20. Mille et puncturas passum.

- Talem te iudex monstravit:
Ecce, homo, proclamavit,
Ut Iudaei sic cessarent
Nec te ultra accusarent.
25. Sed his omnes infelices
Plus clamant per multas vices:
Tolle hunc et crucifige,
Barrabam dimitte pie.
Tunc Pilatus manus lavit
30. Et cruci adiudicavit;
Sanguis tuus super eos,
Qui sic optant, dant se reos.
Purpura dehinc exutus,
Veste tua reindutus
35. Furca propria gravaris
Et sub illa incurvaris;
- Nulli furi vel latroni
Solet crimen par imponi.
Mulieres te plangebant,
40. Alii te deridebant,
Lutum in te iaciebant
Et hinc inde comprimebant.
Portans caelum, terram, mare
Nequis crucem tunc portare
45. Prae magna debilitate;
Tunc Simon angariatus
Tecum tulit male gratus.
Sic ut agnum et insontem
Ducunt ad poenalem montem;
50. Heu, quam grave et horrendum
Matri fuit hoc videndum!

A d S e x t a m.

- Hora sexta denudatus
Et in terram es prostratus,
Super crucem es extensus,
Clavis ferreis appensus;
5. Sic in altum elevaris,
Ut a cunctis videaris,
Sed ut magis confundaris,
Medius latronum daris.
Tunc te omnes maledicunt
10. Atque vach clamantes dicunt:
Hic destructor templi Dei
Salvet se, credimus ei.
Item principes dixerunt,
Caput contra te moverunt:
15. Alios hic salvos fecit,
In se ipso nunc defecit.
Tunc [hoc] nefas tu excusas
Ad patrem per preces fusas,
Laevus latro tecum pendens
20. Te blasphemat vilipendens,
- Sed hunc dexter increpavit,
Dicens: culpa nos damnavit,
Hic vero nil mali gessit,
Sed hunc gens iniuste pressit;
25. Et ait: memento mei,
Domine, in regno Dei.
Et Iesus: nunc mecum eris,
In paradiso laeteris.
Quis hinc potest desperare,
30. Qui hoc bene vult pensare.
Vides, Iesu, matrem stantem,
Singultantem et plorantem,
Luctus gladio transfixam,
Tecum totam crucifixam;
35. Doles plus de hoc maerore
Quam de vulnerum livore;
Hanc in curam das nepotis,
Quam accepit summis votis.
Sol te planxit obscurando,
40. Per tres horas sic durando.

A d N o n a m.

- Hora nona, o rex caeli,
Clamasti ad patrem Heli,
Cur te sic derelinquisset,
Quod in nullo subvenisset
5. In tanta calamitate
Et poenarum gravitate;
Nunquam enim fuit dolor
- Gravior quam tuus dolor.
Dulcius os tuum melle
10. Potatur aceto, felle;
Tunc dixisti congaudendo,
Cuncta bene concludendo:
Nunc est totum consummatum,
Quod est ante prophetatum

- | | |
|---|--|
| <p>15. Tam de mea passione
Quam mundi redemptione.
Tunc te patri commendasti,
Voce magna exspirasti,
Tunc fit terrae motus magnus;</p> <p>20. Dum obisti verus agnus,
Petrae, veli fit scissura,
Sepulcrorum apertura,
Et sic omnes creaturae
Tibi sunt compassae iure</p> <p>25. Praeter miser homo solus,
Pro quo tu es passus solus.
Haec centurio auscultans
Clamat mirans et singultans:
Vere erat, vobis, promo,</p> <p>30. Deī natus iste homo.
Nullam ossis fert fracturam,</p> | <p>Quod signatur per figuram;
Miles latus perforavit.
Sanguis, aqua emanavit,</p> <p>35. Aqua in ablutionem,
Sanguis in redemptionem,
Aqua sacra baptismalis
Et sanguis sacramentalis.
Vere multum te oderunt,</p> <p>40. Dum nec functo pepercerunt.
Stabat mater videns cuncta,
Pallens quasi iam defuncta.
Nunquam potest explicari
Dolor talis nec pensari;</p> <p>45. Dolor fuit tam immensus,
Quod humanos fugit sensus,
Quae sic mente cruciatur,
Plus quam martyr comproba-
tur.</p> |
|---|--|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>Vespertina tandem hora
Corpus tuum sine mora
Ioseph ab Arimathia
A Pilato mente pia</p> <p>5. Impetravit sibi dari,
Ut sic posses tumulari.
Qui assumpto Nicodemo,
Uno principe supremo,
Ad solvendum accesserunt</p> <p>10. Et corpus deposuerunt.
Quod ut vidit mater tristis,
Se libens coniunxit istis
Paululumque respirabat,
Quantum quibat, adiuwabat.</p> <p>15. Unus clavos extrahebat,
Alter corpus sustinebat,
Ipsa vero assistebat,
Supra pectus attrahebat
Caput manusque cruentas</p> <p>20. Dependentes atque lentas,
Quibus oscula impressit
Valde se servilem gessit;
Illi corpus assumpserunt,
Super terram posuerunt,</p> | <p>25. Ipsa semper lacrimatur,
Semper dolor innovatur,
Fuit occupata nimis
Vulnerum tergendis rivis,
Caput suum tenens maesta</p> <p>30. Pia voce est conquesta:
Ubi gaudia sunt grata,
Mihi quondam nuntiata?
Nunc sunt versa in maerorem
Et in nimium dolorem.</p> <p>35. Quis det mihi tecum mori,
Ut sic finem dem dolori?
O quantus tunc erat luctus
Matris sicut maris fluctus,
Spiritus est intus auctus,</p> <p>40. Foris fit amarus planctus,
Quando sic dilectus natus
Mortuus et laceratus,
Cruentatus, denigratus
Est in sinu reclinatus.</p> <p>45. Plus quam mors est talis vita,
In maerore tanto sita,
Mariae ut compassio,
Eius sic miseratio.</p> |
|---|---|

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| Hora completoriali
Sepeliris modo tali,
Cum te Ioseph impetrasset,
Nicodemusque portasset | Quod omnes, qui hoc videbant,
Secum flendo condolebant, |
| 5. Centum species librarum,
Quibus corpus tuum carum
Gloriose condiderunt,
Velo mundo involverunt. | 25. Et virorum corda dura
Movit tristis haec planctura
Ad singultum, fletum multum,
Lacrimis rigando vultum,
Quod nequibant fari bene |
| 10. Coepit mater impedire,
Petens sibi misereri,
Ut parumper intueri
Posset tuum vultum gratum,
Licet totum deformatum, | 30. Nec formare verba plene.
Vae tunc mater persolvebat,
Quod in partu non habebat,
In partu fuit absque vae,
Omni in morte plena vae; |
| 15. Mortuum te sibi dari
Aut te secum tumulari.
Fit conflictus tunc in istis
Ad videndum valde tristis,
Hic sepulcro te ponendo, | 35. Miror cor tenellum tactum
Tanto vae non esse fractum.
Tandem in conflictu victa
Pia matre benedicta
Te sepelierunt verum |
| 20. Mater ad se retrahendo,
Tantum dolens lacrimando,
Modo valde miserando, | 40. Planctu vitae mortis erum
In tumba odore plena,
Non tua sed aliena.
Heu, tam pauper fis bonorum
Tu heres universorum. |

Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116. — Ad Mat. 7 et fehlt. — Ad Sext. 17 fehlt eine Silbe. — Ad Compl. 8 Tela mundo. — Der Rundreim: O quid vermis etc. wiederholt sich nach jeder Hore, wobei statt „In hac matutina hora“ der Reihe nach eingesetzt prima, tertia, sexta, nona, vespertina, completorii hora.

28. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| Ave, verbum summi patris,
Flos et fructus castae matris,
Pie Iesu Nazarene,
Mitis, clemens et serene, | Suscepisti lacrimantem;
Meas, precor, sume preces,
Delictorum terge faeces
Et da fontem lacrimarum, |
| 5. Qui in hora matutina,
Ut me reum a sentina
Peccatorum emundares,
Tuo patri reformares,
Gravi turba te vallante | 20. O redemptor animarum,
Ut in corde sic contrito
Caritatis et ignito
Tibi merear servire,
Tuis iussis oboedire. |
| 10. Ac te Iuda osculante
Capi, trahi ac ligari
Atque sputo maculari
A Iudaeis voluisti,
Patienter et tulisti, | 25. O Iesu, precor, vendite,
Mundi redemptor inclite,
Tua morte pro amara,
Quam tulisti, crucis ara
In tuo sacro corpore, |
| 15. Quando Petrum te negantem | 30. Succurre mortis tempore. |

A d Primam.

- | | |
|---|---|
| <p>Ave, verbum incarnatum,
Ex Maria procreatum,
Christe, fili magni regis,
Consecrator novae legis,
5. Cui diei hora prima,
Ut me reum ad sublima
Revocares supernorum,
Mox a turbis Iudaeorum
Ducebaris ad Pilatum,
10. Scelerosum et elatum,
Pia facie velatus,
Ab iniquis accusatus,</p> | <p>Flexis illusus genibus,
Colaphizatus ictibus,
15. Sacris manibus ligatus,
Licet innocens fuisti,
Ut mutus tamen tacuisti;
Unde, precor, vitae dator,
Gravis licet sim peccator,
20. Me perfunde caeli rore,
Ut te duce, te rectore
Hostes queam superare
Et ardentem te amare.</p> |
|---|---|

A d Tertiam.

- | | |
|---|---|
| <p>Ave, princeps verae pacis,
Qui credentes salvos facis
In te, Iesu, agne Dei,
Fili matris sanctae spei,
5. Tu, qui in hora tertia
Multa ferens opprobria
Coram plebe et Pilato,
Ut me mundares a peccato,
Exstitisti praesentatus,
10. Illudendus, spoliatus,
Ad columnam flagellatus
Et ad mortem condemnatus,</p> | <p>Quique vestitus purpura
Coronatus atque spina,
15. Caput caesum arundine,
Vultus perfusus sanguine
Ut leprosus tu stetisti,
Crucem in umeris tulisti,
Fac me, quaeso, tessequi ducem,
20. Paenitendo ferre crucem,
Ut in extremo tempore,
Dum resurgam in corpore,
Me digneris excusare,
Patris iram mitigare.</p> |
|---|---|

A d Sextam.

- | | |
|--|---|
| <p>Ave, caeli reserator,
Peccatorum reformator,
Alme Iesu, fons amoris,
Orbis nate conditoris,
5. Hora sexta qui diei
Tamquam ovis causa mei
Tu innocens et patiens
Urbis portam egrediens
Nudus cruci es adfixus,
10. Post erectus sic distentus,
A Iudaeis es contemptus.
Qui latronem confitentem</p> | <p>Suscepisti paenitentem,
Meas preces, precor, audi,
15. Christe clemens, et exaudi.
Fac peccata me deflere,
Morti tuae condolere,
Ne me damnes pro delicto
In iudicio districto,
20. Sed te iuvante libere
Merear evadere
Iudicium ultionis
Causa tuae passionis.</p> |
|--|---|

A d Nonam.

- | | |
|--|---|
| <p>Ave, crucis consecrator,
Christe, pacis reparator,
Dulcis fructus sanitatis</p> | <p>Et amator castitatis,
5. Qui diei hora nona
Humanatus in persona</p> |
|--|---|

- Pro me pendens crucis ara
Vulneratus in amara,
A Iudaeis blasphematus
10. Et opprobriis saturatus,
Iussu patris qui completo
Fel potasti cum aceto
Et inclinato capite,
O redemptor inclite,
15. Patri spiritum tradidisti,

- Sic me lapsum redemisti.
Heu quantam, Christe, gratiam
Perdidi per malitiam,
Culpis licet sim gravatus,
20. Morte tua me mercatus
Es, caelestis agne Dei,
Miserere, precor, mei,
Redde misericorditer,
Quod perdidi fragiliter.

Ad Vesperas.

- Ave, panis angelorum,
Nutrimentum conditorum,
Bone Iesu, leo fortis
Et aeternae victor mortis,
5. Qui in hora vespertina
Matre stante in vicina
De ligno crucis levatus,
In sinu matris collocatus.
Plena erat tristitiae,
10. Mater solis iustitiae,
Cuius ensis cor transfixit,
Senex Simeon quod praedixit,

- Unde, precor, verbum patris,
Per dolorem tuae matris,
15. Quem in corde sustinuit,
Dum te in sinu tenuit,
Praesta locum paenitendi,
Nam in multis te offendi,
Mea ut plangam scelera
20. Per tua quinque vulnera,
Da devota ut in mente,
Puro corde te favente
Vitam meam, Iesu care,
Fine bono consummare.

Ad Completorium.

- Ave, lumen veritatis,
Vas insigne deitatis,
Sacer Iesu, vita vera,
Hostia sacra, lux sincera,
5. Hora diei ultima
Qui pro morte turpissima,
Quam passurum te scivisti,
Guttas sanguinis fudisti.
Corpus tuum perforatum
10. A Iudaeis et necatum
In sepulcro dum quievit,
Quam amare mater flevit;

- Huius fletus memorare,
Quaeso, Christe, splendor clare,
15. Per amaram tuam mortem
Fac sanctorum me consortem,
Ut instante die mortis,
Rex aeternae, iudex fortis,
Me digneris visitare,
20. Mortis horam nuntiare,
Ut spe firma, fide recta
Caritateque perfecta
In te queam exspirare,
Semper tecum exsultare.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. 4^o 29.

29. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

1. Iesus orans intime
mente contristatur,
Iesus sudat sanguinem,
terra madidatur.

2. Iesus vili pretio
venditur Iudaeis,
Iesus Iudae osculo
traditus est eis.

3. Iesus sponte capitur,
viliter tractatur,
Iesus duris vinculis
fortiter ligatur.
4. Iesus a discipulis
fuit derelictus,
Iesus ductus turpiter
opprobriis afflictus.
5. Iesus Annae primitus
fuit praesentatus,
Iesus a discipulis
fuit ter negatus.
6. Iesus manu servuli
fuit alapatus,
Iesus vinctus Caiphae
fuit praesentatus.
7. Iesus falsis testibus
fuit accusatus,
Iesus de blasphemia
fuit inculpatus.
8. Iesus diffinitus est,
quod sit mortis reus,
Iesus duris colaphis
punitur homo Deus.
9. Iesus infidelium
sputis defoedatur,
Iesus palmis perfidis
vultu verberatur.
10. Iesu laetam faciem
coeperunt obvelare,
Iesum impiissimi
iusserunt prophetare.

Ad Primam.

1. Iesus ad praetorium
Pilato praesentatur,
Iesus multo crimine
ibidem accusatur.
2. Iesus regi mittitur,
qui congratulatur,
Iesum rex interrogat,
responsum nullum datur.
3. Iesus multo scelere
constanter accusatur,
Iesus cum nil diceret,
a cunctis aspernatur.
4. Iesus tunc ironice
albis est vestitus,
Iesum Pilato redditus
receptus est invitus.

Ad Tertiam.

1. Iesus morti traditur,
latro liberatur,
Iesus veste propria
flebiliter nudatur.
2. Iesus flagris caeditur
fortiter ligatus,
Iesus est purpurea
veste subsannatus.
3. Iesu caput inclitum
spinis contorquetur,
Iesus arundineo
sceptro irridetur.
4. Iesus flexis genibus
false adoratur,
Iesus a militibus
Pilati alapatur.
5. Iesu laetam faciem
sputis maculabant,
Iesu caput innocens
cum canna verberabant.
6. Iesus spretus turpiter
Iudaeis demonstratur,
Iesum tolli clamitant,
ut cruci suspendatur.

Ad Sextam.

1. Iesus tribunalibus
Pilato praesentatur,
Iesus per sententiam
mortis condemnatur.
2. Iesus crucem propriam
in umeris portavit,
Iesus locum Golgathae
poenaliter intravit.

- | | |
|--|---|
| 3. Iesus suis vestibus
cunctis spoliatur,
Iesus membris omnibus
in cruce dilatatur. | 6. Iesus cruce positus
in altum elevatur,
Iesus cum latronibus
pendens deputatur. |
| 4. Iesu manum dexteram
clavus perforavit,
Iesu laevam carnifex
dire conclavavit. | 7. Iesu vestes inclitae
sorte dividuntur,
Iesu regales tituli
a iudice scribuntur. |
| 5. Iesus pede dextero
vulnus capiebat,
Iesus pede altero
ex vulnere dolebat. | 8. Iesus in patibulo
crucis exprobratur,
Iesus a latronibus
tunc convitiatur. |
9. Iesus matris intime
compassus est dolori,
Iesus hanc discipulū
dat curae et amorī.

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 1. Iesus patri caelico
relinqui se clamavit,
Iesus dicens <i>sitio</i>
acetum, fel potavit. | 2. Iesus <i>consummatum est</i>
alte personavit,
Iesus patri spiritum
expirans commendavit. |
|--|--|
3. Iesu latus lancea
miles perforavit,
Iesus nobis sanguinem
cum aqua propinavit.

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. Iesus de cruce ponitur
hora vespertina,
Iesus murra unguitur,
vitae medicina. | 2. Iesus pannis volvitur,
latet vis divina,
Iesus, mundi gloria,
iacuit in spina. |
|---|--|

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| 1. Iesus completorii
hora tumultatur,
Iesus specu clauditur,
a suis lamentatur. | 3. Iesu, pie Domine,
munus de passione,
Christe, tibi offero
cordis devotione. |
| 2. Iesus limbum spolians
caelos reseravit,
Iesus olim perditam
ovem reparavit. | 4. Iesu, cordis gaudium,
o salvator bone,
Iesu, nos participes
tuae fac coronae. |

Conclusio

per modum orationis.

- | | |
|---|---|
| 1. Iesu, fons dulcedinis,
da copiam amoris,
Nostro cordi imprime
tui vim doloris. | 2. Iesu, mores corrige
vitam tribuendo,
Hostes nostros comprime
pacem largiendo. |
| 3. Iesu, nos ad patriam
duc aeternitatis
Et nos fac participes
divinae claritatis. | |

Praeparationes devotae ad digne celebrandum seu communicandum per Iulium Accoltum primitus collectae etc. Tegernsee 1577. fol. 54 b. sqq. — Ad Prim. 3, 2 viliturque. — Concl. 1, 2 da copiam tui amoris. — Ob die Verteilung auf die kanonischen Stunden diesem Liede ursprünglich ist, erscheint zweifelhaft.

30. Horae de Passione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Ad Matutinum gemide
Tu patrem exorasti,
Qui prae maerore tremide
Cruorem sudasti, | 7. Per testes iniquissimos
omni modo mendaces,
Et viros per nequissimos
Et nimium procaces. |
| 2. Recumbens in angustia
In monte olivarum
Cum tristi querimonia
Instantium poenarum. | 8. In collo tuo caesus es,
In roseis maxillis,
Percussus atque laesus es
Cum palmis et pugillis. |
| 3. Ast interim cum facibus
Iudaei venientes
Et gladiis minacibus
Te propere quaerentes, | 9. Tis faciem sputamine
Iudaei maculantes,
Cum albo linteamine
Etiam velantes, |
| 4. Per osculum miserrimi
Te Iudae cognoverunt,
Te servi sed asperri
Ligantes abduxerunt | 10. Te multum derisorie
Caedendo verberarunt,
Te valde despectorie
Calcando subsannarunt. |
| 5. Apostolis timentibus
Saevitiam cohortis
Atque fugientibus
Timore dirae mortis. | 11. Petrum tribus te vicibus
Neganem audivisti,
A diris carnificibus
Illusus dum fuisti, |
| 6. Hinc coram pontificibus
Fuisti praesentatus,
In causis multiplicibus
Non minus accusatus | 12. Haec horrida convicia
Tu quia sustulisti
Et alia supplicia,
Quibus nos redemisti. |

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ad primam praesentatus es
Tu praesidi Pilato,
De quo iam destinatus es
Herodi scelerato,</p> <p>2. Sed et hic, sua contio
Te, proh dolor, irrisit,
In alba veste Pontio
Pilato te remisit.</p> <p>3. Qui quidem multifarie
Te iam examinavit
Immunem et a carie
Te fore proclamavit.</p> <p>4. Veruntamen instantibus
Nequissimis Iudaeis
Te multum accusantibus
Assentit hic et eis.</p> <p>5. Nam Barrabam redemerant,
Ad statuum ligarunt,
Flagellis corpus foderant,
Dire castigarunt.</p> | <p>6. Post clamydem coccineam
Te supervestientes
Atque in caput spineam
Coronam imprimentes</p> <p>7. Arundinem in manibus
Hinc tibi tribuerunt
Et verbis cum minacibus
Illudere coeperunt.</p> <p>8. Nam iuvenes cum senibus
Furentium tortorum
Clamabant flexis genibus:
Ave, rex Iudaeorum.</p> <p>9. Qui caput, heu, spiniferum
Hinc tuum verberarunt
Arundine mortiferum
Et ictum replicarunt,</p> <p>10. Ut cruor ab acumine
Spinarum emanaret
Et rubicundo flumine
Te prorsus irrigaret.</p> |
|--|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Ad tertiam nequissimus
Ab aequitate cedens
Pilatus, atrocissimus
Pro tribunali sedens,</p> <p>2. Iniquam per sententiam
Te mori iudicavit,
Qui tuam innocentiam
Iniuste condemnavit.</p> <p>3. Amicis tuis flentibus
Iudicium tam durum
Tuumque deplangentibus
Supplicium futurum.</p> <p>4. Hinc saevis carnificibus
Fuisti derelictus,
A quibus multiplicibus
Es cladibus adflictus.</p> <p>5. Qui crucem tuis umeris
Gerendam tunc viderunt,
Conviciis innumeris
Te quidem affecerunt.</p> | <p>6. Nam geminis praedonibus
Fuisti sociatus,
Praesertim cum latronibus
Iniquis reputatus.</p> <p>7. Te sequebatur flentium
Caterva matronarum
Et tuum deplangentium
Dolorem tam amarum</p> <p>8. Ad locum despectissimum
Calvariae vocatum,
Exosum, dedignissimum,
Latronibus aptatum.</p> <p>9. Ubi secundo
Milites te nudabant
Et flagra tua vario
Tormento renovabant,</p> <p>10. Iam tuum coaequaliter
Vestitum dividentes
Et partes socialiter
Ex eis capientes.</p> |
|---|---|

Ad Sextam.

1. Ad sextam cum funiculis
Extensus es in cruce
Et fixus cum claviculis
A gente nimis truce
2. Per poenas ineffabiles
Per palmas sacrosanctas,
Sicut per venerabiles
Etiam tuas plantas,
3. Ut tua caro regia
Sit quasi lacerata,
Cum tua praeegregia
Sint membra numerata.
4. Hinc supra epitaphium
Pilatus cruci fixit,
Per tripartitum graphium
Conscriptum, quo edixit:
5. Hic Iesus Nazarenus,
Rex verus Iudaeorum,
Regale cui est genus
De stirpe proavorum.
6. O vere dolor nimius,
Cum omnes tui cari
Viderunt te sublimius
In cruce sublevari.
7. Tunc sese dilataverant
Clavorum fixurae
Et sanguinem stillaverant
Pedes manusque purae.
8. Sed inter haec supplicia,
Quae valde te gravabant,
Multimoda convicia
Iudaei tibi dabant,
9. Dicentes: aegrotarios
Hic multos sanos fecit
Atque languentes varios,
Nunc sibimet defecit.
10. Non minus inculpaverat
Te latro sinistrinus,
E contra reprobraverat
Hunc latro dexterinus.
11. Unius obloquentiam
Benigne sustulisti,
Alius paenitentiam
Condigne suscepisti.
12. In rupe Calvariae
Tu matrem prope stantem,
Carentem omni carie,
Vidisti lacrimantem.

13. Hanc tuo consanguineo,
Quem mere dilexisti,
Discipulo virgineo
Iohanni commisisti.

Ad Nonam.

1. Ad nonam „ego sitio“
Clamasti, Iesu bone,
Prae nimio supplicio
Cum esses in agone.
2. Gens mala tibi tribuit
Potare fel amarum
Per spongiam, sed libuit
Hoc bibere te parum,
3. Dicendo: Consummatum est,
De passione mea
Quod ante prophetatum est
Per vates in Iudaea.
4. Hinc tuis pro tortoribus
Patrem exoravisti,
Pro tuis derisoribus
Cum lacrimis dixisti:
5. His, pater amantissime,
Dimitte, qui me plagant
Et cruciant gravissime,
Cum nesciant, quid agant.
6. Me tuum quare filium
Liquisti, heli, heli?
Hoc mortis est exsilium,
Plasmator alme caeli,

7. En, morior pro homine
De morte redimendo,
In manus tuas, Domine,
Spiritus commendo.

8. Sic poenis in gravissimis
Pendens clamitasti
Altisonis cum vocibus,
Cum vitam exhalasti.

Ad Vesperam.

1. Ad vesperam aromata
Vir Ioseph Deo carus
Et Nicodemus, grammata
Qui novit legis gnarus,

2. Discipulorum nomine
Private se gerentes
Tibique, Christe Domine,
Sincere condolentes,

3. Audacter tunc intraverunt
Ad iudicem Pilatum
Et tuum impetraverunt
Corpusculum beatum.

4. Cum quibus secundarie
Tortores abierunt
Et ad locum Calvariae
Te mortuum viderunt.

5. Quapropter grex carnificum
Os tibi non confregit,
Longinus sed deificum
Tuum latus impegit

6. Cum lancea gravissima,
Qua cruor emanavit,
Cum aqua limpidissima
Quae nos a noxa lavit.

7. Per sanguinem sacerrimum
Rigasti crucis postem,
Quo zabulum aspernum
Necasti nobis hostem.

8. Nam agnus absque macula
Tu es praefiguratus,
Qui diluis piacula
In pascha consecratus.

9. Extractis hinc claviculis
Fuisti resolutus
Et lineis panniculis
Dignanter involutus

10. Pro tuis funeralibus,
Quae Ioseph comparavit,
Expensis qui magnalibus
Exsequias paravit.

Ad Completorium.

1. Ad horam completorii
Fuisti deportatus
Ad specum promontorii,
Ibidem tumultus,

2. In candido sudario
Gratifice consutus
Aromate cum vario
Condigne delibutus.

3. Ex murræ mixturamine
Et aloes conditus
Cum mundo linreamine
Decenter investitus.

4. Hinc lapidem eximium
Discipuli voverunt
Et monumentum nimium
Bene obstruxerunt.

5. Plangentes suum dominum
Te, mundi redemptorem,
Salvatem genus hominum
Ob maximum amorem.

6. In terra sanctissimæ,
Salvator Iesu bone,
Tam virgines clarissimæ
Quam nobiles matronæ

7. Sederunt cum maestitia
Cis tuum monumentum
In cordis amaritia
Fundentes, heu, lamentum

8. Cum domina sacerrima,
Maria gloriosa,
Benigna, praeputcherrima,
Praedigna, praeformosa.

- | | |
|---|---|
| <p>9. Quae fletibus rigaverat,
Heu, virginalem vultum
Gemendoque spiraverat
Continue singultum.</p> <p>10. Haec mater vere nobilis
Sepulcro cohaerebat
Et permanens immobilis
Cum fletibus tunc flebat.</p> | <p>11. O quanta desolatio
Tis matrem tunc affecit,
Eidem consolatio
Nam utique defecit,</p> <p>12. Dum haec cum violentia
De tumba traheretur,
Amabili praesentia
Sic tua privaretur.</p> |
|---|---|
13. Sic flebiles exsequiae
Fuerunt adimpletae,
In tua sancta requie
Sunt horae iam completae.

Cod. Heidelberg. s. n. saec. 15; daraus bei Mone I, 121 ff. — Ad Mat. 1, 3 pro. — 2, 3 querimonio. — 8, 2 in fehlt. — Ad Prim. 5, 1 Nam et. — Ad Sext. 2, 3 Sic etiam venerabiles. — 2, 4 Etiam fehlt. — 3, 2 Fit quasi. — 3, 4 enumerata. — 4, 4 qui dixit. — 5, 3 genus est. — 9, 3 Atque fehlt. — 10, 4 dextrinus. — Ad Non. 1, 2 Clamitasti. — Ad Vesp. 4, 3 Et fehlt. — 7, 3 zabakum. — 10, 2 Quos Ioseph. — Ad Compl. 12, 4 Non utique. — Nach Str. 13 noch folgende entlehnte und nicht hiehergehörige Doxologie:

Laus, honor Christo vendito
Et sine causa perdito,
Passo mortem pro populo
In aspero patibulo.

Im Vorstehenden ist in der Mehrzahl der Fälle die Lesart der Handschrift wiederhergestellt, wo Mone ungerechtfertigte Änderungen vorgenommen. Namentlich war ihm der mittelalterliche Gebrauch von mis (mei) und tis (tui) fremd, welch letzteres er zweimal (Mat. 9, 1 und Compl. 11, 2) ausgemerzt.

31. De Corona Spinea.

Ad Matutinum.

1. Aeterno regi gloriae
Devota laudum cantica
Fideles solvant hodie
Pro corona dominica.
2. Coronat regem omnium
Corona contumeliae,
Cuius nobis opprobrium
Coronam confert gloriae.

Ad Laudes.

1. De spinarum aculeis
Christi corona plectitur,
Qua ministris tartareis
Mundi potestas tollitur.

2. Corona Christi capitis,
Sacro perfusa sanguine,
Poenae solutis debitis
Reos purgat a crimine.

Ad Primam.

1. Iam lucis mundi conditor
Impiissime tractatur,
Conspuitur, illuditur,
Postremum flagellatur.
2. Corona de spinis plectitur,
Qua caput Christi pungitur,
Punctum dedit medicinam
Et gloriam sempiternam.

Ad Tertiam.

1. Nunc sanctus pater omnium
A Pilato damnatur,
Corona infidelium
Spinea coronatur.
2. Hunc summum regem gloriae,
Spinis coronatum,
Deridet plebs perfidiae
Morte condemnatum.

Ad Sextam.

1. Rector potens, verax Deus,
Se permisit coronari,
Ut redemptor esset verus,
Tam vilis voluit reputari.
2. O quam felix punctio,
Quam beata spina,
De qua fluxit unctio,
Mundi medicina.

Ad Nonam.

1. Rerum Deus aculeis
Spinarum transfoditur,
Vultus rubet sanguineis
Guttis, et sub his moritur.
2. Pungens spina vulnerat
Christum patientem
Et a morte liberat
Populum credentem.

Ad Vesperas.

1. Ave, lumen saeculi,
Sub spinis quod coronae
Stas infidelis populi,
A mortis me solve mucrone.
2. Spinae rubent sanguine
Christum cruentantes,
Mundum lavant crimine
Caelum reserantes.

Ad Completorium.

1. Fit porta caeli patula,
Spinea dum corona
Caput Christi pungitur,
Et effluunt caelica dona.
2. Genus omne saeculi,
Laudes solve debitas
Spinae coronae Domini,
Quae abluit nostras noxas.
3. Laus Christo, regi gloriae,
Pro coronae virtutibus,
Qua nos reformans gratiae
Coronat in caelestibus.

Scala coeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3. — Dies Stundenlied ist mit erborgten Stellen aus Hymnen und Reimofficien durchsetzt; die vom Sammler zugefügten Strophen kennzeichnen sich durch metrische Verwahrlosung.

32. Horae de Resurrectione Domini.

Ad Vesperas.

1. Gratulemur nisu toto
cumulando gaudia
In sollemnitatis huius
aurea vigilia.
2. In qua Christo triumphante
saevus hostis vincitur,
Pulsus homo paradiso
liber restituitur.
3. Pro hac libertate data
victori mortis gloria
Cum patre ac paraclito
nunc et sine termino.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Corpus tuum deificum,
Iesu, valde mirificum,
Mane sepulcro prodiit
Et vitam mundo tribuit. | 2. Da per festum magnificum,
Quo perlustrasti saeculum,
Ut laetemur cum omnibus,
Qui gaudent in caelestibus. |
| 3. Ob cuius reverentiam
Nunc trinitati gloriam
Omnes sensus iam concrepent
Et sine fine iubilent. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| 1. O dominator dominans,
Aurora semper rutilans,
De morte surgis glorians,
Caelum, terram illuminans. | 2. Hac hora tu illumina
Mentes, sensus et corpora,
Ut post mundi exsilia
Tecum simus in gloria. |
| 3. O caelorum rex optime,
Iesu, cum sancto pneumate
Districto in examine
Iunge sanctis in aethere. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 1. O splendor patris unice,
Qui ipsa carne hodie
Surrexisti de pulvere,
Qua natus es de virgine, | 2. Fac me nunc esse memorem,
Quod ad inenarrabilem
Videndam tuam speciem
Prece ducar in requiem. |
| 3. Hora diei tertia
Nunc patri laus quam maxima
Pro nati sit victoria
Sanctique flatus gratia. | |

Ad Sextam.

- | | |
|---|--|
| 1. O rex virtutum Domine,
Qui processisti hodie
Indutus stola gloriae,
Ut sol splendens meridie, | 2. Quaerenti te iam indica,
Quis sit cibus in patria,
Quam hac die sanctissima
Ministrabis in gloria. |
| 3. O delicate iuvenis,
Pro impendendis gaudiis
Tibi laus et imperium
Sit nunc et in perpetuum. | |

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| 1. O dies venerabilis,
Qua triumphator nobilis
Surrexisti a mortuis,
Non solus sed cum plurimis. | 2. Pro immensa laetitia,
Qua pro tua victoria
Simul adimpleas omnia,
Nos salvos fac per saecula. |
|---|---|

3. Haec tua resurrectio
Est omni plena gaudio,
Ergo sit laus et gloria
Trinitati per saecula.

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. O Christe, sponsus virginum,
Oblatus es ad vesperum,
Sed versus est in gaudium
Luctus et in tripudium, | 2. Cum reviviscis hodie,
Consolator maestitiae,
Reflorens flos e tumulo
Mane primo diluculo. |
| 3. Tibi summo laus principi
Sit, qui nunc nostri debiti
Delevisti chirographum
Et regnas in perpetuum. | |

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. O tu summa benignitas
Et mira cordis suavitas,
Huius diei claritas
Finitur et serenitas. | 2. Ergo educ exsilio,
Nos caeli iunge gaudio,
Quo festo hoc gratissimo
Laetemur sine termino. |
| 3. Iesu, nostra redemptio
Et nostra resurrectio,
Cum patre et paracito
Laus sit tibi perpetuo. | |

Orat. ms. saec. 14. Cod. Guelfenbyteran. Helmst. 1262. — Ad Prim.
1, 2 O aurora.

33. Horae de Resurrectione Domini.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Salve, nox sacratissima,
Quam diligere est iustitia,
Sensus mortalis hominis
Non valet comprehendere
Te suavem in tuo lumine. | 3. Qui humano in corpore
Multa tulit pro homine,
Ad eruendum properat,
Quem liberare venerat. |
| 2. O nox beatissima,
Omni plena laetitia,
Expellens tua dignitas
Omnes tenebras noxias. | 4. Ornatum quondam angelum
Ligat nunc diabolum,
Ut hominem restituat,
Quem de limo plasmaverat. |
| 5. Gloria tibi, Domine,
Qui virtute potentiae
Ab omni tristitia
Liberasti hac nocte tua opera. | |

Ad Primam.

1. Iam illuxit divinitus
Dies ille dulcissimus,
Quem Christus, sol iustitiae,
Consecravit praecipue,
Qui optatus est perenniter
Et donatus feliciter.
2. Huius diei sollemnitatis
Est aeterna suavisitas,
Vincit mellis dulcedinem
Et dat omne gaudium.
3. Mater et virgo nobilis,
Quae viro est incognita,
Iam videt suum filium,
Quem luxit nimis mortuum.
4. Eius congaudet victoriae,
Quam sic peregit optime,
Quod mortem vicit viriliter
Et vivit aeternaliter.
5. Quis illa ineffabilia
Pensare posset gaudia,
Qua de filii dulci praesentia
Laetatur mater unica,
Quae illum ut propriam
Nimis dilexit animam.
6. Quaesumus, auctor omnium,
In hoc paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defendas populum.
7. Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Ad Tertiam.

1. Nunc rimante spiritu
Celebremus insignia
Huius diei gaudia
Et indefesso corpore
Laudemus regem gloriae.
2. Gaude simul, ecclesia,
Superna quoque curia,
Plaude iucundis manibus
Excelsis cum ordinibus.
3. Agnus mansuetissimus
Est leo factus fortissimus,
Dum suis subiecit pedibus,
Qui nos devicit fraudibus.
4. Quaesumus, auctor omnium,
In hoc paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.
5. Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Ad Sextam.

1. Rector potentissimus,
Qui vultu est pulcherrimus,
In se ipso renituit,
Dum de morte convaluit.
2. Superna illa divinitas,
Quae est summa suavisitas,
Exsurge, ait, mea gloria;
Caro respondit te tumulo:
Exurgam diluculo.
3. Horam illius dulcedinis
Non valet homo fragilis
Vel parum intellegere,
Quanta fuerit gloriae.
4. Quanta fuit suavisitas,
Quod summa divinitas
In terris tota pleniter
Habitavit ineffabiliter.

5. De hac tanta dulcedine
Infundamur hodie,
Ut corde devotissimo
Serviamus Domino.

A d N o n a m.

- | | |
|--|---|
| 1. Rerum Deus inclite
Nos caelestium vere protege,
Ut in tua dilectione
Ferveamus assidue. | 3. Quanta et quali gloria
Procedebas ad tartara,
Cum te senatus angelicus
Praecessit ut regem nuntius. |
| 2. Qui triumphali potentia
Claustra destruxisti infernalialia,
Nos ad vitae gaudia
Per festa duc paschalia. | 4. O quam pulchra processio,
Ornata omni gaudio,
Quae vexillis niveis
Exibat de tenebris! |

O laudandum per saecula,
Per quem fit haec victoria.

A d V e s p e r a s.

- | | |
|---|---|
| 1. Salve, dies sanctitatis
Simul et iucunditatis,
Haec est excelsior cunctis
Sanctiorque universis. | 6. Huic sanctissimae diei
Collaetentur omnes iusti et rei,
Et regina caeli
Laudem pangat filio Dei
Cum sexu femineo, |
| 2. Salve, dies miserationis
Totiusque liberationis,
Vivis qui es gaudium,
Defunctis refrigerium. | 7. Congaudeat in hac sacra die
Unico specioso filio regnanti,
Contempletur ovans luce,
Quem morientem vidit in cruce. |
| 3. Salve, dies decora et praeclara,
Angelis et hominibus cara,
In qua nos salvator mundi
A morte aeternae
Maledictionis redemit
Et planctum nostrum
In gaudium convertit. | 8. Laudent te omnes angeli et
archangeli,
Omnes sancti et iusti,
Quia hodie eorum
Numerum adimplesti. |
| 4. Salve, dies festa,
In qua consolantur corda maesta,
Cunctis vivis et defunctis grata
Quia in ipso omnium
Artata sunt peccata. | 9. Laudent te omnes sancti
Patriarchae et prophetae,
Quia hodie eorum numerum
Visitasti et liberasti. |
| 5. Salve, gloria dierum,
In qua dominus caelorum
Hodie in paradisum
Restituit hominem reum. | 10. Laudent te omnes sancti
Et electi tui,
Quos per resurrectionem tuam
Ad vitam aeternam reparasti.
Et nos peccatores te laudamus
Gratias agentes |

Suppliciterque deprecantes,
Ut in eorum consortio
Te in perpetuum
Laudare mereamur.

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Laudandus est Dominus,
Qui divinitatis viribus
Hostem humani generis
Spoliavit in inferis.</p> <p>2. O laudanda victoria,
Quia illa dulcissima
Anima se circumdedit
Et divinitate armavit.</p> <p>3. O quantus clamor oritur,
Dum manus illa porrigitur,
Quae suam ad imaginem
Plasmaverat tunc hominem.</p> | <p>4. Et quem irata facie
Quaerebat in meridie,
Eum nunc non quaeritat,
Sed ut placatum videat.</p> <p>5. Ille resolutus in lacrimis
Obviam ei clamat:
Nunc advenisti, Domine,
Quem nos diutissime
Nostris uberrimis
Expectavimus lacrimis.</p> <p>6. Quaesumus, auctor omnium,
In hoc paschali gaudio
Ab omni mortis impetu
Tuum defende populum.</p> |
|--|--|
7. Gloria tibi, Domine,
Qui surrexisti a mortuis,
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Cod. Voravien. 158. saec. 15. — Ad Mat. 3, 3 erudiendum. — Ad Sext.
3, 1 Hora.

34. Cursus de sanctis Angelis.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| <p>1. O Seraphim ignivoma
Et Cherubim aetherea
Divinaque subsellia,
Numina dominantia,</p> | <p>2. Sidera principantia
Potestasque almiphona,
Virtus quoque uranica
Et phalanx archangelica,</p> |
|--|---|
3. Beata plebs angelica,
Cuncta superna agmina,
Laus Deo pro vestra gloria,
Cui iungat nos ex gratia.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Omnes caelestes ordines,
Caelestis aulae milites
Mille milleni millies,
Vestros audite supplices.</p> | <p>2. Potentes in virtutibus,
Tremendi quoque nutibus
Et fulgurosi vultibus,
Christi favete plebibus.</p> |
|---|---|
3. Salve, beata trinitas,
Simul et una deitas,
Iuva creatrix saeculum,
Quae regnas in perpetuum.

Ad Primam.

- | | |
|------------------------|---------------------------|
| 1. Patrone fidelissime | 2. Tibi laudes magnificas |
| Custosque mi angelice | Et grates reddo debitas, |
| Ac propugnator optime, | Tuae datum custodiae |
| Caeli consor militiae, | Perduc in regnum patriae |
| 3. Pro omni tua gloria | |
| Et fida patrocinia | |
| Sit sempiterno Domino | |
| Laus fideli custodia. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|----------------------------|-----------------------------|
| 1. O Michael, dux inclite, | 2. Paradisi praeposite, |
| Primas caeli militiae, | Christi princeps ecclesiae, |
| Qui clarior prae ceteris | Agones nostros prospice, |
| In arce fulges aetheris. | Post mortem pius suscipe. |
| 3. Doxa regi altissimo | |
| In principe clarissimo, | |
| Cuius nos forti brachio | |
| Caeli coronet bravio. | |

Ad Sextam.

- | | |
|----------------------------|----------------------------|
| 1. O viva caeli sidera | 2. Sublimi vestrae gloriae |
| Et paradisi lilia, | Congratulemur intime, |
| Nobile decus patriae, | Cuius et nos participes |
| Dei gaudentes facie, | Vestros facite supplices. |
| 3. Trinitati deificae | |
| Laus, honor, decus latrae, | |
| Creatis et spiritibus, | |
| Quos beat in caelestibus. | |

Ad Nonam.

- | | |
|-------------------------------|-------------------------------|
| 1. Laus angelorum inclita, | 2. Nostris quies sit mentibus |
| Spes conditorum unica, | Angelorum precatibus, |
| Lumen Deus de lumine, | Quorum piis concentibus |
| Tu nos ab alto respice. | Nos iungas in caelestibus. |
| 3. Te cuncta laudent pariter, | |
| Summe cunctorum arbiter, | |
| Est cuius regnum stabile | |
| Per aevum sine tempore. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|---------------------------|-------------------------|
| 1. Chori novem angelici | 2. Apud ipsum causidici |
| Canori et hymnidici | Nostri sitis pacifici, |
| Creatorem dulcisonis | Ut mereamur adici |
| Semper laudantes organis, | Melodis regni caelici. |

3. Hinc laetabundis mentibus
Vobiscum summis civibus
Laudes Deo concinimus,
Ut det nos vestris coetibus.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. O angeli fortissimi
Ac victoriosissimi,
En, vestrae fortitudini
Hostes cedunt tartarei. | 2. Pugnamus hic in stadio
Salutis desiderio,
Ferte nobis auxilia
Contra bella hostilia. |
| 3. Salus, virtus, victoria
Deo nostro in saecula,
Qui robur dat pugnantibus,
Coronam triumphantibus. | |

Orat. ms. Tegrinsense anni 1470. Clm. Monacen. 20 012.

35. Cursus de ss. Angelis.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Assiste, lux angelica,
Perlustra noctem, carceres,
Solve vinctos et indica,
Quod nos ducendo liberes. | 2. Sic tibi, Deus trinitas,
Se nostra dent praecordia,
Ut des te nobis deitas
Cum angelis in patria. |
| 2. Qui educit de tenebris
Vinctos in fortitudine,
Nos ducat ab illecebris,
Rex angelorum lumine. | |

Ad Laudes.

1. Si[c] nocte lux angelica
Nos Iacobitas faciat,
Ut aurora transelica
Israelitas pariat.
2. Praesta, beata trinitas,
Nobis sic hostes vincere,
Ut nostra sit felicitas
Cum angelis te cernere.

Ad Primam.

1. Sic tibi, Deus, offerat
Cor sui primogenita,
Ut angelis mox inferat
Mactanda carnis vetita.

Ad Tertiam.

1. Pergentibus ad patriam
Caelestem nobis angeli
Castra veniant obviam
Nosque sumant archangeli.
2. Trino Deo et simplici
Sit laus et benedictio,
Qui nos regit multiplici
Angelorum obsequio.

Ad Sextam.

1. Ne uramur incendio
Fornacis Babylonicae,
Urat nos Christus radio
Caritatis angelicae.
2. Trino Deo praeconium
Trina det mundi fabrica,
Trinamque pellat hostium
Vim trina vis angelica.

Ad Nonam.

1. Sic pane continentiae
Nos angeli reficiant,
Ut aqua sapientiae
Mentes ad hanc perveniant.
2. Nos panis fortitudine
Angelorum induere
Et tuam altitudinem
Fac, trinitas, conscendere.

Ad Vesperas.

1. Vespertina oratio
Ascendat ad te, Domine,
Et Gabriele nuntio
Solvamur a ligamine.

2. Sit laus patri cum filio,
Sancto simul spiritui,
Qui ducant ab exsilio
Nos angelorum statui.

Ad Completorium.

1. Iam post solis occubitus,
Sol vere, da quiescere
Et ad tui contuitum
Cum angelis ascendere.
2. In te sit nostra requies,
Trinitas beatissima,
In nobis pauset facies
Angelis praegratissima.

Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Mus. Ferdinandi Oenipontan. s. n.
(Vgl. Jahresbericht 1887, Handschriften Nr. 9.). — Ad Tert. 1, 3 sint ob-
viam — Ad Sext. 2, 3 Trinumque. — Ad Non. 1, 2 Non angeli.

36. Cursus de ss. Angelis.

Ad Matut. et Vesp.

1. A summo choro Seraphim
Concentum ad puerorum
Ardenter Christo Domino
Psallemus nunc altissimo.
2. Beata cuius genetrix
Semper virgo decorata,
Caritate inflammata
Est supra celsa Seraphim.
3. Creator aulae Cherubim,
Scientiae effluentis,
Susceptans formam servuli
Errores fugat saeculi.
4. Domus cuius sanctissima
Spiritus sancti gratia
Fit Christi habitaculum,
Mentium veri luminis.
5. E caelo iudex mittitur
In throno cuncta ruminans,
Lazare gratis vinculum,
Tyrannus sic deluditur.
6. Fit mater Dei famula,
Quod non erat, dum assumpsit,
Et matris nutu iudicans
Per cuncta mundi saecula.
7. Gloria tibi, Domine,
Qui natus es de virgine
Cum patre et sancto spiritu
In sempiterna saecula.

Ad Primam.

1. Hic patet in praesaepio
Dominus dominantium
Pastoribus stupentibus
Iubilum concinentium.
2. Ioseph, felix nutritius,
Et cor Mariae virginis
Mirantur super omnibus
Insuetis concurrentibus.

- | | |
|---|---|
| 3. Katholicam ecclesiam,
Te deprecamur supplices,
Principatum principatu
Vincendo, Christe, complices. | 4. Laus, honor, virtus, gloria
Deo patri et filio
Cum spiritu paraclito
In sempiterna saecula. |
|---|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 1. Mariae natus unicus
Patrisque unigenitus
Summi, bovis et asini
In stabulo qui socius, | 3. O rex virtutum gloriae,
Peccata nostra ablue,
Virtutibus nos perfice
Et hostem semper comprime. |
| 2. Nunc matris pellat precibus
Potestatem malignorum
Spirituum electorum
Potestate angelorum. | 4. Praesta tu hoc, piissime
Pater et patris unice
Compar, cum sancto spiritu
Regnans per omne saeculum. |

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Quem Chaldaeorum proceres
Visitant cum muneribus,
Hunc stella caeli indicat,
Sed quaerit rex, ut perimat. | 3. Sepelit enses impius
Piorum in visceribus
Per nuntios satellites.
Ut tuorum angelorum, |
| 2. Regis nati archangeli,
Altis qui praesunt omnibus,
Nati matris clementiae
Nos ducant ad caelestia. | 4. Te poscimus, piissime,
Intercedente virgine,
A daemonum insidiis
Custodia nos protegas. |

Ad Nonam et Complet.

- | | |
|---|--|
| 1. Verbum caro effugatur,
Dum vibrat ensem carnifex,
Aegyptum inde visitat,
Quam olim plagis laeserat. | 3. Ymaginem tu suscipe,
Quam recreasti hodie,
Similem tibi precibus
Et electorum meritis, |
| 2. Xristus puer revertitur
Cum matre semper virgine
Post mortem regis impii,
Carentis aevo requie. | 4. Zizania cum lolio
Repulsis nutu virginis,
Ut Adonay gloriam
Demus ylion in excelsis. |

Cod. Vatican. Pallat. 412. saec. 15. (enthaltend den Adamas collectantium aquilarum des Wynandus de Stega, Doctoris decretalium) fol. 103b. „Dominicae nativitatis anno millesimo quadringentesimo vigesimo in civitate Augustensi in crastino Epiphaniae hunc composui hymnum in laudem Dei, gloriosae virginis Mariae et omnium civium supernorum. Qui ad omnes horas cantabilis est sub nota hymni: A solis ortus cardine.“ Den Hymnus begleitet eine lange mystische Erklärung. Am Schlusse derselben heisst es: Item ylion est dictio Hebraica et legitur per duas syllabas et est idem, quod altissimus, et debet scribi per Graecum y, quod solum ponitur in dictionibus Graecis et barbaricis secundum Katholicon. Et haec glosula ostendens compositoris nomen tot habet capitales literas, quot habet hymnus abecedarias. Et sic est finis huius. Amen.“

Diese Initialen der Glosse ergeben: „Doctor Winandus me ornavit.“ Das Titelbild des Buches stellt die Überreichung desselben an den Pfalzgrafen Ludwig, dapifer imperii, dar; danach trägt der Verfasser einen blauen Mantel mit Hermelinkragen und rotes Pileolum, ihm zu Füßen sein Wappen, das in Gold einen schräglinken weißen Steg, darüber einen roten Löwen- oder Hundekopf zeigt.

37. De s. Angelo Custode.

Ad Matutinum.

1. Tu, qui es notitia
doctus matutina,
Quam in verbo conspicias,
aurem nunc inclina
Mentemque illumina
sacra medicina,
Imple tibi creditum
caelesti doctrina.

Ad Primam.

2. Prima norma traditur
timor filialis,
Hunc imprime fortiter,
inest tibi talis,
Servilem mox abice,
retrahere a malis,
Sic commissum refice
et fove sub alis.

Ad Tertiam.

3. Tertia petitio,
quam tibi praesento,
Ut in fide instruas
me pro fundamento,
Intra, extra munias
ubique iuvando,
Ut amicus protegas
me omni momento.

Ad Sextam.

4. Arce, quaeso, daemonem
nunc meridianum
Et constanter prohibe
diram eius manum,
Sume scutum protinus,
non sit tibi vanum,
Subverte insidias
hostemque profanum.

Ad Nonam.

5. Nonus ordo, cuius es,
ad hoc deputatur,
Mentem meam excitet,
ut ab omni labe
Sincere refugiens
ad bonum trahatur,
Sic et vitam dirige,
quam flens praestolatur.

Ad Vesperas.

6. Tu nosti veraciter
luce vespertina,
Quae desunt utilia,
da mihi, festina
Ministrando prospera,
adversa declina,
Hoc tibi officium
dat virtus divina.

Ad Completorium.

7. Ultimo cum fuerit
haec vita completa,
Confer patrocinium
in mortis dieta,
Prostra hostem perfidum
ut fortis athleta,
Testis sis propitius
in finali meta.

Conclusio.

8. Eia, ergo, inclite,
clarum tenens vultum,
Haec, quae tibi offero
nunc devoto cultu,
Fac vivam pacifice
hic sine tumultu,
Et, ubi laetitia,
remoto singultu.

38. De Conceptione BMV.

Invitatorium.

Eia, mea labia,
Nunc annuntiate
Laudes et praeconia
Virginis beatae.

Ad Matutinum.

1. Salve, mundi domina,
caelorum regina,
Salve, virgo virginum,
stella matutina,
Salve, plena gratia,
clara lux divina,
Meum in auxilium,
domina, festina.
2. Post invitatorium
tuum inchoatum
Submersum presbyterum,
Acheronti datum,
Inde pie eruis,
admones, ut statum
Mutans tuum celebret
conceptum beatum.

Ad Primam.

1. Salve, sapientiae
domus dedicata,
Columna septemplici
mire perornata,
Ab omni contagio
mundi praeservata,
Ante sancta in utero
parentis quam nata.
2. Ab aeterno Dominus
te praedestinavit
Matrem unigeniti
fore, qui creavit
Terram, pontum, aethera,
quam sic sublimavit,
Nulla culpa penitus
sibi subiugavit.

Ad Tertiam.

1. Salve arca foederis,
thronus Salomonis,
Arcus pulcher aetheris,
rubus visionis,
Virga frondens germinis,
vellus Gedeonis,
Porta clausa numinis,
expers livionis.
2. Decuit tam nobilem
natum praecavere
A culpae miseria
matrem suam vere,
Quam sibi elegerat
in matrem habere,
Nulli unquam velle [hanc]
labi subiacere.

Ad Sextam.

1. Salve, virgo virginum,
templum trinitatis,
Angelorum gaudium,
cella puritatis,
Solamen maerentium,
Hortus voluptatis,
Palma patientiae,
Cedrus castitatis.
2. Helsini navicula
undis agitur,
A quo mox ut monito
caelitus iuratur,
Quod tua conceptio
devote colatur,
Aequor ad imperium
tuum mitigatur.

A d N o n a m.

1. Salve, urbs refugii
turrisque munita,
David propugnaculis
miris insignita,
Tu sponsato coniugem
ducente levita,
Nonam cum inciperet,
hunc affaris ita:
2. Numquid non pulcherrima
sum? dic ergo, quare
Me dimissa aliam
vis sponsam amare?
Noli hoc sic agere,
mihi famulare
Et hinc meum conceptum
cura celebrare.

A d V e s p e r a s.

1. Salve horologium,
quo retrogradatur
Phoebus decem lineis,
verbum incarnatur,
Ut homo ab inferis
ad summa vehatur,
Immensus ab angelis
paulo minoratur.
2. Solis huius radiis,
domina, fugetur
Tetra nox, et acies
mentis illustretur,

Orat. ms. Cleophae de Baden anni 1516. Cod. Paulan. Sanblas. memb. 76. A. — Orat. ms. Amberg. anni 1476. Clm. Monacen. 2990. B. — Ad Prim. 2, 5 Terra A. — Ad Tert. 1, 5 fronde B. — Ad Vesp. 2, 2 daemon fugetur A. — 2, 6 Tepe cor B. — Ad Compl. 1, 8 collocata B. — Conclusio fehlt A.

39. De Conceptione BMV.

A d M a t u t i n u m.

1. Benedicta conceptio
Virginis matris Mariae
Festivetur cum gaudio,
Assit dies laetitiae,
Laetetur tota regio
Serviens regi gloriae
Non obstante obiurgio
Detrahentis invidiae.

Amorisque facibus
cor tepens flammetur,
Ut hunc pure diligat,
huic famuletur.

A d C o m p l e t o r i u m.

1. Salve, virgo puerpera,
mater illibata,
Regina clementiae,
dulcis advocata,
Prae cunctis angelicis
choris ordinata
Et ad dextram filii
in regno locata.
2. Ad te, mater gratiae,
dulcis spes reorum,
Preces supplex dirigo,
ut regni caelorum
Adipisci merear
gaudia sanctorum,
Adiunctus splendiferis
choris angelorum.

C o n c l u s i o.

Supplices offerimus
tibi, mater pia,
Has horas canonicas,
tu nos in hac via
Ducas cursu prospero
et in agonia
Astes nobis exitus,
o dulcis Maria.

A d P r i m a m.

2. Erubescant insensati,
Qui respuunt celebrare
Mysteria tam sacrati
Diei ac festivare,
Qui fuerunt copulati,
Vir cum sua muliere,
Pessime sunt avisati
Sic volentes deviare.

Ad Tertiam.

3. Conceptio laudabilis
 Ab angelo nuntiata
 Mariae tam amabilis
 In conceptu praeservata,
 Est unde venerabilis
 Ecclesia illustrata
 Et in suis miraculis
 Et laudibus honorata.

Ad Vesperas.

6. Salve, mater salvatoris,
 Quae es soror insignita,
 Salve, quia Deum paris,
 Angelorum spes et vita,
 Salve, virgo singularis,
 Vera sacra margarita,
 Salve, quia stella maris
 Es sine labe concepta.

Ad Sextam.

4. Ave, regina caelorum,
 Inter omnes mitissima,
 Ave, decus angelorum
 Inter omnes pulcherrima
 Simul et archangelorum
 Omni laude dignissima,
 Quae concepta vitiorum
 Sine labe purissima.

Ad Completorium.

7. Matris Dei conceptio
 Est nostrae redemptionis
 Potissima inceptio
 Atque reparationis
 Et, non mirum, exemptio
 Antiquae contagionis
 Fuit et in principio
 Ipsius creationis.

Ad Nonam.

5. Tuum corpus ac viscera,
 Quae Dominum portaverunt,
 Virginalia ubera,
 Quae ipsummet lactaverunt,
 Beata sunt et opera
 Tua, et qui crediderunt,
 Quod sine labe concepta
 Post et ante permanserunt.

Conclusio.

8. Conceptionis honore
 Has horas, Christe, diximus
 Corde devoto et ore
 Matris tuae, quam petimus,
 Ut nos mundes a foetore
 Peccatorum, quae fecimus,
 Precum suarum fervore,
 Ut in caelo tecum simus.

Cod. Palat. Vindobonen. 1862. saec. 15. A. — Clm. Monacen. 4423 anni 1481. B. — Cod. Parisin. 3639 saec. 15/16. C. — Horae B.VM. sec. usum Romanum. imp. Parisiis 1522. D. — Horae BMV. sec. usum Romanum imp. Parisiis (Kerver) 1519. E. — 1, 2 Virginis fehlt A. — 1, 8 munditiae A. — Str. 1 fehlt B. — 2, 2 Qui contemnunt B. — 2, 6 Sanctus vir cum sua B; dann schiebt B die Zeile ein: Ut in statu innocentum. — 2, 7 Percisse sunt advisati A; Pessime existunt advisati B. — 2, 8 Sic fehlt A. — 3, 3 tam mirabilis B; tam laudabilis D. — 3, 5 est fehlt hier B. — 3, 6 Ecclesia est illustrata B. — 3, 7 Signis et miraculis B. — Str. 4 ad Nonam B. — 4, 4 omnes venustissima B. — 4, 7 Quae sola concepta es vitiorum B. — Str. 5 ad Sextam B. — 5, 1 Suum corpus AD. — 5, 2 Quae Deum B. — 5, 6 et fehlt B. — 5, 7 Quae sine AD. — 6, 1 redemptoris B. — 6, 4 sol et vita D. — 6, 6 Christi felix margarita B. — 6, 7 Vale vera stella maris B. — 6, 8 Tu sola sine labe concepta laetaris B. — 7, 1 Matris Dei conceptio dignissima B. — 7, 2 Nostrae erat redemptionis B. — 7, 3 Inceptio potissima B. — 6, 5 Eapropter non mirum si exceptio B. — 7, 7 Adesse debuit in principio B. — 7, 8 Humanae restorationis B; hinter 7, 8 noch: perpetua salvatio E. — Str. 8 fehlt AB. — 8, 2 dicimus E. —

40. De Conceptione BMV.

Ad Matutinum.

1. Fletus longaevi rex regum misertus
Angelum mittit, gaudium pro luctu,
Ut dicat Annae: tempore senili
Prolem habebis.
2. Aeterni verbi concipies matrem,
Anna, tu gaude, quoniam nec talem
Esse nec credas futuram, hanc dicent
Omnes beatam.
3. Ioachim magno gaudio repletur,
Vocem dum audit angeli dicentis:
Pariet tibi Anna matrem Dei,
Grandem prae cunctis.
4. Gloria patri genitaeque proli,
Flamini sancto virginique matri,
Quae Dei natum genuit hominem,
Sit laus perennis.

Ad Primam.

1. Terminum noctis aeternus aurora
Reddidit mundo Mariam praemittens,
Gaudium mundi, stellam matutinam,
Praeviam solis.
2. In ortu lucis stellae maris pontus,
Terra laetetur, gaudeat peccator,
Nascitur mater Iesu redemptoris,
Maria clemens.
3. Caelici cives, reges terrae colunt,
Sterilis parit, miratur natura,
Stupet infernus videns sine labe
Virginem nasci.

Ad Tertiam.

1. Salutem mundo tribuere volens
E caelis Deus angelum Mariae
Mittit, ut dicat eam salutando:
Ave, Maria.
2. Gratia plena, concipies Deum,
Hoc tibi signum: Elisabeth, tua
Parens, concepit sterilisque sua
In senectute.

3. Puella gaudens Gabrielis ore
Suscipit verba, respondens sic dicit:
Ecce, ancilla Domini fiatque
Hoc verbum tuum.

Ad Sextam.

1. Puerum vatem habentem supremi
Alvo reclusum cognatam Maria
Montana Iudae ascendens salutat
Festino gressu.
2. Maria vocem Elisabeth audit,
Exsultat infans in utero clausus,
Prophetat mater dicens: quia credis,
Concipis verbum.
3. Virgo tam mira audiens et videns
Canticum novum reddit creatori,
Dulce dans melos: Magnificat Deum
Anima mea.

Ad Nonam.

1. Nascitur mundo verbum caro factum,
Solis transcendens lucem lux perfecta
Tenebris lucens, capere quam sui
Generis nolunt.
2. Gloriam Deo, pacem terrae cantat
Chorus caelorum, lux oritur nova,
Custodes gregis cantus angelorum
Audiunt nocte.
3. Pastores currunt cantus audientes
Natum videre pannis involutum,
Mariae natum vident in praesaepe,
Redeunt laeti.

Ad Vesperas.

1. Morte dum vides ortum vitae mori,
Quis, quantus dolor, gladius pertransit
Animam tuam, genetrix tu vitae,
O clemens mater!
2. Corporis nati videns plagas, latus,
Sanguinis fluxum, derisorum verba,
Lacrimas fundens tu subiaces humo,
Tu pia mater.
3. Me tecum flere plagasque sentire,
Genetrix, dona tua prece nati,
Lancea, clavis, cruce, spinis pungi
Fac, dulcis mater.

Ad Completorium.

1. Reginae caeli e domo refertur
Iosaphat corpus, nihil reperitur
Ni locus, in quo, mannaque de caelo
Ibidem esse.
2. Credimus pie sanctorum cum choris
Iesum venisse, Deo iubilantes,
Animam, corpus simul sociantes
In summo caelo.
3. Trinitas sancta suscipiens matrem
Sertis coronat ter denis centenis,
Gaudium semper, iubilus in aevum
Sit tibi, mater.

Horae sec. usum Parisinum saec. 15. Cod. Lincen. CcII 3 A. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis (Kerver) 1501. B. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis (Hardouyn) s. a 1509. C. — Horas de Nuestra Señora segun la orden Romana, Çaragoça 1534. D. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanae curiae imp. in Castro Lauro curtis maioris 1503. E. — Horae beatae M. V. sec. usum Romanum totaliter ad longum imp. Parisiis s. a. [ca 1831]. F. — Ad Mat. 1, 1 longaevum A. — 2, 1 Etenim verbi A. — Ad Prim. 1, 1 aeternum CF; aeternae B. — 1, 2 promittens D. — 2, 1 stella A. — 2, 2 laetantur BF. — 3, 1 Felici B; Caeli cives C. — 3, 4 nascens A. — Ad Tert. 2, 3 sterilis filium CF. — 3, 2 suscepit F. — Ad Sext. 1, 2 reclusum amore Maria BD. Mariam F. — 1, 3 Montana Iudaea scandens AC. — 2, 4 Concupies AC. — Ad Vesp. 1, 1 Forte dum F. — 1, 2 patransivit AF. — 1, 3 o genetrix vitae C. — 2, 3 fundens tu fehlt A; fundens tunc FC; homo A. — Ad Compl. 1, 1 e domo delatum BD. — 1, 3 Nisi locus A; que fehlt A. — Nach jeder Strophe wiederholt sich die Doxologie. — Cfr. Mone II, 15 ff. Anal. XVI, 8.

41. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

1. Ave, virgo, stella maris,
Orta mundo consecraris,
Sancto verbo fecundaris,
Laudans Iesum, o Maria;
Ave, nocte solem paris,
Votis, donis veneraris,
Circumcisum offers aris,
Celans Iesum, o Maria.

Ad Laudes.

2. Ave, laudes confers Christi,
Quaerens prolem invenisti,
Post baptismum supplevisti
Vinum Iesu, o Maria;
Ave, mira congruisti,
Cena facta captum scisti,
Ter negatum deflevisti,
Caesum Iesum, o Maria.

Ad Primam.

3. Ave, natum exprobratum,
Mane latum ad Pilatum,
Hinc delatum, scis relatum,
Spretum Iesum, o Maria;
Ave, gratum reprobatum,
Accusatum, flagellatum,
Purpuratum et velatum
Plangis Iesum, o Maria.

Ad Tertiam.

4. Ave, caput spinis satum,
Cuius orbis sentit nutum,
Hora tertia consputum
Cernis Iesum, o Maria;
Ave, sanctum, impollutum
Deflens luto delibutum,
Crucifige vulgus brutum
Clamat Iesum, o Maria.

Ad Sextam.

5. Ave, crucem sequebaris,
Mortem truce[m] specularis,
Hora ducem contemplaris
Sexta pungi, o Maria;
Ave, noto commendaris,
Toto corde confossaris
Fellis potu, sic orbaris
Iesum flendo, o Maria.

Ad Nonam.

6. Ave, vox, sol, nox obscura,
Velum, tellus, petra dura
Sunt in nona signa plura
Necis Iesu, o Maria;
Ave, de te trux natura
Tempus nacta partus iura
Iam extorquet cum usura,
Poenas Iesu, o Maria.

Ad Vesperas.

7. Ave, Ioseph dum precatur,
Hora vespertina datur
Corpus sacrum, lanceatur
Latus Iesu, o Maria;
Ave, corpus sublevatur,
Non frustratur, sed murratur,
At infernus spoliatur
Iesu duce, o Maria.

Ad Completorium.

8. Ave sero tres Mariae
Murram parant tumbae diae,
Surgens scandit donans pie
Pneuma Iesus, o Maria;
Ave, iuncta nunc Messiae
Trinae fulgens hierarchiae,
Nos inscribas in hac die
Libro Iesu, o Maria.

Scala caeli Saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3.

42. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

1. Mater sapientiae,
rosa sine spina,
Maria ingemuit
hora matutina,
Dum audivit Dominum
captum et ligatum,
Pergit Ierosolymam,
ut videret natum.

Ad Tertiam.

3. Adclamantem populum
hora tertiarum
Crucifige percipit,
cor fit plus amarum,
Spinis punctum aspicit
natum et ferentem
Crucem, sequens filium
maestam habet mentem.

Ad Primam.

2. Hora prima filium
caesum et afflictum
Cernit et ab impiis
vinculis astrictum,
Ad Pilatum praesidem
duci cum clamore
Fili mi, ingeminans
magno cum angore.

Ad Sextam.

4. Hora sexta Dominum
in crucem levare
Perspicit et ferreis
clavis conclavari,
Frangi membra geniti
sanguinemque fundi,
Mente fit exanimis
dominatrix mundi.

Ad Nonam.

5. Hora nona spiritum
patri commendantem
Audit natum, valida
voce expirantem,
Cuius latus lancea
quando perforavit,
Genetricis viscera
ferum penetravit.

Ad Vesperas.

6. De cruce depositum
hora vespertina
Tenet inter brachia
caelorum regina,
Quae dum lavit lacrimis
madidum cruore,
Se aspergit sanguinis
sacrati rubore.

Cod. Palat. Vindobonen. 4076. saec. 15. A. — Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 3860. saec. 15. B. — Orat. ms. Tegurinum anni 1467. Clm. Monacen. 19991. C. — Orat. ms. Tegurinum anni 1470. Clm. Monacen. 20021. D. — Praeparationes devotae etc. Tegernsee 1577. fol. 51b sqq. E. — 2, 7 Fili clamans corrui CE. — 2, 8 prae dolore CE. — 3, 4 plus fit A. — 4, 5 Frangi membra peremti A. — 4, 6 Et sanguine fundi E. — 4, 7 Inde fit exanimis E. — 5, 3 natum lugubri BE. — 6, 8 colore C, dolore E. — 7, 6 se tam E. — 7, 8 sic fore E. — 8, 4 pro tuo dolore E. — 8, 8 coaeterna E.

43. De Compassione B. M. V.

Ad Matutinum.

1. Imperialis Domina,
Maria turbabatur,
Cum ei Christus Dominus
dententus nuntiatur,
Suspiriis, doloribus
obruta pertremescit
Hora noctis media,
quae peccatum nescit.

Ad Primam.

2. Puellarum sanctissima,
Maria oneratur,
Hora prima filius
dum false accusatur,
Respexit tristis domina
carum suum natum,
De supernis sedibus
aperte ei datum

Ad Completorium.

7. Hora completorii,
quando sepulturae
Corpus sacrum traditur,
virgo mater dure
Lamentatur, eiulans
se tum desolatam
Natoque tam inclito
se fore privatam.

Conclusio.


8. Has horas canonicas
tibi cum amore,
Virgo mater, offero
tuo pro dolore,
Ut quae crucem filii
mente pertulisti,
Nos ducas ad gaudia
sempiterna Christi.

Ad Tertiam.

3. Suavitatis viola
in ara turbabatur,
Cum hora Christus tertia
spinis coronabatur,
Plena amaritudinis
plus cunctis virgo dia
Natum vidit in sanguine
caelestis hierarchia.

Ad Sextam.

4. Tunc castitatis lilium
Maria adgravatur,
Hora sexta Dominus
cum cruci conclavatur,
Tunc pertransivit acrius
primo Simeonis
Animum castae virginis
gladius doloris.



Ad Nonam.

5. Hora nona domina
 Maria orbabatur
 Dilecto suo filio,
 dum moriebatur,
 Amens in terram cecidit,
 vix spirans Deo vota,
 Quem Iohannes mox sustulit,
 trinitatis rota.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
 Maria laureatum
 Ad se trahit debili
 voce denigratum,
 Ioseph fidelis sepelit
 Mariae florem Iesse,
 Luce claret prophetica
 Iesum Deum esse.

Ad Vesperas.

6. Sacrum corpus Domini
 Maria praedivina
 Plangit, hunc depositum
 hora vespertina,
 Osculatur vulnera
 cruenta nati patris,
 Tunc innovantur omnia
 lamenta piae matris.

Conclusio.

8. Sublimis o puerpera
 complectens omni tempore
 Tui dilecti vulnera
 in sacrosancto pectore,
 Ad nostrum fac solacium
 dilectum tui uteri
 Nostrorum semper cordium
 totis medullis inseri.

9. Has horas, o sanctissima,
 tibi et tuo nato
 Decanto laudabiliter,
 in caelo aureato
 Digneris me et alios
 christicolos locare,
 In laudem vestram iugiter
 nos iustis sociare.

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen XIII. E 3. A. — Cod. Carolus-
 ruhan. Augien. 36. saec. ^{14/15}. B. — 1, 3 Iesus Dominus B. — 1, 4 nun-
 ciabatur A. — 1, 6 contremiscit B. — 2, 3 Hora prima dum Dominus B. —
 2, 4 Nequiter accusatur B. — 2, 6 Suum dulcem natum B. — 2, 7 und 8:
 Iam alapis caesum conputum et colaphizatum B. — 3, 2 sqq: Maria nun-
 cupatur, Spinis cum hora tertia Iesus coronatur, Quavis amaritudine plus
 plena virgo dia B. — 4, 3 Hora sexta cum B. — 4, 4 In cruce conclavatur
 B. — 4, 6 Hoc verbum Simeonis B. — 4, 7 und 8 Animam tuam gladius
 meabit passionis B. — 5, 1 Hora nona castissima B. — 5, 4 Dum hic B. —
 5, 4 Dum hic B. — 5, 8 Qui est trinitatis rota B. — 6, 1 Sacratum
 corpus B. — 6, 3 Plangens depositum continens B. — 6, 6 Sacrosancta
 nati patris B. — 7, 2 Generosa lanceatum B. — 7, 3 Ad se traxit flebiliter
 B. — 7, 4 Amplexibus vallatum B. — 7, 4 Fidelis Ioseph sepelit Mariae
 florem Iesse, Iesum, lucem Dominicam, qui dat omnibus esse B. — Str. 8
 steht in B. vor Str. 1. — 8, 1 O felix puerpera B. — 8, 5 Fac ad meum
 B. — 8, 6 Dilecti A. — 8, 7 Mearum semper mentium B. — 9, 3 Psallo
 nunc temporaliter B. — 9, 4 laureato B. — 9, 7 und 8 In tuo regno
 iugiter Et sanctis sociare B. — Incipit oratio ad modum „Patris sapien-
 tia“. A.

44. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

1. Consolatrix pauperum,
caelica regina,
Audit captum filium
hora matutina,
Gregem apostolicum
intellegit dispersum,
Sicque sibi gladium
sentit in cor mersum.

Ad Primam.

2. Hora prima conspicit,
qualiter Pilato
Iesum turba tradidit,
viro reprobato,
Cernens proli faciem
sputo maculatam
Esis sentit aciem
in corde vibratam.

Ad Tertiam.

3. Cum advenit tertia,
videt coronatum
Spinis et sententia
prava condemnatum,
Virgis caesum intuens,
crucem baiulantem
Et mucronem sentiens
sese perforantem.

Ad Sextam.

4. Hora sexta filium
videt conclavari,
Inter duos medium
audit blasphemari,
Ex amaritudine
murratae potionis
Est in matre virgine
mucro Simeonis.

Ad Nonam.

5. Audit in meridie
vocem morientis,
Lanceam in latere
viderat pendentis,
Terrae motus, tenebrae,
quae tunc evenerunt,
Mariam in pectore
dire transfixerunt.

Ad Vesperas.

6. Cum de ligni nexibus
vespere movetur,
Maternis amplexibus
stringens intuetur,
Ungit, tergit vulnera,
flet et osculatur
Mater et in anima
sic transverberatur.

Ad Completorium.

7. Sepulturae deditum
occidente die
Magnum est supplicium
virgini Mariae,
Viva carens mortuo
mater benedicta
Est prophetae gladio
graviter adfecta.

Conclusio.

8. Hunc sermonem, domina,
tibi iam oblatum
Et quondam ante tempora
a sene prophetatum
Dignare, clementissima,
acceptare gratum
Meque tecum iugiter
fac vere beatum.

Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 3835. anni 1451. A. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29. B. — 1, 3 Audis A. — 1, 6 intellegis A. — 1, 7 tibi A. — 1, 8 sentis A. — 2, 1 conspicias A. — 2, 5 Prolis cernens B. — 2, 7 Ac lancea acie A. — 2, 8 in corde vulneratam A. — 3, 2 vides A. — 3, 8 te matrem perforantem A. — 4, 2 ligno conclavari A. — 4, 4 videt A. — 4, 5 Prae B. — 4, 7 in te matre A. — 5, 4 videsque A. — 5, 5 et tenebrae B. — 5, 7 Te matrem in A. — Str. 6 lautet in A:

Infantem, quem in gremio materno tractabas care,
De cruce hunc depositum amplexaris amare,
Maestis (!) cernis vulnera, fles et oscularis,
Mater, et in anima sic transverberaris.

7, 3 et B. — 7, 4 Tibi virgini A. — 7, 5 Vivo carens et B. — 7, 7 Es
A. — Vgl. Daniel I, 338 sqq.

45. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

1. Dum Christi mater inclita,
caelica regina,
Audit captum filium
hora matutina,
Cor est concussum virginis,
simul et expavit,
Et hic rumor virginem
nimis exturbavit.

Ad Primam.

2. Hora prima filium
caesum et addictum
Cernit et ab impiis
vinculis astrictum,
Ad Pilatum praesidem
duci cum clamore,
Expavit eius spiritus
cordis prae dolore.

Ad Tertiam.

3. Dum hora venit tertia,
vidit flagellatum,
Indutum quoque purpura,
spinis coronatum,
Crucis quem supplicio
praeses condemnavit,
Tunc doloris gladius
cor matris penetravit.

Ad Sextam.

4. Hora sexta filium
vidit conclavari
Clavis acutissimis
in cruceque levare,
Transfigi membra geniti
sanguinemque fundi,
Inde fit exanimis
dominatrix mundi.

Ad Nonam.

5. Hora nona filium
attendit clamitantem
Prae dolore nimio
et caput inclinantem,
Mariae dulcis filius
tunc moriens defecit,
Doloris ensis animam
ipsius tunc perfecit.

Ad Vesperas.

6. De cruceque depositum
hora vespertina
Tenet inter brachia
caelica regina,
Tergit, ungit vulnera,
flet et osculatur,
Dulcissimae cor virginis
gladio vulneratur.

Ad Completorium.

7. Sepulturae deditum
occidente die
Magnum est supplicium
virgini Mariae,
Dulci carens filio
mater benedicta
Est doloris gladio
graviter afflicta.

Conclusio.

8. Hunc sermonem, domina,
tibi cum amore,
Virgo mater, offero
tuo pro dolore,
Quem digneris, clementissima,
acceptare gratum
Meque tecum iugiter
facere beatum.

Orat. ms. Nicolai Muffel Nurembergen. anni 1462. Cod. Sigmaringen.
1462. — Bearbeitung des vorigen.

46. De Compassione B. M. V.

Ad Matutinum.

1. Matutino tempore
 Mariae nuntiatur,
 Quod a Iudaeis perfidis
 Christus capiatur,
 Domum Annae petiit,
 nam illuc ducebatur,
 Toto corde tremuit,
 dum male tractabatur.

Ad Primam.

2. Hora prima Maria
 Iesum suum natum
 Lacrimis perfusa
 sequitur ad Pilatum,
 Falsis testimoniis
 in multis accusatum,
 Vultum suum conspuunt,
 lumen caeli gratum.

Ad Tertiam.

3. Hora audit tertia
 crucifigi natum,
 Videns tectum purpura,
 spinis coronatum,
 Post mortis sententia
 eundem damnatum,
 Trabe crucis maxima
 dure oneratum.

Ad Sextam.

4. Hora sexta Maria
 vidit conclavari
 Corpus Christi tenerum,
 in altum levare,
 Sitientem etiam
 felle satiari,
 Suam vestem filii
 sanguine rubrari.

Ad Nonam.

5. Hora nona filium
 videt expirantem,
 Heli voce audiens
 maxima clamantem,
 Iohanni se et spiritum
 patri commendantem,
 Simeonis gladium
 cor eius perforantem.

Ad Vesperas.

6. Vespertino tempore
 Maria dolorosa
 De cruce depositum
 voce quaerulosa
 Continens in gremio,
 dicens: o meorum
 Senectutis baculus,
 lumen oculorum.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
 venit ad sepulcrum
 Unxitque aromate
 Christi corpus pulchrum,
 Deformatum filium
 pallore mortis durae,
 Vitae nostrae praemium,
 praesentis et futurae.

Conclusio.

8. Has horas canonicas,
 Maria, mater pia,
 Tuae laudi refero
 cordis symphonia,
 Sicut tu compassa es
 nato in agone,
 Sic me sibi socium
 facias coronae.

Scala coeli saec. 14. Cod. Pragen. XIII E 3. A. — Cod. S. Floriani III 13. saec. 15. B. — Cod. S. Floriani XI 122. saec. 16. C. — Cod. Ducum-
 burgen. 63. saec. 15. D. — Orat. ms. Scoterum Vindobon. 54 h 8. anni 1410.
 E. — Cod. Palat. Vindobon. (ol. Campen.) 883. saec. 14 et 15. F. — Orat.
 ms. Halesbrunense saec. 15. Cod. Erlangen. 770. G. — Cod. Paulanus
 Hosp. Cart. 326. saec. 15. H. — Orat. ms. Combergense saec. 15. Cod.
 Stuttgartien. 1 b 87. I. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Capit. Toletani 34—28.

K. — Orat. ms. Carth. Erphesforden. saec. 15. Cod. Rossian. VIII 56. L. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Eremiten. 764. M. — Hortulus animae imp. Nurembergae 1518. N.

1, 1 Hora matutina BCDIMN. — 1, 3 Quod. Iesus a Iudaeis BDN; Quod a Iudaeis traditus M. — 1, 4 falsis captivatur BDN; Iesus captivatur M; Christus captivatur CEH; filius captivatur L. — 1, 5 Mox domum A. — 1, 6 nam ibi A; nam fehlt BDN; quo Iesus ducebatur L; qua deducebatur M. — 1, 7 Magdalena socians M. — 1, 8 cum male E; nam male H; male dum tractatur BN; dum male Iesus tractabatur L; flens comitabatur M. — A hat nach jeder Strophe noch folgende Verse, in denen dann statt matutinam jedesmal primam, tertiam u. s. f. einzusetzen:

Hanc horam matutinam, Maria, mater pia,
Tuae laudi refero cum cordis symphonia,
Ut sicut tu compassa es nato in agone
Et nunc conregna(n)s unico, a mortis me mucrone
Ereptum tu constituas dextro cum latrone.
O mater benignissima summae deitatis,
Pone compassionem tuam inter animam
Meam et iudicium tui dilecti filii.

2, 1 Hora prima genetrix L. — 2, 2 primo suum natum L. — 2, 3 Sequitur suspiriis L, singultibus M; Crebris suspiriis BN. — 2, 4 crebris ad Pilatum LM. — 2, 5 Falsos testes audiens BLN; Testes falsos audiens M. — 2, 6 sputo maculatum BMN; vidit maculatum L. — 2, 7 Cernit suum filium M; Cernens ingemiscit BN; Sputis et ingemuit L. — 2, 8 acriter alapatum BLN; et colaphizatum M; die ganze Strophe lautet in EH:

Hora prima sequitur Maria suum natum
Singultibus ac lacrimis perfusa ad Pilatum,
Falsos testes audiens sputo maculatum
Ingemiscens conspiciat, dire alapatum,

nur hat H Fletibus ac lacrimis. — 3, 1 Audivit H; audit hora tertia BLMN; Hora tertia Maria audit D. — 3, 3 Crucifige AHN. — Vidit BDMN, Tectum vidit purpura L; Purpura vestitum et E. — 3, 4 vidit coronatum E. — 3, 5 sq. und 3, 7 sq. umgestellt L. — 3, 5 Ad mortis BN; Morti per M; Et post mortis D; Tunc per sententiam L. — 3, 6 filium damnatum M; morte condemnatum L. — 3, 7 Trabe magna crucis BN; Trabe crucis magna D, maxima L, horrida M, gravi C. — 3, 8 valde oneratum E; graviter oneratum BDLN; nimis oneratum M; exhinc oneratum C. — 4, 1 sexta filium M; sexta genetrix L. — 4, 2 videt A. — 4, 3 Corpus Iesu C; corpus cruce M; Corpus eius E. — 4, 4 elevari H; sursum elevari M. — 4, 5 Iesum sitientem cum BDN; Sitientem insuper E; Sitientem filium L; Sitientem queritur M. — 4, 6 cum felle H; felleque L; saturari EM. — 4, 7 Et vestem propriam BN; Suamque vestem CEHL; Eius quoque vestes D; Vestem suam sanguine M. — 4, 8 De sanguine E; cum sanguine D; rubricari BN; nati rubricari M. — 5, 1 Hora nona Maria BMN; Hora nona conspiciat L. — 5, 2 Iesum expirantem BDMN; mater expirantem L. — 5, 3 Heli, heli E; Videns audit voce BN; Videns audit Heli voce D; Iesum lacrimabili L; Audit Heli, heli voce M. — 5, 4 magna clamantem DM; magnaue BN; maxime E; voce proclamantem L. — 5, 5 Iohanni matrem, flamen BMN; Iohanni matrem, animam D; Ipsam Iohanni, spiritum L. — 5, 7 Eusem Simeonis BDMN; 5, 7 gladios L. 5, 8 tunc sensit perforantem E; (ipsius) animam perforavit L. — 6, 1 Hora vespertina BCDMN. — 6, 4 quaculosa L; 6, 6 dicens fehlt L; dixit BN. — 6, 7 Vitae sustentatio BN. — 6, 8 et lumen AL. — Str. 6 lautet in M:

Hora vespertina Maria suo nato
De cruce deposito, toto vulnerato
Eiulando loquitur: Fili, salus mundi,
Tantis poenis me et te voluisti tundi.

7, 2 ivit ad H. — 7, 3 Unxit aromate BN, cum aromate E; Aromate Maria D; Maria aromatibus L. — 7, 4 unxit corpus DL; Christi corpus E. — 7, 5 Iesu deformatum BN; Deformatum specie E; Tabefactum fuerat L. — 7, 7 Redemptionis nostrae BDN; Redemptoris omnium L. — 7, 8 praemium futurae BDN; vitae spes futurae L. — Die ganze Str. 7 lautet in M:

Hora completorii mater vulneratur
Novo maerore, cum filius tumulatur,
Magdalena luctuans ei sociatur,
Nunc matrem nunc filium quae lamentabatur.

Str. 8 fehlt A. — 8, 4 dulci symphonia L. — 8, 5 Ut sicut passa es E; Ut sicut compassa es C; Ut sicut cum compassa es L. — 8, 6 filii in agone E. — 8, 7 Sic huic conregnans BN; Sic huic conregnans me D; Sic labore insonans H; Sic me consortem effice L. — 8, 8 socium fac coronae D; me fac coronae BN; consors sim tuae coronae H; filii coronae L. — 8, 5 ff. lauten in E:

Sic conregnans unico a mortis me mucrone
Ereptum constituas cum dextero latrone.

Die ganze Schlusssrophe lautet noch abweichender in M:

Has horas canonicas, pie mater Dei,
Tuae laudi refero, miserere mei,
Plagas tui filii fac me memorari,
Tecum ut perenniter valeam laetari.

Bemerkungen: Clemens papa VI. composuit has horas sequentes, et quicumque eas devote dixerit cum septem *Pater noster* et *Ave Maria*, consequitur indulgentias XVIII M dierum de peccatis venialibus, secunda vice totidem criminalium, tertia vice consequitur modo totidem dies carenarum K. — Dieselben Tagzeiten finden sich in Orat. Cisterciense saec. 15. Cod. Darmstadien. 1228; hier die Bemerkung: Clemens papa VI. composuit, ut legitur, has orationes de dolore beatae virginis, et quicumque eas semel devote dixerit cum tribus *Pater noster* et totidem *Ave Maria*, consequitur XVIII milium dierum indulgentias de venialibus peccatis; qui vero secunda vice eas dixerit, consequitur indulgentias totidem dierum mortalium peccatorum; qui vero tertia vice dixerit, consequitur indulgentias totidem dierum mortalium carenarum. — Sequuntur nunc horae compassionis beatae Mariae virginis, quas papa Clemens composuit et concessit eas devote dicentibus CCCC dies indulgentiae. Hortulus animae imp. Argentinae 1508. — Incipiunt horae de beata virgine, quas papa Iohannes [X]XII. composuit. Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV 29.

47. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

1. Matris cor virgineum
Threna totum trivit,
Quando suum filium
Nocte captum scivit,
Ductum ad praetorium
Mane cum audivit,
Frequens dans suspirium
Saepe singultivit.

Ad Primam.

2. Hora prima domina
videns flagellatum
Suum unigenitum,
turpiter tractatum,
Colaphis et alapis,
sputo deformatum,
Manus torquens acriter
ruit in ploratum.

Ad Tertiam.

3. Videns virgo filium
hora tertiarum,
Caput punctum viliter
corona spinarum,
Crucem ferre scapulis
ad locum poenarum,
Heu, dolore sternitur
luto platearum.

Ad Sextam.

4. Hora sexta respicit
mater suum natum,
Obsessum vulneribus,
cruci conclavatum,
Inter fures positum
felleque potatum,
Illa secum sentiens
reddit eiulatum.

Ad Nonam.

5. Hora nona flebilis
cernit expirantem,
Patri dando spiritum
Heloi clamantem,
Militem cum lancea
latus perforantem,
Cadit tunc in exstasi,
dolor sternit stantem.

Ad Vesperas.

6. De cruce deponitur
hora vesperarum,
Mater, cum aspiceret
eius natum carum,
Osculis amplectitur
pignus caeli clarum,
Corpus Christi madidans
stillis lacrimarum.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
mater excitatur,
Ut lugeret mortuum,
ubi tumulatur,
Nec vult hinc recedere,
sed ibi moratur,
Usque dum ad filium
tandem exaltatur.

Conclusio.

8. Ergo, mater, miseris
miserere mitis,
Pro quibus compateris
presso botro vitis,
Nos a peste funeris
salva fuga Dyti
Et nos iunge ceteris
vita redimitis.

Cod. Carlsruhan. Augien. 36. saec. ¹⁴/₁₅. A. — Orat. ms. saec. 15.
Cod. Londinen. Harl. 211. B. — Orat. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Lon-
dinen. Reg. 2 A II. C. — B wiederholt nach jeder Strophe folgenden
Rundreim:

Te laudamus, te rogamus,
Mater Iesu Christi,
Ut intendas et defendas
Nos a morte tristi.

2, 6 sputis BC. — 2, 7 graviter BC. — 3, 3 capite A; punctum filii BC. —
3, 6 locum ad B. — 4, 3 Ob cessum B. — 4, 8 incolatum A. — 5, 1 flebilem
A. — 5, 2 cernis haec spirantem B. — 5, 3 Pater A. — 5, 7 Cadit dum in
exitu A. — 5, 8 doloris vidit stantem A. — 7, 2 properatur B, contristatur
C. — 7, 3 Quae deplorat C. — 7, 5 sqq. lauten in C:

Nunc congaudet Domino,
ubi gloriatur,
Ac in caeli palatio
regina honoratur.

Str. 8 fehlt C.

48. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 1. O beata, perturbata,
Pia mater Domini,
De amara et avara
Morte tui filii. | 4. Nam rex magnus velut agnus
Immolari voluit
Et per crucem nobis lucem
Salutis restituit. |
| 2. Quot tormenta, quot lamenta,
Quanti tui gemitus,
Cum rex caeli tam crudeli
Morte fuit traditus! | 5. Duris Iesus plagis caesus
Et corona spinea
Coronatus et per latus
Est transfixus lancea. |
| 3. Corde tristi pertulisti
Passionis gladium,
Dum rex fortis dirae mortis
Patitur supplicium. | 6. Post hoc sui nati frui
Caeli in palatio
Vultu digno ac benigno
Matris det compassio. |
7. In amore et honore
Matris passo filio
Sit decennis ac perennis
Laus et iubilatio.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. O Maria, mater Christi,
Dolore plena tu fuisti,
Cum filius in cruce totus
Cruore suo fuit lotus. | 3. Sic per mortem temporalem
Nostram solvit aeternalem,
Grates tantae caritati
Nunc agamus vulnerati. |
| 2. Acetum sumpsit felle mistum,
Dum gustasset potum istum,
Caput suum inclinavit,
Patri spiritum commendavit. | 4. Imploramus te, piissima,
Pro impetranda venia,
Ut nobis Christi passio
Culparum sit remissio. |
5. Hoc praestet tuus filius,
Iesus benignissimus,
Cum patre et paraclito
Qui regnat sine termino.

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| 1. Iam lucis perit claritas,
Quae mundi fuit sanctitas
Mortem per turpissimam
Vere et immanissimam. | 2. Lingua nulla exprimit,
Lumen quid idem pertulit
Crucis in patibulo,
Quae nostra sit redemptio. |
|--|--|
3. Deo patri cum filio
Et spiritu paraclito
Nunc et semper sit gloria
Per saeculorum saecula.

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 1. Nunc, sancte, nobis omnibus
Ignosce delinquentibus,
Christe, redemptor omnium,
Exaudi preces supplicum. | 2. Os, lingua, mens te flagitat,
Ut idem nobis tribuat
Tua benigna pietas
Et pia matris bonitas. |
| 3. Tu esto nostrum gaudium,
Qui es futurum praemium,
Sit nostra in te gloria
Per saeculorum saecula. | |

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. Rector potens, tu aspice
Et mala ista comprime,
Quae tuum premunt populum,
Et ei fer auxilium. | 2. Exstingue flammam mentium
Miserarum gentium,
Matris per subsidium
Tu culpas dele omnium. |
| 3. Tu esto nostrum gaudium. | |

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| 1. Rerum Deus piissime,
Matris planctum respice,
Quem sub cruce pertulit,
Dum cor eius ensis laedit. | 2. Largire cunctis servulis,
Quos mundat unda sanguinis,
Nescire lapsus criminum
Nec mortis ferre reditum. |
| 3. Tu esto nostrum gaudium. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| 1. O Maria, stella maris,
Ecce, tuus salutaris
Pro salute hominum
Crucis subiit supplicium. | 3. Haec salutaris passio
Et sanguinis effusio
Mundum purget a peccatis
Opus complens pietatis. |
| 2. Haec palma victoriae,
Portus et porta gloriae,
In qua, mater, tuus natus
Totus pendet vulneratus. | 4. Tui virtute sanguinis,
Obtentu matris virginis
Da nobis mundum vincere
Et tecum semper vivere. |
| 5. Haec castae matris dignitas,
Sacra praestet trinitas,
Pater atque filius
Sanctus quoque spiritus. | |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Fit porta nostra hodie
Patens caelestis gloriae
In apertura lateris
Filii Mariae virginis. | 3. Honor decet filio,
Suo qui supplicio
Nos duxit ad caelestia
Aeternae pacis gaudia. |
| 2. Genus omne saeculi
Laudes sacrae virgini
Tu cane in perpetuum,
Quae solvit Evae debitum. | 4. Laus patri sit et filio
Et spiritui paraclito,
Qui vitam sine termino
Nobis donet in patria. |

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3. — Ad Laud. 1, 3
Cum tuus filius in. — Ad Prim. 2, 2 Lux quid idem. — Ad Vesp. 5, 2
praestat.

49. De Compassione BMV.

Ad Matutinum.

1. Dulce lilium vernale,
O te quantum vae poenale
Circumtexit et aspexit
Tota nocteque correxit,
O et Alpha dum captatur.

Ad Nonam.

5. Altus dolor te concingit,
Dumque vitam mors confringit,
Et tu morti adligaris
Christi, nobis pro precaris,
Rosa vernans o serena.

Ad Primam.

2. Rivi madent fluviales
Vultum velut pluviales
Illa hora, qua Pilato
Natus tibi pro peccato
Adae vinctus praedicatur.

Ad Vesperas.

6. Eia, mater, fons amoris,
Te exhaustis vis maeroris,
Oculis dum aspexisti
Reclinari corpus Christi,
Virgo virginum amoena.

Ad Tertiam.

3. Numquid plangam, Tertiarum
Dum dat hora lacrimarum
Velut montes altos fontes,
Stultitia dum per sotes
Damnat cruci redemptorem.

Ad Completorium.

7. Mordet ensis bipertitus
Mundum cor et tripertitus,
En, hora completorii
Fit cura dum clausorii
Et immensitas dolorum.

Ad Sextam.

4. Ensis sexta Simeonis
Scindit vellus Gedeonis,
Tau dum Christus amplexatur,
Ex quo scelus relaxatur
Gulae per triumphatorem.

Conclusio.

8. Christifera castissima,
Iesu mater carissima,
Te laudo his harmoniis,
En, tu me a daemoniis
Tege clipeo caelorum.

Ad Angelos.

9. Virtutes omnes caelici
Trinarumque angelici
Spiritus sint signiferi
Venturique caeliferi
Pulsis pompis infernorum.

Ad omnes sanctos.

10. Reos salvent clarissime
Alteque ferventissime
Tantium preces electorum,
Reductorum miserorum
A tortura damnatorum.

Ad omnes animas.

11. Dulciter, omnes animae,
In ignis ut examine
Dum bravium ceperitis
In bonoque fueritis,
Tunc nostri recordamini,
Et tunc nobis rependatis
Sinum, ad quem festinatis,
Christicolarum precibus
Aptamus qui, ut faecibus
Mitius eruamini.

Cod. Vatican. Palat. 411. saec. 15. fol. 35b. Verfasser ist Wynandus de Stega; vgl. oben Nr. 36. Vor dem Gedichte, auf welches noch eine prosaische „Conclusio praemissorum“ folgt, befindet sich folgende Rubrik: „Brevis oratio de horis beatae Mariae virginis, de angelis cunctis et omnibus sanctis ac fidelibus animabus cum conclusione aptissima pro itinerantibus, ut nostrum iter quotidianum et finale in ictu mortis feliciter concludatur. Edita Ambergae ad complacentiam gloriosi, sereni ac illustris principis et Domini, Domini Ludovici, sacri Romani etc. Comitum Palentini (!) et Bavariae ducis“ u. s. w.; fol. 26a steht dieselbe Rubrik in deutscher Übertragung, in der aber nach dem Herzoge auch seiner Gemahlin mit den Worten gedacht wird: „vnd bevoorans der durchleuchtigsten, hochgepornen fürstin vnd frawen, fraw Mechtild, seyner elichen wirtein“. Hernach folgt das Gedicht verdeutscht wie folgt:

Czu metten czeit.

O susse lilge meilicher blut,
Eya, wie viel der pynen glut
Mit schrecken was umgeben dich
Die ganzte nacht so bitterlich,
Vrsprung vnd ende do wartgefangen.

Czu prime czeit.

Rinnende czeher als beche flos,
Clingend gleich des reges gofs,
Hersprungen in ir czu prime czeit,
Loblicher crist, do dich der neit
Vor pylatum stalt in banden.

Czu tercze czeit.

Clagen sult ich die traurige stunde,
Hochzugkende aufs deyns herzens-
grunde
Threhen den brunffusen gleich,
In hohen bergen die herspringen sich,
Gekreuziget do christus wart mit
czungen.

Czu sexte czeit.

In czeit der sexte swert symeons
Mit grim sneit dich her gedeons
Fell, da christus aim cruz stait
Vor aller menschen missetait,
Recht als er were bezwongen.

Czu none czeit.

Sweres we dich umbkleit
Truplichen da der dot verschneit
Iesum, dem du wonte bey,
Nu traurik, aller freyden fry,
Vilscheynende rose du clare.

Czu vesper.

Nu, brunne de liebe manickfalt,
Dich herschopfet das we mit seyner
gewalt,
Hochwirdige, do di arme vnd augen dein
Enpfingen crist nach dotes peyn,
Reine du liepliche Iuncfraw czware.

Czu Complet.

Nachdem czwey swerde verschneyden
dein
Hercz vnd trew in grosser peyn,
Eya, Iuncfraw czu der lesten stunt
Reyfsset auch die peyn deines herzens-
grunt,

Nye vnimerme ist semblich we.
Lauter allerkeuste christi geberin,
Vollenkumen liebste iesu christi
dregerin,
Dich loben ich mit diesem sange,
O lose du mich won teufels czwange,
Wonsche ich hyemelschilt du vor
mich ste.

Czu den engeln.

Ir engel dreyer ierarchey,
Chore der neumden in hyemel krey,
Pflanczet vor vns euwer banyer,
Herhymelt vns nach dote schier,
Auch die teufel von vns wendent.

Czu allen heyiligen.

Losen auch vns die leuterlich
Clar hoch vnd gar hicziglich
Zart gepet aller aufsherkorn
Gewaysen, derezu vns verloren
Recht strasse, die czu freyden endet.

Czu allen selen.

Auch alle ir susse vnd getreu seln,
Von hiez peyn in martel qwel,
In korzer czeit so wird euch bas,
Nv bitten wir gedenkent an das
Brodt, euwer besten speyse.

Ir sult uns billichen wyeder geben
Recht des gleichen, wen wir streben,
In fleyfse wi ir wert herloste,
Nirgent habbt ir anders troste,
Eynes gleichen bitten wir uns be-
weysen.

50. Horae de gaudiis BMV.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Gaudeamus in Domino,
Qui Mariam adoptavit,
Suo in matrem filio,
Unde ipsam praeservavit,
Quia in matris utero
Eam sibi consecrav. | 2. Et Gabriel archangelus
A summo caelo mittitur,
Ut nuntiaret funditus
Illum, in quo mors moritur,
Iste est Dei filius,
In quo vita exoritur. |
|---|---|

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 1. Gaudeamus et iterum,
Quia peperit Maria
Dulcissimum Dei filium
Et permansit virgo pia.
Quis potest tantum gaudium
Cogitare in via! | 2. En, flos florem gennit
Et flos flore laetatur,
Radix germen protulit,
Homo quo reformatur,
Et quod in Adam cecidit,
Iam in Christo reparatur. |
|--|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaudeamus ergo vere,
Quia iam venerunt reges
Christum Deum adorare
Tamquam ad pastorem greges,
Iam incepit pullulare
In occulto nova seges. | 2. En, de longinquo veniunt,
Philosophi munerati
Et Mariam inveniunt,
Claram matrem tanti nati,
Et cum ea conspiciunt
Iesum, in quo sunt salvati. |
|---|--|

Ad Sextam.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Gaudeamus et praeclare
Christo Iesu resurgente
Non cessemusque laudare
Sacro sole apparente,
En, coepit illuminare
Sanctos patres hic repente.</p> | <p>2. Qui clamitabant in limbo,
Iam congaudent veritati
Et soluti omni morbo
Sunt a poena liberati
Ac in Dei gaudent verbo,
In quo sunt illuminati.</p> |
|--|---|

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Gaudeamus iucundanter,
Quia nostra salvatio
Iam ascendit festinanter
Super caelorum solio,
Ubi regnat coruscanter
In summo caeli thalamo.</p> | <p>2. In quo nobis praeparatur
Vera vita et iucunda,
Quae a Christo Iesu datur
Et erit semper fecunda,
Et in illa commendatur
Omnis requies abunda.</p> |
|---|---|

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Gaudeamus cum gaudio,
Quia sanctus paraclitus
A summo consitorio
Missus fuit caelitus,
Ut esset consolatio
Devotis et fidelibus.</p> | <p>2. Quia Christus, salus nostra,
Hoc promisit apostolis
Et Maria, mater nostra,
Super cunctis aliis
Fuit sic illuminata,
Ut esset via ceteris.</p> |
|--|--|

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Gaudeamus modo satis,
Quia iam est super caelos
Mater Dei cum beatis,
Ubi fundit dulce melos;
Ecce, mater pietatis
Iam destruxit omnes dolos.</p> | <p>2. Ergo, sacra virgo pia,
Nostri, precor, miserere,
Quia tu, dulcis Maria,
Nobis debes condolare
Nos invando in hac via,
Quia tui sumus vere.</p> |
|---|--|

Orat. ms. Tegrinsense saec. 15. Clm. Monacen. 20132.

51. De VII Gaudiis BMV.

Ad Matutinum.

1. Hora matutina
tuus, virgo, filius
Per Gabrielem nuntium
annuntiatur Dominus,
Per quem dicta vatica
vere sunt completa
Et tua casta viscera,
Maria, sunt repleta.

Ad Primam.

2. Hanc horam primulam,
virgo, cum amore
Tuo decanto dulciter
virgineo pudore,
Ex qua prodixit caelitus
lux solaris more,
Mater virgo permanes
virgineo cum pudore.

Ad Tertiam.

3. Hora tertia, virgula,
tuum natum quaerunt
Reges tres de insula,
secum dona ferunt,
Sternentes se ad cunabula
ipsum adoraverunt
Oblatisque muneribus
ad partes recesserunt.

Ad Sextam.

4. Ad templum sacerdotibus
tua praesentavit,
Mater benigna, pietas
hunc, qui mundum lavit,
Quem dum cernens, Simeon
ensem prophetavit,
Qui mortis suae tempore
te, virgo, penetravit.

Ad Nonam.

5. Hac hora sacratissima
tibi tunc detexit
Vultum suum Dominus,
quando resurrexit,
Qui secum patres veteres
tunc de limbo vexit,
Ob hoc desperatissimos
multos hic allexit.

Ad Vesperas.

6. Inauditum gaudium,
virgo, concepisti
Quando tuum filium
scandere vidisti,
Cum Ierusalemam
post eum exivisti,
Tandem Ierusalemam
gavisa introisti.

Ad Completorium.

7. Virgo splendens lucida
ac pulchra quasi stella,
Post natum scandis in mora,
regia o cella,
Advocata optima
sis nobis, o puella,
Pro nobis et miseris
semper interpella.

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3. — 7, 4 regia ad cella. —
Nach jeder Strophe wiederholt sich der folgende Rundreim:

Hanc horam matutinam,
vere virgo pia,
De primo tuo gaudio,
o regia Maria,
Dulciter excordulo
cum votis, harmonia,
Et ob hoc me miserum
duc ad (1: ducas) caeli via.
O mater, omni plena gaudio,
Me tuo reconcilia filio,
Ne damner in extremo iudicio.

Dabei ist in Zeile 1 der Reihe nach einzusetzen: Hanc sacram horam
primulam, hanc horam tertiam, hanc horam sacratissimam (zweimal), hanc
horam vespertinam, hanc completorii; ebenso Zeile 3 de secundo, tertio etc.
Zeile 5 Dulciter ex cordulo.

52. *Cursus de VII Gaudiis B. M. V.*

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Novum salutis gaudium
Caelesti sponsae mittitur,
Dum verbi per mysterium
Sub carne verbum clauditur. | 3. Modi secretum reserat
Fortis de caelo veniens,
Quod per te lapsum reparat,
Virgo Deum concipiens. |
| 2. Sermone blando nuntiat
Fulgenti veste rutilans,
Ut mira verbo faciat
Virgo Deum obnubilans. | 4. Concepto, virgo, filio
Culpae reatum diluas,
Floris candentis lilio
A sorde mentes abluas. |
5. O dulcis virgo virginum,
Pro tam sollemni gaudio
Devicta morte criminum
Concepto iunge filio.

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Alvus tumescit virginis
Serato ventris vasculo,
Virga florescit germinis
Clauso carnis ergastulo. | 3. Arto condens cubiculo
Aeterni patris filium
Confracto culpae iaculo
Ducat ad caeli gaudium. |
| 2. Venter puellae baiulat
Alti secreta conscia,
Verbum, quo virgo rutilat,
Carnis labentis nescia. | 4. Virgo fluens deliciis,
Quae pascis inter lilia,
Pro laetis his primordiis
Concepti des solacia. |
5. Gloria tibi, domina,
Quae regem geris omnium,
Dimittat nobis crimina
Caelorum prece civium.

Ad Primam.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaude, mater, in gaudiis,
Dum virgo paris filium,
Novis psalle praeconiis
Novum ferendo liliū. | 3. Lumen de caelo rutilat
Nati fulgente gloria,
Pater in terris iubilat
Novi partus laetitia. |
| 2. Noctis silente medio
Verbum in carne loquitur,
Cum novi cantus gaudio
Verbum de caelo mittitur. | 4. Memento, virgo regia,
Quae regem paris omnium,
Quod pro culpae miseria
Tu Dei lactas filium. |
5. O dulcis virgo virginum,
Pro tanti partus gaudio
Devicta morte criminum
Nos nato iunge filio.

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, mater cum parvulo,
Rege nascente gloriae,
Quem parvo geris vasculo,
Fert mundo munus gratiae. | 3. Artum cernunt praeseptum
Sub clarae lucis radio
Et castum matris gremium
Grato repletum filio. |
| 2. Intran magi cubiculum
Regis regentis sidera,
Et matris sacrum uterum
Et sacra laudant ubera. | 4. O quantum matris gaudium,
Cum natus sugit ubera,
Cuius altum dominium
Monstrant caelorum sidera. |
| 5. Gloria tibi, domina,
Rege regentem sidera,
In caeli regis curia
Nos tua pascant ubera. | |

Ad Sextam.

- | | |
|--|---|
| 1. Adest triumphus nobilis,
Quo pia mater gratiae,
Pro Christi morte flebilis,
Concernit regem gloriae. | 3. Patris potestas regia
Magnum de terra gaudium
Verbi fulgente gloria
Dat matri reddens filium. |
| 2. Sermone blandus angelus
Regem viventem nuntiat,
Ut novi cantus iubilis
Te, virgo, laetam faciat. | 4. O felix vere hostia,
Divae matris suffragio
Ad caeli duc nos ostia,
Quae tua pandit passio. |
| 5. Laus matri regis gloriae
Pro resurgentis gloria,
Quae nos cum signo gratiae
Ducat ad caeli gaudia. | |

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 1. Gaude, regina gloriae,
Novo perfusa gaudio,
Nam Christus, rex iustitiae,
Transit in nubis solio. | 3. Grata regis ascensio
Dat matri consistorium
Et pietatis atrio
Dulce reclinatorium. |
| 2. Tremunt videntes angeli
Regis ascensum nobilem,
Quem pro cursu mirabili
Mirantur venerabilem. | 4. Tu esto nostrum gaudium,
Praedulcis mater gratiae,
Et post praesens exilium
Duc nos ad thronum gloriae. |
| 5. Gloria tibi, domina,
Rege regnante gloriae,
Dimitte nobis crimina
Cum signo divae gratiae. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Beata matris gaudia
Misso de caelis spiritu
Nostra replent praecordia
Flammis, caelesti sonitu. | 4. Hora recumbens tertia
Sancto repletur spiritu
Virgo perfusa gratia
Caeli tonante sonitu. |
| 2. Virgo parens spiramine
Verbum in carne protulit,
Quod recumbente lumine
Ignem de caelis attulit. | 5. Veni, creator spiritus,
Per piae matris merita
Et luce fusa caelitus
Nos somno mortis excita. |
| 3. Linguis fantur magnalia
Fecundae partus virginis
Corda dudum carnalia
Caelesti dono numinis. | 6. O virgo clementissima,
Pro tanti festi gaudio
Fac nos mente promptissima
Tuo dignos servitio. |
7. Sit laus matri cum filio
Flamma fulgente caelitus,
Qui nobis in exsilio
Donet charisma spiritus.

Ad Completorium.

- | | |
|---|---|
| 1. Gaude, mater, in gaudio
Tantis referta gaudiis,
Caeli locata solio
Nati fruens deliciis. | 5. Ergo gaudet cum filio
Tantis dotata dotibus,
Fulgens ex lucis radio,
Trinis locata sedibus. |
| 2. Enixa virgo virgini,
Decoro sponso virginum,
Sanctorum consors agmini
Sono praecellis carminum. | 6. Assiste, virgo virginum,
Ostendens nato viscera,
Ne mors devoret criminum,
Pro quibus suxit ubera. |
| 3. Sanctos excedis meritis,
Amoris privilegio,
Castis stringendo gremiis
Natum in cordis iubilo. | 7. Conforta, virgo, tepidos,
Peccati pressos vulnere,
Nec diu sinas trepidos
Torpentes carnis pondere. |
| 4. Tibi congaudent virgines
Sertis ornatae roseis
Et constipatae liliis,
Albis fulgentes niveis. | 8. Precare, mater, filium
Pro lapsu fratrum ordine,
Reduc nos ad principium
Sancto flante spiramine. |
9. Gloria tibi, domina,
Assumpta super sidera,
In caeli regis curia
Fruamur tua gratia.

Cursus hinc inde collecti. imp. Augustae 1487. D. — Ad Mat. 2, 3 satiat C. — Ad Laud. 1, 2 fiasco B. — 3, 1 Ratio condens BCD, Facio A. — 4, 2 Quem A. — 4, 3 Prolens pascis C. — Ad Prim. 3, 2 fulgenti ABC. — Ad Tert. 2, 1 Inierunt ABCD. — 5, 2 Rege regente A. — Ad Sext. 1, 2 Qui C. — 1, 3 flebiles C. — 2, 2 vincentem A. — 3, 1 Matris B. — 3, 3 fulgenti ABC. — 5, 3 gratiae fehlt ABCD. — Ad Non. 1, 4 Transivit CD. — 3, 4 declinatorium B. — Ad Vesp. 5, 4 somnis C, summis B. — Ad Compl. 7, 4 Torpentes fehlt A. — 8, 2 fratris C.

53. De VII Gaudiis BMV.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Gaude primum, o Maria,
Ab aeterno tui quia
Facta est praevisio,
Gaude, porta semper clausa
Nostraeque salutis causa
Et culpae discissio.</p> | <p>5. Gaude, David stirps et heres,
Cui super mulieres
Datur benedictio
.
.
.
.
.
.
.
.
.
.</p> |
| <p>2. Gaude, nullum scire credo,
Quanta tui sit dulcedo
Et nominis descriptio,
Gaude, sapit plus quam caeli
Manna plebi Israeli
Datum in Aegypto.</p> | <p>6. Gaude, virgo, vitae porta,
Per quam nobis lux est orta,
Caeli fit apertio,
Gaude, clavis es de sera,
Per quam prophetarum vera
Patefit assertio.</p> |
| <p>3. Gaude, Aaron virgo frondens,
Fructum vitae nobis spondens,
Mirando indicio,
Gaude, imber gratiarum,
Vas distillans, vas praeclarum,
Istum imbrem sitio.</p> | <p>7. Gaude, ventre in materno
Deus servat a veterno
Te culpae contagio,
Gaude, Anna te produxit,
Stella maris mundo luxit
Salvans a naufragio.</p> |
| <p>4. Gaude, nostrum ad necesse
Te produxit radix Iesse
De regali solio,
Gaude, dono speciali
Fulta, quod non queas mali
Vitiari lolio.</p> | <p>8. Gaude, rosa carens spina,
Morum nitens disciplina,
Dei vacans otio,
Gaude, virgo, nulla talis,
Te non vicit temporalis
Saeculi commotio.</p> |

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Gaude, virgo, Ioseph viro
Desponsaris more miro
Sine matrimonio,
Gaude, virginalem florem
Deus celat et pudorem
Tali testimonio.</p> | <p>2. Gaude, templo praesentaris,
Angelorum visitaris
Frequenti obsequio,
Gaude, solam in conclavi
Salutavit te suavi
Gabriel colloquio.</p> |
|--|--|

3. Gaude, viso Gabriele
Eius dulcis te loquela
Roborat intentio,
Gaude, sola digna fore
Salutari novo more,
O verbi inventio!
4. Gaude, inquit, ave, digna,
In te sunt virtutum signa
Et mundi salvatio,
Gaude, gratia tu plena,
Salvat te ab omni poena
Dei miseratio.
5. Gaude, virgo, tecum Deus,
Ne damnetur homo reus,
Per te cedit ultio,
Gaude, virtute amicta,
Super omnes benedicta,
Te his verbis fulcio.
6. Gaude, virgo, corde puro
Mirabaris de obscuro
Verbo ac mysterio,
Gaude, inquit verbi lator,
Ex te nasci vult salvator
Pio desiderio.
7. Gaude, partum expavescis,
Edoceris, quia nescis,
Qualis sit conceptio;
Gaude, tua fides fecit,
Quod resurgunt, quos deiecit
Colubris deceptio.
8. Gaude, virgo, regnum David
Tuae proli adaptavit
Deus ab initio,
Gaude, pneuma Dei patris
Nomen tibi aptat matris
Absque carnis vitio.

Ad Tertiam.

1. Gaude, Deus te suscepit,
Ut salvaret, quos deiecit
Fraudulenta sponsio,
Gaude, tua, quod consentis,
Caput trivit mox serpentis
Humilis responsio.
2. Gaude per humilitatem
Te vocasse deitatem
De caeli palatio,
Gaude, quod te obumbravit
Pneuma sacrum, cum intravit
Te divina natio.
3. Gaude, Deum concupivit
Tuum cor, quod erudivit
Sui roris unctio,
Gaude, virgo, concepisti
Iesum, quando credidisti
Gabrieli nuntio.
4. Gaude Dei ex conceptu
Virginalique conceptu
Et pudoris lilio,
Gaude, cuncta claudens palmo
Est in tui ventris almo
Clausus domicilio.
5. Gaude, quod ad montem ire
Festinabas et servire
Cognatae cum studio,
Gaude, Elisabeth audit
Verbum tuum, unde plaudit
Cordis cum tripudio.
6. Gaude, matrem Christi novit
Te Iohannes, quando movit
Se in matris gremio,
Gaude, regis ad edictum
Quando isti, benedictum
Fructum das cum praemio.
7. Gaude, vice obstetricum
Bethlehem implesti vicum
Seraphim servitio,
Gaude, quia angelorum
Scit adesse tibi chorum
Tua parturitio.
8. Gaude, quando paris Iesum,
Virginalis non est laesum
Decus suo flosculo,
Gaude, tibi caeli cives
Assunt, pauper simul dives
Uniuntur osculo.

Ad Sextam.

1. Gaude, mater, tibi soli
Competit ac tuæ proli
Laus et genuflexio,
Gaude, in te virginalis
Et honoris maternalis
Vera est connexio.
2. Gaude, parens novae laudis,
Angelorum voces audis,
Vernat caeli regio,
Gaude, Christus cum locatur
In praesepe, visitatur
Pastorum collegio.
3. Gaude, tuum corpus Christum
Pavit, angelorum pistum,
Lacte cum virgineo,
Gaude, nomen proli datur,
Circumcisis purpuratur
Colore sanguineo.
4. Gaude, verbi Dei cella,
Magos duxit lucens stella
Suo ministerio,
Gaude, reges tres adorant
Tuam prolem et honorant
Te in puerperio.
5. Gaude, quia magos docet,
Quod Herodi regi nocet,
Nocturnalis visio,
Gaude, quod decepit regem,
Dans in Christum mortis legem
Infantum occisio.
6. Gaude, prolis tu vagitum
Placas iuxta matrum ritum
Osculi solacio,
Gaude, virgo et matrona,
Christus sui in persona
Templi fit oblatio.
7. Gaude, quando vitae prolem
Offers, senex verum solem
Videt cordis oculo,
Gaude, Iesum videns Anna
Mox divinum gustat manna
Cum salutis poculo.
8. Gaude, regis fugis minas,
Partes quaeris peregrinas
Angeli consilio,
Gaude, Ioseph quod monetur,
Puer ut reduceretur
Tecum de exilio.

Ad Nonam.

1. Gaude, quod in templo natum
Invenisti collocatum
In doctorum medio,
Gaude
.
.
2. Gaude, Iesu baptizato
Mundat omnes a peccato
Baptismalis lotio,
Gaude, nam, quae tunc geruntur
Et de Christo referuntur,
Conservat devotio.
3. Gaude, mundus hoc exegit,
Quod apostolos elegit
Christus in hoc bivio,
Gaude, quia te praesente
Iesus vinum de torrente
Fecit in convivio.
4. Gaude, Iesus manifestat
Se, salutem quando praestat
Signis et prodigio,
Gaude, Christus non quievit
Laborare, donec crevit
Haec sancta religio.
5. Gaude, Iesus triumphavit,
Mortem vincens liberavit
Nos de mortis vinculo.
Gaude, consolantur fientes
Mulieres tres quaerentes
Dominum in tumultu.
6. Gaude, mira quia gessit
Christus, visus dum excessit
De sepulchri solio,
Gaude, postquam rexurrexit,
Quosdam extra limbum vexit
Pio facto spolio.

- | | |
|--|--|
| 7. Gaude, per terrenos testes
Declaratur et caelestes
Christi resurrectio,
Gaude, quia Thomae tactus
Est revera nobis factus
Fidei erectio. | 8. Gaude, Christus, ut praedixit,
Consolatur, quos adfixit
Mortis in supplicio,
Gaude, suis se ostendit
Multis modis et accendit
Verbi beneficio. |
|--|--|

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Gaude, die quadrageno
Iesus latus est sereno
Te vidente nubilo,
Gaude, Christus caelos redit
Et ad dextram patris sedit
Cum ingenti iubilo. | 5. Gaude, his in terra usa,
Sed in caelis es diffusa
Ampliori gaudio,
Gaude, hoc delectat si te
Carmen, supplicanti rite,
Quaeso, dic: exaudio. |
| 2. Gaude, Christus dat in igne
Virtutis donum insigne
Clansis in cenaculo,
Gaude mundo quod electi
Praedicare sunt directi
Fidem cum miraculo. | 6. Gaude, quae in fide cernis
Iesum cum turmis supernis
Tollentem te de saeculo,
Gaude, anima et caro
Tua lucent in praeclaro
Deitatis speculo. |
| 3. Gaude, quae per Christum legis
Normam datam novae legis
Populo catholico,
Gaude, quod in mortis hora
Circumdaris sine mora
Coetu apostolico. | 7. Gaude, cunctis superlata,
Nulli viro comparata
Dignitatis socio,
Gaude, laudum et honorum
Sic segura, quod eorum
Nulla est amotio. |
| 4. Gaude quod assumptioni
Tuae assunt omnes throni
Christo quidem praevio,
Gaude, es ad caelos vecta,
Per te patet via recta,
Quam sequens non devio. | 8. Gaude, Christo sic coniuncta,
Quod cum ipso agis cuncta,
O felix conventio!
Gaude, caeli luminare,
Claritatis carens pare,
Paris nec sit mentio. |

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaude, nam ex tuo vultu
Sanctis et ex miro cultu
Venit iucundatio,
Gaude, quae indifferenter
Cunctis ades, si decenter
Tui fit invocatio. | 3. Gaude, gaudens nunc postremo,
Est remotus quia nemo
A tuo praesidio,
Gaude, gaudens in perenne,
Virgo mater, a gehennae
Salva me discidio. |
| 2. Gaude, virgo semper laeta,
Misereri reis sueta
Quovis in periculo,
Gaude, quae dum invocaris,
Opem ferre non moraris
Pio adminiculo. | 4. O Maria, quae fomenta
Das virtutum, me sustenta
Pietatis humero
Atque vitae meae cursum
Post hanc vitam loca sursum
In sanctorum numero. |

5. Ubi sceptrum cum corona
Regni tenes, ibi bona
Detur mihi portio,
Pro hac laude gaudiorum,
Virgo mater, angelorum
Iunge me consortio.
6. O Maria, qui hoc sertum
Tibi promo, fac me certum
Tuo de auxilio,
Assis mihi in extremis
Collocando in supremis
Cum dilecto filio.
7. O Maria, virgo pia,
Mater Christi, caeli via,
Spes et miseratio,
Praesta mihi, qui tuorum
Sum succentor gaudiorum,
Sim et in solacio
8. Eorundem te praestante,
Iesu Christo mihi dante,
Cuius iram metuo,
Cum quo regnas, es et vivis,
Princeps mundi, caeli civis
Nunc et in perpetuo.
9. Omnis homo dicat Amen,
Orans patrem, natum, flamen,
Caeli frui gaudio.

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19824 anni 1490. — Ad Mat. 1, 6. culpae desiderio. — 4, 6 lilio. — 7, 2 servavit. — Ad Text. 1, 2 deiecit. — Ad Sext. 5, 2 Quia Herodi. — 8, 1 fugis nefas. — Ad Non. 5, 3 mortis tumulto. — 6, 2 dum expressit. — Ad Compl. 1, 6 Lies: Tis fit?

54. De Assumptione B. M. V.

Ad 1. Vesperas.

1. Maria, candens lilium,
Rosa sine spina,
Vocat suum filium
Hora vespertina.

Ad Completorium.

2. Quae completo tempore
Languens prae amore
Obdormivit dulciter
Mortis in sopore.

Ad Matutinum.

3. Adest matri Dominus
Luce cum divina,
Sic ad astra tollitur
Stella matutina.

Ad Primam.

4. Cum cymbalis ac citharis
Post a ierarchia
In magna suscipitur
Gloria Maria.

Ad Tertiam.

5. Altius conducitur,
Medii caelorum
Occurrunt exercitus
Patris angelorum.

Ad Sextam.

6. Qui trans sextum dominam
chorum conduxerunt,
Cherubim et Seraphim
huic obviaverunt.

Ad Nonam.

7. Hinc iucunde geritur
Chorum ultra nonum
Et in summum ponitur
Ierarchiae thronum.

Ad 2. Vesperas.

8. Ibi cum laetitia
Maria coronata
Regnabit in saecula
Mire sublimata.

Ubi mille milia
Deo electorum
Et centena milia
Astant angelorum,
Qui suis in citharis
Et organis caelorum
Mariam magnificant
In saecula saeculorum.

Cod. Bruxellen. (ol. S. Laureantii Leodien.) 9700—4. saec. 15. — 2, 3 dulcis.

55. Horae beatae Mariae V.

Ad Matutinum.

1. Deus, qui primum hominem
de limo terrae creavit
Et ad similitudinem
Suam propriam formavit,
Te praelegit virginem
Et in te se obumbravit,
Ut humanam propaginem
Redimeret, quae peccavit.

Ad Primam.

2. Nos Deus in hoc crimine
Pati nolens ordinavit,
Quod sicut mors in homine
Per mulierem intravit,
Sic per merita feminae
Vitam ei restauravit,
De David regis semine
Quam Ioachim generavit.

Ad Tertiam.

3. De mulierum numero
Haec sola sanctificata
Fuit in matris utero
Sanctaque semper servata,
In aevo quoque tenero
Templo fuit praesentata,
Castitatem Deo vero
Vovit sponte dedicata.

Ad Sextam.

4. Deus causa munditiae
Suae nec non sanctitatis
Carnem nostrae miseriae
Sumpsit et humanitatis,
Peperit regem gloriae
Nil habens anxietatis,
Manente pudicitiae
Floreque virginitatis.

Ad Nonam.

5. Ipsum suis uberibus
Virginali lacte pavit
Et in pannis pauperibus
Involutum comportavit
Cibisque melioribus,
Quos habuit, hunc cibavit,
Donec a puerilibus
Annis omnino migravit.

Ad Vesperas.

6. Et post Christi passionem,
Quam praesens vidit Maria,
Et eius ascensionem
Usque regna caelestia
Templi petit mansionem,
Sicut prius virgo pia,
Repetens orationem,
Donec finit vitae via.

Ad Completorium.

7. In obitu convenerunt
Eius omnes discipuli
Ipsamque sepelierunt,
Et post tres dies singuli
Corpus in sepulcro quaerunt,
Nil invenerunt seduli,
Hinc id assumptum asserunt
In caelum omnes creduli.

Recommendatio.

8. Tuae matris in honore
Has horas, Christe, diximus
Corde devoto et ore,
Mariam quoque petimus,
Ut nos nundet a foetore
Peccatorum, quae fecimus,
Precum suarum fervore
Ut in caelis secum simus.

Brev. ms. S. Clarae Neapol. saec. 14. Cod. Casanat. B III 5 (407).
 A. — Orat. ms. Atrebatense saec. 15. Cod. Miss. Urban. Ianuen. 31. 4. 8.
 B. — Orat. ms. Iuliani Regin saec. 15. Cod. Parisin. 757. C. — 1, 1
 cunctum hominem A. — 1, 5 Te fehlt A; Et sic praelegit B. — 1, 6 Et
 sic in se B. — 2, 5 pro A. — 2, 6 ei fehlt A. — 3, 4 semper fehlt A;
 Semperque virgo B. — 4, 2 Virginis in ea gratia C. — 4, 6 Nihil A. —
 4, 8 Floresque A. — 5, 1 Ipsam A. — 5, 4 comparavit B. — 5, 5 Ceteris-
 que melioribus B. — 5, 6 hunc habuit B. — 5, 7 a fehlt C; pueribus B. — 6, 5
 Templum C. — 6, 7 Reparans A, Ceptens C. — 6, 8 Donec fuit AB. —
 7, 2 Omnes eius AB. — 7, 7 Illud assumptum B, Illum A. — 8, 2 fehlt
 A. — 8, 8 Et in caelis C, tecum A.

56. Horae beatae Mariae V.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, decus trinitatis,
Theotocos maiestatis,
Emanans dulcedinem,
Ave, caeli paradus,
Hortus clausus, non divisus,
Servans plenitudinem. | 2. Vestem, ecce, praeparamus
Purpuream et rogamus
Te clementem dominam,
Ut confortes fluctantes,
Hostes fuga adversantes
Donans nobis gratiam. |
|---|---|
3. Phlegetontis a ruina
Nos custodi, o regina,
Et da caeli gloriam.

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 1. Salve, thronus deitatis,
Arca plena sanctitatis,
Venustate rosea,
Salve, speculum sanctorum,
Mater regis supernorum,
Caritate ignea. | 2. Salve, murra semper fragrans,
Ingiter amore fragrans,
Pietate nitida,
Veste rubea ornari,
Teque prolem venerari
Fac nos, flos convallium. |
|--|---|
3. Morum confer sanctitatem,
Mentis ange puritatem,
Dei contubernium.

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. Salve, mundi recreamen,
Peccatorum relevamen,
Huic orbi consolamen,
Dei mater inclita. | 2. Salve, stella matutina,
Virgo, mater et regina,
Nos a morte repentina
Praeserva, carissima. |
|--|---|
3. Stolum blaniam parare
Ac peccata emendare,
Ad superna respirare
Fac nos, pia domina.

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, nardus humilis,
Corona virtutum,
Tellus inarabilis,
Imbecillis scutum. | 2. Ecce, vestis grisea,
Stella vespertina,
Virgo et puerpera,
Rosa sine spina. |
| 3. Ave, caeli gaudium,
Iter viatorum,
Nostrum privilegium,
Placatrix reorum. | |

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 1. Salve, rosa paradisi,
Per quam hostes sunt divisi,
Tis calcaneo elisi,
Pax humani generis. | 2. Salve, vitis irrigata,
Stola viridi ornata,
Dei donis decorata,
Vera spes terigenis. |
| 3. Phoebus luna clarior,
Luna astris ceteris,
Sic Maria sanctior
Universis conditis. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|--|
| 1. Heu, Maria videt natum
Fixum cruci, desolatum
In monte Calvariae,
Videt Iesum cruentatum,
Circumquaque perforatum
Perfida ab acie. | 2. Eia, mater benedicta,
Ligno crucis mente fixa,
Poenis plena animae.
Plagas Iesu contemplatur,
Gemit virgo, lacrimatur,
Tristi pallens facie. |
| 3. Vestem nigram praeparare,
Iesu mortem frequentare
Nos fac, mater gratiae. | |

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Vale, caeli symphonia,
Salvandorum melodia,
Stans pro pace foederis,
Vale, aula praemunita,
Stola alba redimita,
Dos aeterni muneris. | 2. Vale, sponsa Dei dicta,
Sole Olympi amicta,
Septa sanctis angelis,
O alumna pietatis,
Arca immortalitatis,
Solaris decora, |
| 3. Nos perfrui perennibus
Caelorum regni tinnulis,
Da, fulgens aurora. | |

Orat. ms. Augustin. saec. 15/16. Cod. Maguntin. II 344. — Ad. Mat. 2, 2 Purpurniam. — Ad Complet. 3, 1 Nobis perfrui. — Das Lied ist in der Hs. auf die sieben Wochentage statt auf die sieben Tagzeiten verteilt.

57. Horae beatae Mariae V.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Collaudemus universi
Gratiarum fonte tersi
Mariam christiferam,
Quae nos eius ventris fructu
De perditionis luctu
Refecit per gratiam. | 4. Virgo felix et iucunda,
Contemplari mente munda
Fac nos tuam faciem,
Christum pure nunc amare
Deitatisque potare
Supernam dulcedinem. |
| 2. Mater miserationis,
Spes humanae contionis,
Consolare populum,
Quem de lacu mortis tristi,
De contemptu transtulisti
In vivorum numerum. | 5. Claritatis vestimento
Doce, virgo, vultu laeto
Christum nos induere,
Inter caeli legiones
Gratiarum actiones
Condecenter canere. |
| 3. Fac nos tibi nunc vacare
Et ad Christum convolare
Mentis desiderio,
Hostis vepre ne pungamur,
Per te large perfundamur
Gratiarum oleo. | 6. Sit cum Christo laus parenti
Ab utroque procedenti
Plena iubilatio,
Genetrici illibatae
Sit cum sancta trinitate
Summa benedictio. |

Ad Primam.

- | | |
|---|---|
| 1. Superni sponsa principis,
Propitiatrix hominis,
Maria, virgo regia,
Plena laudis et gratia, | 4. Perfectos et gratissimos
Nos Christi fac discipulos,
Da utriusque providam
Testamenti custodiam. |
| 2. Compesce carnis fomitem
Hostisque saevi rabiem,
Terrena da despicere,
Superna concupiscere. | 5. Fac nos gustare caelitus
Charisma sancti spiritus
Et contemplari filium
Cum sanctis in perpetuum. |
| 3. Illustra facem sensuum,
Da robur, fer auxilium,
De caelis rora gratiam
Tuam super familiam. | 6. Fides, spes, amor, latria
Patri, nato, paraclito,
Mariae, sanctis omnibus
Hymnus, plausus et iubilus. |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. Maria, stirps egregia,
Lux mundi, spes et gloria,
Dilectum placa filium
Salute pro fidelium. | 3. Da pietatis gratiam,
Devotionis copiam,
Thesaurum sapientiae,
Salutis, pacis, veniae. |
| 2. Festina, ne tardaveris
Auxiliari miseris
Quos emit Christus proprio
Cruoris sui pretio. | 4. Nos pio vultu respice,
Reforma, rege, refice
Ac impertire filiis
Caelestis haustum luminis. |

- | | |
|---|---|
| <p>5. Peccati sana vulnera,
Da gratiarum munera,
Hostis doma malitiam
Et transfer nos ad gloriam.</p> | <p>6. Fides, spes, amor, latria
Patri, nato, paraclito,
Mariae, sanctis omnibus
Hymnus, plausus et iubilus.</p> |
|---|---|

Ad Sextam.

- | | |
|--|---|
| <p>1. [O] consolatrix omnium,
Flos florum, virgo virginum,
Audi preces lugentium
Devote te quaerentium.</p> <p>2. Dilecta, veni propere
Te diligentes visere,
Tuam catervam satia
Superna Dei gratia.</p> <p>3. Servorum vota filio
Fer interventu sobrio,
Ut culpas nostras deleat
Et caritate repleat.</p> | <p>4. Compunctionis calice
Deserta corda refice,
Da duplicis continuum
Sanctitatis irriguum.</p> <p>5. In nobis, mater inclita,
Fervoris flammam suscita,
Sensus nostros irradiat
Divina sapientia.</p> <p>6. Fides, spes, amor, latria
Patri, nato, paraclito,
Mariae, sanctis omnibus
Hymnus, plausus et iubilus.</p> |
|--|---|

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Tu castitatis lilium,
Virtutum domicilium,
Vas vitae, fons clementiae,
Ros caeli, thronus gloriae.</p> <p>2. Amica, sponsa, socia
Dei patris et filia,
Tu nobis sis auxilium
Apud patrem et filium.</p> <p>3. Occultis a reatibus
Devotis lava fletibus
Et gratiarum sicera
Nos incrassare propera.</p> | <p>4. Constringe nos suavibus
Tuis, mater, amplexibus
Et recommenda filio
Plenoque reple gaudio.</p> <p>5. Donorum auge praemia,
Pro parvis da magnalia,
Sanctorum quoque mystica
Bona nobis communica.</p> <p>6. Fides, spes, amor, latria
Patri, nato, paraclito,
Mariae, sanctis omnibus
Hymnus, plausus et iubilus.</p> |
|---|---|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Summi sponsa creatoris,
Soror, dos et filia,
Parens patris, nata prolis,
Virginum primaria,
Florens hortus, fons dulcoris,
Mundi spes eximia.</p> <p>2. Audi planctum filiorum,
Fons misericordiae,
Consolatrix orphanorum,
Dona praesta gratiae
Ac ascribe nos ad chorum
Caelestis militiae.</p> | <p>3. Arma plebem militantem
Hac in solitudine,
Pande fontem nos lavantem
Imbre paenitentiae,
Confer palmam triumphantem
Et coronam gloriae.</p> <p>4. Pietatis vas insigne,
Supplices refrigera,
Vivo caritatis igne
Confovere propera,
Quo libemus tibi digne
Gratiarum munera.</p> |
|---|---|

5. Ad te suspiramus, pia,
 Pauperum refugium,
 Angelorum melodia,
 Misereris omnium
 Nunc et semper, o Maria
 Tibi supplicantium.

6. Laus perennis Deo patri
 Sanctoque paraclito,
 Laus inviolatae matri
 Ac ipsius filio,
 Quae nos sanctae trinitati
 Iungat cum tripudio.

Ad Completorium.

I.

1. Ave, rosa generosa,
 Diva, potentissima,
 Mater virgo, vitae pyrgo,
 Stella serenissima.
 2. Christum Deum, Nazareum
 Nobis reconcilia
 Et culparum tu nostrarum
 Relaxa contagia.
 3. Fons virtutum, numen tutum,
 Vino nos inebria
 Deitatis daque gratis
 Paradisi gaudia.

4. O praelata, fecundata
 Dei patris filio,
 Nos dignare te laudare
 Voto cordis sobrio.
 5. Contemplari, osculari
 Ac amplecti filium
 Puro corde sine sorde
 Da post hoc exilium.
 6. Sit Mariae, matri pia
 Laudum modulatio
 In aeternum sit supernum
 Melos Dei filio.

II.

1. Maris stellae, Christi cellae
 Melodias promere
 Convenite, Israelitae,
 Mentis cum dulcedine.
 2. Cordis fletum atque metum,
 Christe rex, discrimina
 Per parentis te foventis
 Mariae precamina.
 3. Propagatrix lucis, matrix
 Pacis et clementiae,
 Salutare nos gustare
 Tuum semper tribue.

4. Fac in caelis, spes fidelis,
 Ipsum nos agnoscere,
 Qui mudavit nosque pavit
 Pretioso sanguine.
 5. Exsultantes, lamentantes,
 Virgo mater, collige
 Ac in castra super astra
 Supernorum dirige.
 6. Virgo parens labe carens,
 Tibi laus et gloria
 Sit cum nato tibi grato
 Per aeterna saecula.

Orat. ms. Tegurinum anni 1490. Clm. Monacen. 19824. — Ad Prim. 6, 3 Mariae cum sanctis omnibus, auch in den folgenden Hymnen an der entsprechenden Stelle. — Ad Sext. 4, 3 contiguum. — Ad Vesp. 4, 4 Confoveri. — Ad Complet. II 5, 1 Exsultantes. — Der Hymnus ad Completorium ist augenscheinlich aus zwei getrennten Liedern zusammengesetzt. weshalb diese im Drucke als selbständige Ganze kenntlich gemacht sind. Vgl. Mone II, Nr. 543 ff.

58. Horae beatae Mariae V.

Ad Matutinum.

1. Gaude, virgo principalis,
 Per quam decor virginalis
 Accepit exordium,

Per quam amor enituit,
 Amor in mundo floruit
 Inter spinas lilium.

2. Gaude, virgo, decus morum,
Cuius nomen est flos florum,
Flos amoris, flos gaudii,
Flos aeterni palatii.
3. O flos florem concipiens,
O rosa rosam pariens,
Tuo rore nos irroras,
Tuo flore nos coloras,
Per te mens nostra gaudeat
Et in Deo refloreat.
4. Gaude, decus ecclesiae,
Mater misericordiae,
Virgo mitis et benigna,
Sola bona, sola digna
Omni laude et honore
Omni loco et tempore,
Omni maior praeconio
Omni que desiderio.
5. Tuas virtutes canere
Laudes auditas facere
Nec ipsa vox angelica
Nec tota posset musica;
Te amare, te laudare,
Te post Christum suspirare
Sit nostra sapientia,
Sit nobis super omnia.
6. Gaude, gemma puellarum
Et Maria Mariarum,
Hoc nomen praestat ceteris
Quinque formatum literis:
Te magnam prima litera,
Almam designat altera,
Et tertia te regnantem,
Quarta vero imperantem,
Quinta te agnam nuntiat,
Agnam, quae labe careat.
7. O virgo mater Domini,
Tuo beato nomini
Nostra subscribe nomina
In libri vitae pagina.
8. Gaude, regina nobilis,
Virgo incomparabilis,
Cuius est corpus puritas
Et novitatum novitas,
Cuius mens desiderium
Et gaudiorum gaudium.
9. Gaude, virgo dulcissima,
Cuius corpus et anima
Singulari miraculum,
Miraculorum speculum.
10. Gaude, cuius eloquia
Sunt sicut mala aurea,
Et cuius motus animi
Vincunt odorem balsami.
11. Gaude, cuius operibus
Tamquam stolis regalibus
Nitetur corpus ecclesiae,
Vestitur rex iustitiae.
12. Gaude, virgo amabilis,
Tota desiderabilis,
Rosa rosarum omnium
Et liliorum lilium,
Da nobis desiderium
Videndi te et filium,
Ut vestro desiderio
Vestra accedat visio.
13. O laudanda fecunditas,
Quam sic amat virginitas,
Ut osculo perpetuo
Se osculentur mutuo.
Tam pia foederatio,
Quae in te floret unica,
Nos per te iungat filio,
Mater tota deifica.
14. O filii tu filia,
Tu amoris semper vacas
Et dilectum nobis placas
Orandi instantia.
15. Nunc abundat iniquitas,
Et refrigescit caritas
In multorum cordibus,
Unde magis est gemendum,
Humilibus innitendum
Tuis almis precibus.
16. Tuus amor afficiat,
Ad te cor nostrum rapiat
Totum, non dimidium,
Ut cantemus prae amore
Laudes tuas cum honore
In terra viventium;

- Ut nostra contemplatio
Tibi et tuo filio
 Vacet cum laetitia,
Vos laudando cotemplari,
Contemplando admirari
 Est suprema gloria.
17. Gaude, nostra sollemnitas,
Gaude, nova iucunditas,
Gaude, gaude, ros gratiae,
Gaude, gaude, flos gloriae,
Gaude, quae veste candida
Omniformi et fulgida
Sola fulgens in solio
Sedes imperatorio.
18. Gaude, quam sapientia
Zona praecinxit aurea,
Zona non ab hominibus,
Sed Dei facta manibus;
Gaude, quam Deus annulis
Ornavit et muraenulis,
Armilla, dextro chirio,
Torque, monili regio.
19. Gaude, virgo pulchra tota,
In amoris fonte lota
 Manu innocentiae,
Per quam amor mundum lavit
Et lavando dealbavit
 Candore iustitiae.
20. O mater desiderii,
O civitas refugii,
 O gemma iustitiae,
Tibi soli sit sanctitas,
Sit primatus, sit dignitas
 Honorificentiae.
21. Da gaudium auditui,
Da et nostro spiritui,
 Non superbe sapere,
Sed ex affectu intimo
Deo, tibi et proximo
 Totam mentem subdere.
22. Fac nos per tuum meritum
Unum cum Deo spiritum
 Caritate gemina,
- Ut cursu semper prospero
De nostro fluant utero
 Aquae vivae flumina.
23. Gaude, quae turtur turturum,
Columba es columbarum,
Cuius nidus simplicitas,
Et volatus est castitas.
24. Gaude, cuius castitati,
Cuius summae maiestati
Caeli caelorum rutilant,
Caeli caelorum iubilant.
25. Gaude, per quam caelestia
Amplexantur terrestria,
Per quam suscepit saeculum
Cum Deo pacis osculum.
26. Gaude, mater orphanorum,
Vera nutrix parvulorum,
Quos lacte nutris gratiae,
Sinu fovens clementiae.
27. Gaude, nostra felicitas,
Dulcedo, spes, victoria,
Vita, salus, sublimitas,
Virtus, misericordia.
Da nobis inter ubera
Dulcem murrae fasciculum,
Cuius vis salutifera
Cordis conservet loculum.
28. O sublimis puerpera,
Complectens omni tempore
Dilecti tui vulnera
In sacrosancto pectore,
Fac ad nostrum solacium
Dilectum tui uteri
Nostrorum semper cordium
Totis medullis inseri.
29. Tu balsamus pretiosa
Dans balsamum salutare,
Tu vitis es generosa,
Vivo fecunda nectare;
Huius nos vino nectaris
Vivo potu vivifica
Et balsami salutaris
Unctione salvifica.

Ad Laudes.

1. Gaude, virgo egregia,
Mater solis et filia,
Per quam nox finem habuit,
Sol de sole resplenduit.
2. Gaude felici gaudio,
Eodem gaudens filio,
Quem Deus, auctor omnium,
Gaudet habere filium.
3. Gaude tanto consortio,
Condigna Deo socio,
Et da, ut in hoc foedere
Sit nobis nasci, vivere,
Sit mors, sit resurrectio,
Sit nostra consummatio.
4. Gaude, nostrae lux fidei,
Praedux stella sanctae spei,
Dux ad montem aromatum,
Ex sabbato ad sabbatum,
Dux a fide ad speciem,
Ad iubilaei requiem.
5. Gaude, serena domina,
Splendor verus, lux divina,
Caelum, caeli serenitas,
Stella, stellarum claritas,
Nobis intus irradiat
Tui splendoris gloria,
Ut cordis nostri mansio
Vero splendescat radio.
6. Tu virtutum harmonia,
Luna defectus nescia,
Tota melos et iubilus,
Tota lumen et oculus;
Tuum melos nos mulceat,
Tuum lumen nos induat,
Sit nobis tua facies
In noctibus meridies.
7. Gaude, sponsa, quae amorem
Pium habes dilectorem,
Dilecta prae omnibus,
Tu amorem grata vice
Amantem amas unice
Totis ex visceribus.
8. O sponsa, quae plus amasti,
Plus amando suspirasti
Sponsi tui speciem,
Te iustum est plus gaudere,
Te dignum est plus videre
Eius sacram faciem.
9. Ergo gaude plus quam multum
Et dilecti vide vultum
Singulari gratia,
Amplexantem amplexare,
Osculantem osculare
Perenni concordia.
10. Cui cum patre ingenito
Et spiritu paraclito
Humilitatis hostiam
Offerimus et gloriam.

Ad Primam.

1. Gaude, aurora saeculi,
Domus novi diluculi,
De qua lux lucis prodiit
Et in mundo apparuit.
2. Gaude, mater, salvo flore
Ortus surgentis aurorae,
Quae diei primordia
Dedisti in ecclesia.
3. Gaude, mater luciferi,
De cuius sacri uteri
Benedicto sacrario
Refulsit benedictio.
4. Gaude, mater principii,
Gaude, flos desiderii,
Quae edidisti omnibus
Desideratum gentibus.
5. Gaude, Sion ecclesiae,
Per quam apparente die
Umbra noctis evanuit
Et laetum mane claruit.
Esto lux nobis praevia
Et oriens ad gaudia,
Ut solis veri specie,
Vero fruamur hodie.

6. Imperatrix palliata
Novo sole, coronata
Duodecim sideribus,
Lunam habens sub pedibus.
Verum nobis luciferum,
Sidus ostende siderum,
Ut cernamus sine fine
Lumen in eius lumine.
7. Gaude, quae es forma Dei,
Diadema speciei,
Gaude, per quam mundus ridet,
Quia veram lucem videt.
8. Gaude, tota munditia,
Tota dies et gloria,
Per te ex alto veniens
Illuminet non oriens,
In quo cor meum rideat
Risui, qui fine careat.
9. Gaude, prima laetantium,
Primitiae gaudantium,
Da matrem sine vespera,
Da corda nobis libera.
Da primae pacis prospera,
Da unitatis foedera,
Da sanctitatis munera
Da honestatis opera.
10. Da fidei constantiam,
Da veram sapientiam,
Da laetam patientiam,
Da gratam verecundiam,
- Da spiritus modestiam,
Da puram conscientiam.
11. Gaude, lampas caritatis
Et lucifer humilium,
Sol septuplae claritatis,
Dies dierum omnium;
Iube, ut nos humilitas,
Virtus virtutum, impleat,
Per quam in nobis caritas
Ardens et lucens fulgeat.
12. O orientis oriens,
Aurora solis nuntia,
O sol solem parturiens,
Dies diei praevia;
Da tam praesuavi sibilo
Mentis adflari intima,
Per quem amoris iubilo
Nostra exsultet anima.
13. O ver, veris temperies,
Quo reviviscunt omnia,
Aestas, aestatis species,
Quo innovantur gaudia,
Fac nos intus innovari
Virore, qui non deficit,
Et in Deo iucundari,
Qui solus vere sufficit.
14. Deus, aeterna puritas,
Una et trina suavitas,
Sit tibi iubilatio
Purae mentis affectio.

Ad Tertiam.

1. Gaude, nostra Hierusalem,
Per quam pacem principalem
In aeternum habebimus,
Quando Christum videbimus,
Quem amare est pietas,
Quem videre satietas.
2. Gaude, porta iustitiae,
Via supernae patriae,
Cuius sequi vestigia
Est veritas et gloria.
3. Gaude, quae dilecto tuo
Amore individuo
Coniuncta aeternaliter
Gaudes ineffabiliter.
4. Gaude, ficus suavifera,
Dei plantata dextera,
Finis amaritudinis,
Principium dulcedinis.
5. Gaude, virgo de Nazareth,
In te vere nihil ariet,
Tu tota innocentia,
Flos et magnificentia,
Libertas, incorruptio,
Ubertas et electio,
Honestas, elegantia,
Potestas, excellentia,
Maiestas, dominatio,
Venustas, admiratio;

- Da, ut mente Nazareni,
A vitiis alieni,
Proferamus sine spina
Multa virtutum germina.
6. Gaude, caelestis viola,
Flos dignus Deo incola,
In qua Deus et amore
Totus mansit et corpore;
Beata tua viscera,
Venter, dorsum et latera,
Pectus, guttur, lac, ubera,
Os, oculi et labia,
Caput, collum, frons et aures,
Lingua, dentes, genae, nares,
Lacerti, manus, humeri,
Crura, pedes et digiti,
Quinque sensus corporei,
Crines, vestes et calcei,
Cogitatus et opera
Et tua verba omnia.
7. O lux mundi, lucis mater,
Te signavit Deus pater,
Qui nasci de te voluit
Deum, quem de se genuit;
Tam praeclara nativitas
Sit nostrae mentis claritas,
Et nos per te simus dii,
Dei et tui filii.
8. O virgo, flos imperii,
O pulchritudo gaudii,
Gaude, maior imperio,
- Et singulari gaudio.
Gaude, origo gaudii,
Mater aeterni lilii,
Per quam Christus, flos montium,
Flos factus est convallium.
9. O dilecta cum dilecto,
O electa cum electo
O rosa cum lilio,
Tibi candor cum rubore,
Tibi decus cum decore,
Tibi laus cum gaudio.
10. In te sibi complacuit,
In te amor constituit
Locum suae gloriae,
Te elegit, te amavit,
Te prae cunctis consecravit
Oleo laetitiae.
11. Da, ut nos amor vulneret
Et vulnerando superet
Felici victoria,
Amor, qui supereminet,
Sperat, suffert et sustinet,
Credit et vincit omnia.
12. Dulcis vocum symphonia
Cum iubilo mentis pia
Det hymnum et gloriam
Invicto regi gloriae.

Ad Sextam.

1. Gaude, plena veritatis,
Plenitudo bonitatis,
De cuius abundantia
Bonis abundant omnia.
2. Gaude, reorum venia,
Gaude iustorum copia,
Gaude, mater glorifica,
Spiritu balsamitica,
Carne autem cum ossibus
Murra cum aromatibus.
3. Gaude, cuius cor humile
Vulnus amoris nobile
Pertransivit medullitus
Et fecundavit caelitus,
Cuius opus clementia
Et voluntas potentia,
Cuius odor est vitalis
Medicina immortalis,
Da nobis spei gaudia,
Da amoris suspiria.

4. Gaude, virgo, quae oleum
Per uterum eburneum,
Austro perflata dulciter,
Nobis fudisti largiter.
Unge cor nostrum oleo,
Quod per te partu aureo
Sua se nobis gratia
Plena effudit copia.
5. Paradisus voluptatis,
Aquis vivis irriguus,
Fons totius pietatis,
Lacte et melle profluus,
Puro lacte, pio melle
Nostra infundens vascula,
Fac nos pios sine felle,
Puros sine macula.
6. Gaude, manna virginale,
Manna novum et regale,
Quod nulli sapit hominum,
Nisi palato virginum.
7. Gaude, felix, et iubila,
Cum melle fruens simila,
Cum lacte bibens balsamum
Intra amoris thalamum;
Quae tua pascis specie
Dilectum in meridie,
De cuius mensa regia
Vivit omnis ecclesia,
Da nobis Deum sapere,
Eius amore vivere.
8. Gaude, per quem panis caeli
Novo datur Israeli,
Quem nulli licet edere,
Qui necdum scit diligere;
Tu vallis et frumentalis,
Quae frumenti aeternalis
- Protulisti nobis granum,
Cuius esu cor fit sanum,
Fit pinguior, fit fortior
Noster homo interior.
9. Talis frumenti adipe
Nos saginari praecipe,
Ne cor nostrum arefiat
Et in via deficiat,
Da veritatis epulum,
Sinceritatis poculum,
Ut cum sinceris animis
Epulemur in azimis.
10. O insignis sponsa Dei,
Alma mater almae spei,
Lignum vitae almifluum,
Fructum ferens praecipuum,
Ostende nobis sobrias
Sponsi sponsaeque nuptias,
In illa dulci patria
Fructu vitae nos satia.
11. Gaude, virgo aetherea,
Vivam nucem parturiens,
Urna decens et aurea,
Verum manna suscipiens;
Huius panis angelici
Nos repleas pinguedine,
Ut tam pii viatici
Oblectemur dulcedine.
12. In te dulce convivium,
In te omnes deliciae,
In te electuarium
Et sapor omnis gratiae.
13. Deus pater, Deus fili,
Deus amborum caritas,
Tibi soli laudabili
Sit laus, honor et claritas.

Ad Nonam.

1. Gaude, columna gemmea,
Cuius basis est aurea,
Columna mundum sustinens
Et super caelos eminens.
2. Gaude, nardus humillima,
Humilitate maxima,
Tota virgo humilitas
Et humilis virginitas.

3. Gaude, pascha fidelium,
Laudatio laudantium,
Per quam nobis ad gaudia
Fit transitus paschalia,
Ubi semper gaudebimus,
Christum et te videbimus.
4. Gaude, cedrus exaltata,
In amore radicata,
Gaude, oliva viridis,
Ramis iucunda floridis;
Hortus clausus et amoenus,
Omni flore semper plenus,
Quem totum singulariter
Auster perflavit dulciter.
5. Gaude, quae septem sidera
In tua habes dextera,
Maria re et nomine,
Quae omni luces lumine.
6. Beati, qui te diligunt,
Qui te amore eligunt
 Affectu plenario,
 Te diligentes dilige,
 Te eligentes elige
 In caeli palatio.
7. Gaude, cuius nativitas
Vernalis est amoenitas,
Per quam hiems pertransiit,
Aestivum tempus rediit,
Cuius natura bonitas,
Cuius statura sanctitas,
Cuius forma dilectio,
Excisa Dei digito,
Nostrae decenter animae
Formam amoris imprime.
8. Gaude, templum marmoreum
Et civitas solstitii,
Castellum solis vitreum,
Solis occasus nescii;
Fac nos templum castitatis,
In quo sit Dei solium,
Fac castellum puritatis,
In quo fiat solstitium.
9. Gaude, mundi reparatrix,
Creaturae recreatrix,
Quod sine te fecit Deus,
Tecum refecit dignius,
Et quod per se disposuit,
Per te complere voluit,
Ut merito quodam iure
Nomineris creaturae
Finis atque initium
Cum filio per filium.
Ope tui et favore
Sit in nobis iugi more
Humilitas plenaria,
Quae omnis est iustitia.
10. Gaude, cuius melodia
Laus nimis amatoria,
Vox est arcani moduli,
Vox osculorum osculi,
Dat auri lene sibilum,
Dat iubilorum iubilum.
Qui habet aures audiat,
Aure amoris capiat,
Qui enim non amaverit,
Nunquam audire poterit.
11. O dilectrix dilectoris,
O genitrix genitoris,
Da nobis pura labia,
Cor mundum, recta studia,
Ut tuam tuo munere
Laudem possimus canere.
12. Gaude, mater cuius vita
Liber vitae, lex ignita,
In qua nihil superfluum,
Nihil amore vacuum,
In corde nostro domina,
Legem amoris ordina.
13. O speculum munditiae,
Mundis infulgens cordibus,
Vas summae excellentiae,
Gemmis ornatum omnibus,
Vivo imbre vivae nivis
Serena nobis oculum,
Ut mundati aquis vivis
Sponsi sumamus poculum.
14. Deo soli iustitiae
Sit iucunda laudatio,
Sit canticum laetitiae,
Sit gratiarum actio.

Ad Vesperas.

1. Gaude, matrona caelica,
Exultando magnifica
Deum tuum salutare,
Qui te fecit singularem.
Tu ancillam Iesu Christi
Te vocare voluisti,
Sed, ut docet lex divina,
Ipsius tu es domina,
Nam ius habet et ratio,
Matrem praeesse filio.
Ergo ora suppliciter
Et praecipe sublimiter,
Ut nos in mundi vespera
Ducat ad regna supera.
2. Gaude, quae Dei filium
Tuum per carnem proprium
Ventris portasti thalamo,
Lactis potasti balsamo.
3. Gaude, quae verum amicum,
Fontem amoris unicum,
Frequentasti amplexibus
Amorem redolentibus.
4. Gaude, quae pio filio
In virginali gremio
Dulcem infigans oculum
Suave dedisti osculum.
5. Gaude, quae mundis manibus,
Plenis rosarum floribus,
Sceptro et pomo aureo
Parvo lusisti filio.
6. Gaude, quae voce praeclara
Tamquam caelesti cithara
Novo epithalamio
Praecinuisti filio.
7. Gaude, quae sponsa concinis
Cantum, cuius non est finis,
Tuum epithalamium
Tibi soli sit proprium.
8. Sacram vocem tuae laudis
Sola promis, sola audis,
Et dilectus tuus tecum,
Qui te gaudet esse secum
Amoris privilegio
Sicut matrem cum filio.
9. Bona mater, bone fili,
Vestrae laudi amabili
Totus mundus oboediat
Et cum amore serviat.
10. Gaude, quae sola libere
Debes et potes dicere:
Ego, ego sum regina,
Praeter me non est domina.
Ego dilecto proprio,
Cuius ad me conversio;
Ego illi, mihi ille,
Unus uni inter mille,
Beatis sum beator,
Nobilibus nobilior.
Tuae beatitudinis,
Mater Dei et hominis,
Tuo nobis auxilio
Vel parva detur portio.
11. Gaude, quae in hymno tuo
Plus quam satis mellifluo
Laudans in te mente pia
Magna Dei magnalia
In Domino te laudasti,
Te laudandam prophetasti,
Dum beatam ab omnibus
Te dicendam fidelibus
Veraciter praevidisti,
Humiliter praedixisti.
12. Ergo iuxta verbum tuum
Beatam in perpetuum
Te omnis generatio
Dicat cum desiderio:

Ad Magnificat.

1. Gaude, precor, gaude, quia non est par tibi laude
Solaque post Christum miseris semper misereris.
2. Gaude, dilecta, [Deum] quae dilectam genuisti,
Caelitus adflata caeleste melos cecinisti.

3. Laus tua Magnificat humili praecellit amore,
Nullus eam dicat, qui non sit purus in ore.
4. Laus decantanda mentis iubilante medulla,
Semper laudanda, cui laus non sufficit ulla.
5. Lingua novi cordis, nullius conscia sordis,
Debet eam canere, pro voto semper habere.
6. Qui cor habet sursum nec quavis parte deorsum,
Scit decantare, quia scit speculando vacare.
7. Huic soli posse datur hanc laudem modulari,
Cui datur et nosse, quam dulce sit speculari.
8. Qui te diligere, tibi vult ex corde placere,
Magnificat memoret, amet, admiretur, honoret.
9. O virgo celebris, mater clarissima Christi,
Quae mundi tenebris lucem de luce dedisti,
10. Vive, decorare, flore, fulge, vale, cane, plaude,
Vince, coronare, regna, rege, praeci-pe, gaude.
11. Ride, laetare, praecelle, vale, dominare,
Sit tibi reginae caeli sedes sine fine.
12. Lux maiestatis, totius honor bonitatis,
Summae potestatis, flos summae nobilitatis,
13. Nunc mihi forma tui splendorque tuae speciei
Sit prius esuries, postea sit saties.
14. Speque supernorum homo sim desideriorum,
Ut, quod amo, videam, perpetuo teneam.

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Gaude, virgo perpetua,
Nostrae quietis ianua,
Te angeli glorificent
Et omnes sancti praedicent. | 4. Gaude, sponsa, quae floribus
Digne fulciris omnibus,
Per quam florent omnia,
Quae innixa sponso Deo
Cantas: amore languet;
Una super milia,
Fulci cor nostrum floribus
Suavitatem spirantibus,
Ut dilecto redolant
Et ad quietem placeant. |
| 2. Te humiles, te virgines,
Te laudent omnes homines,
Te benedicant aethera,
Te sol, luna et sidera. | |
| 3. Te aer, tellus, maria,
Fontes, nix, ros et pluvia,
Te piscis, aves, pecora,
Te dies, aetas, tempora,
Te herbae, rosae, lilia,
Te omnis flos et germina. | 5. O Salomonis ferculum,
Amor, amplexus, osculum,
Lectus vallatus liliis
Lampadibusque aureis, |

- Da nobis lectum nobilem,
Id est amorem humilem,
In quo dilecti suavibus
Astringamur amplexibus.
6. Pax nostra indeficiens
Et custos nunquam dormiens,
Quae habes septem oculos,
Quibus custodis parvulos,
Nos in virtute modica
Custodi et pacifica,
Quae nos Deo humiliet,
Humiliando societ.
7. Gaude, virtutum omnium
Suave reclinatorium,
Gaude, quae dulci sopore
Requiescis in amore.
8. Gaude quae, supercilia
Habes semper stillantia,
Cuius resplendent palpebrae,
Quas nullae claudunt tenebrae;
Fac nos in hoc exsilio
In castitatis gremio
Humiliter quiescere,
Somnum amoris capere.
9. Gaude, puella regia,
Pudoris primiceria,
Tu in die vigilasti,
Quia noctem ignorasti.
10. Tu in prima vigilia,
Id est tua infantia,
Vigilare didicisti,
Ut discamus vigilare,
Christum et te exspectare,
Vigilando docuisti.
11. O beata virgo, veni,
Vigilantes nos inveni,
Vel secunda vel tertia
Saltem noctis vigilia.
12. Gaude, quae nocti hominum
Lumen dedisti luminum,
Fac nos novo sidere
In hac nocte diescere;
Sit thorax noster castitas,
Sit requies humilitas,
Ut tua sub custodia
Dormiamus in gratia.
13. Mentem da paciabilem,
Da somnum Deo vigilem,
Sit nobis dulce somnium
Memoria caelestium,
Ut sponsum puro oculo
Videamus in speculo.

Conclusio.

1. O caeli viola, solio dignissima sola,
Te decet imperium, sola, tenere solum.
2. O laus iustorum, maiestas summa polorum,
Sit tibi laus soli, palma, corona poli.
3. O pater, o Domine, sine principio, sine fine,
Tu es rex regum, qui das moderamina legum
Iure tuae legis cuncta creata regis.
4. Sola tui socia sit honoris virgo Maria,
Et tecum sedeat, iudicet et iubeat.
5. Si non formavit, tamen omne, quod est, reparavit,
Et sic cuncta suo subdidit imperio.
6. Ergo, sancte pater, sit semper regia mater
Tecum regina, cum Domino domina.

Cod. Pragen. VI G 16 c. saec. 14. A. — Cod. Raigraden. ^{D/K} I 8 3. saec. 15. B. — Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eecl. 375. C. — Orat. ms. Carthus. Erfordien. saec. 15. (Privatbesitz.) D.

Ad Mat. 1, 1 Salve C. — 1, 5 Dei in mundo A. — 1, 6 Ut inter D. — 2, 1 Salve C. — 2, 3 sqq. in C:

Flos amoris, flos honoris,
Flos superni gaudii,
Flos aeterni palatii.

3, 3 O aurora nos irrorat B. — 3, 5 Ut mens nostra AB. — 4, 1 Gaude virgo decus D. — 4, 5 et amore B. — 4, 6 et honore B. — 4, 7 Omni digna B. — 4, 8 Et omni AB. — Str. 4 fehlt C. — 5, 1—4 fehlen C. — 5, 2 Laudesque tuas promere D. — 5, 4 potest B. — 5, 8 Sit nobis semper A. — Str. 6 fehlt C. — 6, 6 te signat B. — 6, 7 Terna te D, Tertia te B. — 6, 9 Agnam te quinta B. — 8, 1 Vale C. — 8, 4 Novitatumque C. — 8, 5 mens desiderium est desideriorum D. — 8, 6 Est C. — 9, 1 Vale C. — 9, 3 Est singulare A. — 9, 4 Miraculorumque A; Signaculorum speculum B. — 10, 1 Vale C. — 10, 2 mala punica D; In aure resonantia B. — 10, 3 Et fehlt A. — 11, 1 Vale C. — 11, 3 chorus ecclesiae B. — 12, 1 Vale C. — 12, 8 Accedat nostra A; Vestra accendatur D. — 13, 5 O pia B. — 13, 7 Nos fehlt D. — 14, 1 O filii filia A, tui filia C, O filii tui nata D. — 14, 2 Tu fehlt B, Amore tui semper C. — 14, 3 sq. umgestellt C. — 14, 3 Tu dilectum C, Dilectum tu B. — 14, 4 Cum orandi B. — 15, 5 insistendum D. — 15, 6 Tuis benignis D. — 16, 1 amor nos reficiat C. — 16, 7 Et nostra D. — 16, 9 cum tripudio B. — 16, 12 Sit suprema B. — 17, 2 nostra iucunditas A. — 17, 3 Gaude, ros gratiae A; Gaude, rosa gratiae B. Nach dieser Zeile schaltet A ein:

Gaude, mater misericordiae,
Gaude, solamen nostrae miseriae.

17, 4 Gaude, flos gloriae A; Gaude, flos laetitiae B. — 17, 6 Omni formi praefulgida D. — 17, 7 Ut sol fulgens A; fulges B; sedes in solio C. — 17, 8 Sedens AD; Fulges C; Gaudens in tuo filio B; — 18, 2 Praecinxit zona C. — 18, 3 Nequaquam ab D. — 18, 7 dextrocelio C; Dextrochirio aureo D. — 19, 3 Dextra Dei potentiae B. — 19, 6 laetitiae C. — 20, 4 Tibi vera sit C. — 20, 4 sqq. lauten in B:

Tibi soli sit sanctitas,
Primatus caeli curiae,
Tibi soli sit dignitas,
Laus honorificentiae.

21, 2 Et da AC, Da nostroque B; nach dieser Zeile schiebt D ein: O regina gloriae. — 21, 4 Da ex B; ex fehlt C. — 21, 5 Tibi, nobis et proximo B. — 21, 6 Tota mente succumbere B. — 22, 3 In caritate B. — 23, 1 quae fehlt BD. — 23, 1 Vale C. — 23, 2 sq. umgestellt D. — 23, 2 es fehlt B, Gaude columba columbarum D. — 23, 4 Cuius volatus caritas D. — 24, 4 fehlt D. — 26, 2 pupillorum B. — 26, 1 Salve C. — 27, 1 Salve C. — 27, 2 Dulcis spes et B; vita victoria A. — 27, 5 Da nobis in terra B. — 28, 1 Gaude sublimis D. — 28, 5 nostrum ad D; ad nostri A. — 28, 6 tui uteri filium A. — 29, 1 balsamus es D; balsamus nardiosa B. — 29, 2 Dans spiramen D; salutis B. — 29, 3 es fehlt B. — 29, 4 Vinum ferens virtutis B. — 29, 5 nectare B. — 29, 8 Unguentoque B. —

Ad Laudes. 1, 1 Vale C; regia B. — 1, 2 prolis B. — 1, 3 quem D. — 1, 4 cum sol de sole B; Et sol de stella splenduit C. — 2, 1 Vale C. — 2, 2 congaudent D. — 3, 6 confirmatio B. — 4, 1 Vale C; lux nostrae BD. — 4, 2 Perduc stellam C; Et stella sanctae spei B. — 4, 3 Duc ad BC. — 4, 5 Duc BC, in speciem C. — 5, 2 nach dieser Zeile schiebt B ein:

Quae luces super omnia
Ut stella matutina.

5, 8 splendeat B; Splendescat tuo C. — 6, 1 O virtutum B. — 6, 3 melus D. — 6, 5 nos melos D. — 6, 6 nos lumen D. — 6, 7 tua dulcis D. — 7, 1 sqq. lauten in D:

Gaude, sponsa, quae amoris
Nexu tui conditoris
Diligeris prae omnibus.

7, 4 amoris D. — 7, 5 Rependis, te amantem amas unice A; Amantem amas vice B; Adamantem nos unice C. — 8, 1 Gaude sponsa, quae amasti D. — 8, 4 Te plus iustum D. — 8, 5 Et dignum te plus B; Te dignum semper D. — 9, 1 Virgo gaude C; Gaude laeta plus D. — 9, 2 Et dilecti tui A, Dilecti tui D. — 9, 3 gloria D. — 9, 5 fehlt C. — 10, 4 Offeramus B; in C folgt hier noch:

Laetifica nos, gaudii
Mater, in gaudio
Et fac filios gaudii
In tuo filio.

Ad Primam. 1, 4 refluoruit B. — 3, 2 utero B; Decus sacrati uteri C. — 4, 2 Gaude fehlt D. — 5, 1 mater ecclesiae C. — 5, 4 mane laetum D. — 5, 8 Fruamur et laetitiae B. — 7, 1 Vale C; Gaude forma sacri Dei B. — 7, 3 Vale C; Per quam mundus totus B; Per quam mundus gaudens D. — 7, 4 veram pacem A. — 8, 1 Hier schiebt B ein: Lucens sine fallacia. — 8, 4 Lucens nobis per saecula B. — 9, 3 A mane sine B. — 10, 2 Hier schiebt D ein: Da rectam prudentiam. — 10, 5 Da spem et modestiam B; munditiam C. — 10, 6 hier fügt D an: Da nati tui gratiam. — 11, 3 septuplum C. — 11, 4—8 fehlen C. — 11, 5 Iube ut nos virtus virtutum A; Iube nos humilitatis B. — 11, 6 Humilitas impleat A; Vis virtutum B. — 11, 7 Per quam sanctae caritatis B. — 11, 8 Ardens lux refulgeat B. — 12, 1—4 fehlen C. — 12, 5 Da suavis aure sibilo C. — 12, 6 Perfliar mentis C. — 12, 7 quam D. — 13, 1 O fehlt B. — 13, 2 reviviscant D. — 13, 3 Est ac aestatis B. — 13, 4 renovantur B. — 13, 5 nos semper renovari C. — 14, 2 trinaque B.

Ad Tertiam. 1, 1 Salve C. — 1, 3 videbimus C. — 1, 4 Christum et te AD. — 1, 5 Quam A. — 1, 6 Quam A. — 2, 1 Vale C. — 2, 4 et gratia AB. — 3, 1 Vale C; Gaude virgo, quae B. — 3, 3 Es iuncta B. — 3, 4 Gaude C. — 4, 1 Salve C; fructifera C. — 5, 1 Gaude virgo gloriosa in D. — 5, 2 sq. umgestellt C. — 5, 2 In qua vere nihil caret A, vere nullus caret C; Quae delictum Adae caret B. — 5, 3 sq. fehlen B. — 5, 11 Da ut amore B. — 5, 12 Pacti (1: peccati) simus alieni B. — 5, 13 Perfruamur A, Ut proferamus B. — 5, 14 Magna B. — 6, 2 Deo dignus B. — 6, 5 Gaude beata viscera C. — 5, 8 fehlt B. — 5, 9 et fehlt A. — 5, 10 Genae, dentes, lingua C. — 5, 14 et color A. — 5, 15 atque verba B. — 5, 16 Et verba tua C; Et omnia tua opera B. — 7, 1 virgo mater D. — 7, 2 Quam B. — 7, 3 de te nasci D. — 7, 4 Dominum, quem Deus de se A; Deum verum, quem de se D. — 7, 7 simus per te C. — 7, 8 fehlt D. — 8, 1 Gaude, virgo AD; Gaude nos nunc flos C. — 8, 2 Gaude pulchritudo AD. — 8, 3 sq. fehlen C. — 8, 5 Et singularis gaudii C. — 8, 6 aeterni filii A. — 8, 7 Christus, mons montium BC. — 9, 2 fehlt D. — 9, 3 nach dieser Zeile schiebt B ein: O mater cum filio. — 9, 4 cum decore B. — 9, 5 sq. umgestellt A. — 9, 5 Tibi decor cum rubore B; cum honore C. — 9, 6 cum gloria et gaudio D; B fügt noch bei: Et honor cum tripudio. — 10, 2 Amor in te B; instituit C. — 11, 1 Da, quod B; amor Dei A. — 11, 2 Et fehlt A; sanet B. — 11, 3 sq. fehlen C. — 11, 5 Superat, suffert, sustinet A; Suffert, sperat et B. — 11, 6 et fehlt C. — 12, 1 Dulcem vocem A, Dulcis vox B, Dulci vocem CD, symphoniae AB. — 12, 3 Det hymnus et gloria A; Hymnoque detur hodie B; Sit hymnus, laus et gloria C. —

Ad Sextam. 1, 1 Vale C. — 2, 1 Vale C. — 2, 1 sq. fehlen ABC;
2, 3 sqq. stehen nach Str. 3. B. — 2, 3 Gaude, quam glorificat B. —
2, 4 Spiritus balsamitat B. — 2, 5 Carnem suam cum B. — 3, 1 Vale C;
cor fehlt C; cor cuius B. — 3, 4 caelitus C. — 3, 5 hier schiebt D ein:
Gaude, benignissima. — 3, 5 sqq. fehlen C. — 4, 1 Vale C, mater quae
balsamum B. — 4, 3 perflante B. — 4, 5 O rige cor D. — 4, 6 partum A,
virgineo B. — 4, 7 nobis fehlt D. — 4, 8 Effudit plena B. — 5, 5 et pio
A; pios C; dulci melle B. — 5, 6 Nostris infunde vasculis B. — 5, 7 nos
fehlt D; sine felle pios A. — 5, 7 sq. fehlen B. — 5, 8 Fac castos sine C. —
6, 1 Vale C. — 7, 1 Vale C. — 7, 2 cum fehlt A. — 7, 5 sq. specie dilec-
tum pascis A. — 7, 8 Invitatur ecclesia D. — 8, 1 Vale C. — 8, 2 Vero
datur CD. — 8, 4 scit Deum diligere A; Nisi dum scit B. — 8, 5 sqq.
lauten in B:

Tu robur firmamenti,
Tu vallis es frumenti,
In qua crevit nobis granum.

8, 8 fit cor D. — 8, 9 fit fortior fehlt D. — 9, 1 Frumenti talis B. —
9, 5 Da virtutis A. — 9, 7 cum fehlt C. — 10, 1–4 fehlen C. — 10, 4 Tu
fer nos praecipuum B. — 10, 5 sobrias fehlt D. — 10, 6 Sponsae et sponsi
D. — 10, 7 dilecti patria D. — 11, 2 Nucem vivam B. — 11, 4 Manna
verum B. — 11, 6 reple B. — 11, 8 Delectemur BD, pinguedine B. — 13, 1
filius B.

Ad Nonam. 1, 1 Salve C. — 2, 1 Salve C. — 2, 2 Virgo tota B. —
3, 1 Salve C. — Str. 3 steht hinter Str. 5 B. — 3, 4 sq. fehlen C. —
3, 5 Quando Christum etc. AD. — 5, 6 hier fügt D noch bei:

Quem amare est pietas,
Quem videre satietas.

4, 1 Salve C. — 4, 5 sqq. stehen vor Str. 6. B. — 5, 1 Salve C. — 5, 2 Habes
in tua B; In tua tenes C. — 5, 3 Maria quoque nomine B. — 5, 4 lucas
omni B. — 6, 3 Affectuque C. — 7, 1 Salve C. — 7, 3 Per hanc C; tran-
siit D. — 7, 7 forma deifica C. — 7, 8 Virtus quoque mirifica C; hierauf
schiebt C ein: O virgo, mater gratiae. — 8, 4 occasum BC. — 9, 1 mundi
fehlt C. — 9, 2 fehlt D. — 9, 3 Quo sine A; fecit Dominus D. — 9, 4
Hoc tecum fecit Deus B. — 9, 6 Ut voceris quodam iure C. — 9, 7 Nomi-
naris A; Finis omnis creaturae C. — 9, 11 Et ope tui favore A. — 10, 1
fehlt C. — 10, 2 Exstat laus B. — 10, 3 Vox et C. — 10, 5 aure leni A,
aure lene D, aure lenis C. — 11, 1 dilectorum C. — 11, 2 genitorum C. —
12, 1 Vale C. — 12, 6 Hier fügt B bei:

Quae meis in pectoribus
Sit omnibus temporibus.

13, 2 fulgens in B. — 13, 4 Hier fügt B hinzu:

Opus magnae clementiae,
Adesto nobis comminus.

13, 5 Imbre vivo B; imbre fecundata vive nimis A; albae nivis B. — 13, 6
Serena cordis oculum B. — 13, 7 aquis mundati B. — 14, 2 Sit iucundatio
A; Iucunda sit B. —

Ad Vesperas. 1, 1 Vale C. — 1, 5 ancilla A; in ancilla B. — 1, 6
vocari C. — 1, 7 decet C. — 1, 11 ora fehlt C. — 1, 14 Ad regna ducat
A; Ad vitae ducat prospera B. — 2, 1 Vale C. — 3, 1 Vale C. — 3, 2
Fortem mortis unicum B. — 4, 1 Vale C; quae Dei B. — 4, 3 Dulce dedisti
poculum B. — 4, 4 Et caritatis B. — 5, 1 Vale C; mundis quae A. —
5, 4 adlusisti AC. — Nach dieser Strophe schaltet B ein:

Gaude, quae cum sponso vivis,
Uti sola Phoenix avis,
Sponso carmen concinis
Novum, cuius non est finis.

6, 1 Vale C; diese Str. steht in B hinter Str. 9. — 6, 3 In novo B. — 6, 4 Tuo praecinuisti A. — 7, 3 sq. lauten in B:

Pulchrum epithalamium,
Tibi soli proprium.

8, 2 pronis et exaudis B; hierauf schiebt B noch ein:

Voces invocantium,
Te digne laudantium.

9, 2 Laudi vestrae C. — 10, 1 Salve C. — 10, 2 Potes et debes C. — 10, 5 Ego dilecto proporo B; Ego cum dilecto filio A. — 10, 8 intus B. — 10, 12 Naturae et Dei hominis B; Dei mater et C. — 10, 14 Detur beata portio B. — 11, 2 Dulci et mellifluo A; Multum quam mellifluo B; Vere plus quam C. — 11, 3 pia mente A. — 11, 10 Et humiliter D. — 12, 1 Virgo iuxta C. — 12, 4 Hier schiebt D noch ein: Quae iustis gloriam Reisque donas veniam; dann folgt in D das Magnificat.

Ad Magnificat. 1, 1 sq. fehlen AB. — 2, 1 Deum fehlt ABD. — 3, 1 honore BC. — 4, 1 mente D. — 4, 2 cum laus A, cuius laus D. — 5, 1 Ergo novi D. — 5, 2 Detur eam D; in voce semper B. — 6, 1 Qui habet cor A. — 6, 2 qui seit D. — 7, 1 Huic nosse datur hanc laudem sic modulari B. — 7, 2 Cui dulce datur hic solum haec speculari B; quam dulce sit haec speculari A. — 8, 1 vult tibi A. — 8, 2 Magnificet A; amet, memoretur, miretur B. — 10, 2 coronare, rege, duce, praecipecte D. — 11, 2 reginae sedes regni sine A. — 12, 2 Summae bonitatis, flos intimae B. — 13, 1 forma tua A. — 14, 1 supernorum ut sim vir desideriorum A. — 14, 2 Et quod A; amor cupiat perpetuo D. Die letzten zwei Zeilen lauten in B:

Virgo, flos florum, due nos ad regna polorum,
Ut, quam diligimus, te perpetuo videamus.

Ad Complet. 1, 3 glorificant C. — 1, 4 praedicant C. — 3, 1 et maria C. — 3, 6 flos et omnia AD. — 4, 3 fehlt D; nach 4, 3 schiebt B noch ein: In terra arentia. — 4, 4 enixa D; Tu iunixa C. — 5, 4 Et lampadibus C; variis B. — 5, 4—8 fehlen B. — 6, 5 Nos virtute deifica B, magnifica C. — 6, 6 sq. lauten in C:

Ut ducas nos ad patriam
Per humilitatis viam.

7, 1 Vale C. — 7, 3 sq. stehen hinter 8, 4 ABC. — 8, 2 semper splendida D. — 9, 3 In die tu B. — 10, 4 sq. fehlen D. — 11, 3 In secunda vel tertia C. — 11, 4 Saltem quarta vigilia B. — Nach Str. 11 schiebt D ein:

Exaudi nos, piarum piissima,
Spes peccatorum, virgo Maria.

12, 1 nocte B. — 12, 1—13, 3 fehlen C. — 12, 4 In noctibus B. — 12, 5 thronus D. — 13, 1 da paciabilem A; Da menti precem habilem B; Mentem da placabilem D. — 13, 2 nobis vigilem B. —

Conclusio fehlt C. — 5, 1 sq. fehlen B. — Nach 6, 2 fügt D noch bei:

Nosque post (huius) vitae terminum
Ad verum trahat gaudium.

Dieser ganze Cursus steht in sehr abweichender Form nach einer Mainzer Handschrift bei Mone II, 180 ff. Er findet sich auch in der Londoner Handschrift Arundel 374. saec. 13/14, in einem Orat. ms. S. Wiperti saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 75, teilweise als hymnus in Nativitae BMV. in Orat. ms. Carthusian. saec. 15. Cod. Capit. Treviren. 116.

59. De Omnibus Sanctis.

Ad Matutinum.

1. Sancta Dei genitrix,
flos virginitatis,
Fons misericordiae,
mater pietatis,
Supra sanctos residens
regno claritatis,
Pro nobis cum ceteris
exora beatis.

Ad Primam.

2. Angelorum ordines,
Deum qui laudare
Non cessatis iugiter
atque adorare,
Sanctus, sanctus canere,
nostros gubernare
Actus hic inferius
nolite cessare.

Ad Tertiam.

3. Patriarchae mystico
ritu immolantes,
Vita, corde, cantico
Deum honorantes,
Prophetæ prophetico
spiritu affantes,
Apostoli publico
sono praedicantes.

Ad Sextam.

4. Evangelistae Dei
facta cognoscentes,
Verbis evangelicis
eadem scribentes,
Sanctique discipuli
Christum consequentes,
Ab Herode mortui
sancti innocentes.

Ad Nonam.

5. Per palmam martyrii
Deo dedicati,
Martyres egregii,
cruore mundati,
Et confessionibus
Deo coniugati
Confessores, monachi,
eremitaie grati.

Ad Vesperas.

6. Sanctissimae virgines
atque coniugatae,
Viduae et martyres
Deo dedicatae,
Omnes sancti sanctacque,
Pro nobis orate,
Deum vestris precibus
nobisque placate.

Ad Completorium.

7. Ut per vos sit gratia
sua nobis data,
Deleantur vitia,
mundentur peccata,
Vitentur pericula,
omnia sint grata,
Nobis detur gratia
in sede beata.

Conclusio.

8. Has horas sic recolo
cum devotione,
Vobis, sancti sanctacque,
pia ratione,
Pro me ut assidua
intercessione
Rogetis abs aliqua
intermissione.

Orat. ms. S. Felicis Gerunden. s. n. ^{14/15}. A. — Orat. ms. Capit. Tole-
tani 34—71. saec. 15. B. — Orat. ms. Iuliani Regin saec. 15. Cod. Parisin.
757. C. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Vatican. 3768. D. — Orat. ms. saec.
^{15/16}. Cod. Bruxellen. 10389. E. —

1, 2 mater pietatis A. — 1, 4 rivus pietatis A. — 1, 5 Lilium mun-
ditiae A. — 1, 6 rosa puritatis A. — 1, 7 Nardus indulgentiae A. — 1, 8
Rubens pietatis A. — 2, 2 Deum collaudare A. — 2, 3 Sive benedicere A. —

2, 5 Spiritus sanctus canere A. — 2, 6 nosque gubernare A. — 2, 7 Voluntate propria A. — 3, 6 spiritu prophetantes B. — 4, 1 Domini C. — 4, 4 ea describentes A. — 4, 6 insequentes A. — 4, 8 sunt et innocentes C. — 5, 1 sq. und 5, 3 sq. umgestellt A. — 5, 2 Deo decorati A. — 5, 5 sq. und 5, 6 sq umgestellt laufen in A:

Pontifices, monachi, eremitae grati,
Confitentes Dominum quique coniugati.

6, 2 Deo coniugatae C. — 6, 4 Deo consecratae A, Domino dedicatae C. — 6, 8 erga nos placate AB. — 7, 1 Ut ipsis gratia A. — 7, 2 nobis sit collata A. — 8, 5 Ut pro me assidua A. — 8, 7 Christum cuncti rogate A. — 8, 8 pro remissione A.

60. De Omnibus Sanctis.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Cives supernae curiae,
Amicti stolis gloriae,
Ab intra pleni lumine,
Ab extra pulchritudine, | 3. Certamus hic in pelago
Huius saeculi luctifluo,
Ad portum nos reducite
Pacis aeternae patriae. |
| 2. Quam mentis in excessibus
Fruimini caelestibus,
Tenentes sceptrata regia,
Securi nunc de gloria! | 4. Ut vivi fontis gratiae
Inebriemur flumine
Et laudes permagnificas
Reddamus Deo debitas. |

Ad Laudes.

- | | |
|--|---|
| 1. O sponsa celeberrima,
Maria divinissima,
Verbigena dignissima
Et virginum tenerrima, | 3. Nunc, o puella florida,
Tua assint praesidia
Et mortis in articulo
Nos recommenda filio, |
| 2. Maiestatis sceptrigera,
Caeli et terrae domina,
Te laudet vox prophetica
Et mansio ierarchica. | 4. Ut sua nos ex gratia,
Quae est perpessus vulnera,
Coniungat in caelestibus
Regni polorum civibus. |

Ad Primam.

- | | |
|---|--|
| 1. Beata plebs angelica,
O phalanx liliatica,
Viventis Dei numina
Et gratiosa lumina, | 3. En, nos hostili acie
Vallati sumus undique,
Sed vos regales satrapae
Assistite iuvamine. |
| 2. Quam mira claritudine
Et statu innocentiae
Praelati estis caeteris
Post virginem in aetheris! | 4. Arcete et disperdite.
Compellite recedere,
Ut mereamur gloriam
Nancisci post victoriam. |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| <p>1. O viri apostolici,
Perfecti et catholici,
In fide illustrissimi
Et signis potentissimi,</p> <p>2. O clari cancellarii
Simulque secretarii,
In regis aula principes
Et saeculi iusti iudices.</p> | <p>3. Rogate nobis veniam
Et septiformem gratiam,
Per vias rectas ducite
Ad statum innocentiae.</p> <p>4. Praesta, beata trinitas,
Essentialis unitas,
Et finem bonum consequi
Et tuis donis perfrui.</p> |
|--|---|

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| <p>1. O martyres sanctissimi,
Virtute invictissimi,
Amore ferventissimi,
Triumpho praeclarissimi.</p> <p>2. Vos angelis spectabiles,
Toti mundo mirabiles,
Ecclesiae proficui
Per luminare fidei.</p> | <p>3. En, sumus hic expositi
Periculis mille saeculi,
Sed vestrum est impendere
Munimen omni tempore,</p> <p>4. Ne carnis, mundi, daemonis
Consentiamus vitiis,
Sed in amoris vinculo
Adhaereamus Domino.</p> |
|---|---|

Ad Nonam.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Regale sacerdotium,
Boni pastores ovium,
O praesules mitissimi
Doctores et egregii,</p> <p>2. Ac vos sacrati monachi
Et confessores ceteri,
Virtutum exemplaria
Et mundi luminaria,</p> | <p>3. Pulsamus vos gemitibus
Et preces nostras fundimus,
Auferte cuncta schismata
Et haeresum velamina,</p> <p>4. Ut vinea ecclesiae
Virescat pulchro germine,
Per quod creator omnium
Laudetur in perpetuum.</p> |
|---|---|

Ad Vesperas.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Omnes prudentes virgines
Atque sollerter vigiles,
O principissae caelicae,
Redimitae mirifice,</p> <p>2. Gemmae micantes undique,
Coronae regis insitae,
Coruscae pulchritudine,
Praecelsae sanctitudine,</p> | <p>3. O rutilantes rosulae
Et Engadinae vineae,
Per florum vos spiramina
Sanate cordis intima,</p> <p>4. Ut expiatis vitiis
Insertisque virtutibus
Una vobiscum Dominum
Laudemus in perpetuum.</p> |
|---|--|

Ad Completorium.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Sol, luna atque sidera,
Mundus, tellus et maria,
Quaeque creata omnia,
Deum laudant per saecula.</p> | <p>2. Qui sanctos de miseria
Transvexit ad aetherea,
Seipsum dans in praemium
Et dulce refrigerium.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|--|
| 3. Per hos sit quies temporum,
Pacis redundet commodum,
Tollantur cuncta noxia,
Succedant vitae gaudia. | 4. Deo, qui unus numine,
Et regnat trinus nomine,
Sit summa reverentia,
Laus, honor, excellentia. |
|--|--|

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20123.

61. De sancta Barbara.

Ad Matutinum.

1. Matutino tempore
Barbara beata
In obscuro carcere
Fuit illustrata,
Et cum caeli lumine
Exstat visitata
Et a rege gloriae
Fuit desponsata.

Ad Primam.

2. Hora prima praesidem
Saevus rex adfatur,
Ut ad primum lapidem
Barbara trahatur,
Si verbo et opere
Christus non negatur,
Natam vult occidere
Rex, quod praeparatur.

Ad Tertiam.

3. Virgo ad praetorium
Hora tertiarum
Ducta, testimonium
Praeses fert amarum
Contra Iesse lilium,
Sponso caeli carum,
Dicens esse omnium
Hanc dignam poenarum.

Ad Sextam.

4. Hora sexta corpore
Virgo est nudata,
Rubra suo sanguine
Nervis flagellata,
Cilicino tegmine
Dire confricata,
A Christo in carcere
Plagis est sanata.

Ad Nonam.

5. Hora nona latera
Furcis perforantur,
Membra sua tenera
Lampade cremantur,
Os et caput in ea
Male malleantur,
Cum obtusa framea
Mammae amputantur.

Ad Vesperas.

6. Haec flagellis caeditur
Vesperarum hora,
Per plateas trahitur
Nuda, sine mora
Stola Dei tegitur,
Sane fit dulcora,
A patre occiditur
Barbara decora.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
A patre decollata
Filia Dioscori
Fuit tumultata
Et per manus angeli
Deo praesentata,
Anima Dioscori
Igne devorata.

Conclusio.

8. Has horas canonicas,
Barbara regina,
Fero tibi debitas,
Ut a repentina
Plaga me custodias
Atque a rapina
Daemonis me protegas
Et caelum propina.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Darmstadien. 1960. A. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Darmstadien. 1969. B. — Offic. B. M. V. imp. per Dulcibellum 1503. C. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanum imp. Parisiis (Kerver) 1519. D. — Horae divae virginis Mariae sec. verum usum Romanum. imp. Parisiis (Kerver) 1502. E. — 1, 5 Cum caelesti lumine BCDE. — 1, 6 Quae est visitata EBC; Quo est visitata D. — 1, 8 Secum desponsata BCE. — 2, 1 prima facere CE. — 2, 2 Praesidi rex fatur CE. — 2, 5 verbo et verbere CE. — 2, 8 perpetratur CDE. — Die ganze zweite Strophe lautet in A:

Hora prima Barbara Christum attestatur,
Quare a genitore dire contrectatur,
Saevo tradens carceri sibi que minatur,
Et tamen a virgine Christus non negatur.

3, 4 Patri fert A. — 3, 5 Dicens Dei filium A. — 3, 6 Sibi fore carum A. — 3, 7 Dignam pater omnium A. — 3, 8 Profert esse poenarum A. — 4, 1 virgo corpore est E. — 4, 3 Rubro DE. — 4, 5 Cilicio BCE. — 5, 2 Ferris A. — 5, 3 sua sanata AB, sua sancta CE. — 5, 5 caput tenera ACE. — 5, 6 Dire A. — 6, 1 flagellis duris BE. — 6, 3 truditur B, ducitur C, caeditur E. — 6, 6 Haec virgo decora A. — 6, 7 Sana fit et corpore A. — 6, 8 Manet clariora A. — 7, 5 Angelorum manibus A. — 7, 7 Dioscori fehlt A. — 7, 8 Per hoc fit damnata A. — 8, 5 sq. fehlen B. — Vgl. Morel Nr. 357.

62. De sancta Barbara.

Ad Matutinum.

1. Veni, creator spiritus,
Barbarae per merita
Mentes nostras divinitus
Illuminando visita.

* * *

2. Sit laus, honor et gloria
Uni trinoque Domino
Pro Barbarae martyrio
Et nunc et sine termino.

Ad Primam.

3. Haec nitet pulchritudine
Ut inter spinas liliū,
Sed magis sanctitudine
Stirpe nata gentiliū.

Ad Tertiam.

4. Regna mundi, divitias
Alma principis filia
Calcat spernendo nuptias
Patrisque sculptilia.

Ad Sextam.

5. Iudicatur carcerari
Barbara lasso corpore,
Quam salvator consolari
Venit nocturno tempore.

Ad Nonam.

6. Virgo retorta denuo
Orat pro se colentibus,
Ut gaudio perpetuo
Fruantur cum viventibus.

Ad Vesperas.

7. Martyr alma decollatur
A patre pleno crimine,
Qui totalis devoratur
Emissio caeli fulmine.

Ad Completorium.

8. O Barbara, tua prece
Nobis confer auxilium,
Ne damnemur iugi nece
Post hoc praesens exsilium.

Orat. ms. saec. 15 Cod. 7977. der k. k. Familien-Fidei-Kommis-Bibliothek in Wien. — Vor jeder Tageszeit wiederholt sich Str. 1, nach jeder Hore Str. 2, woraus hervorgeht, daß in der Matutin die wesentliche mittlere Strophe fehlt.

63. De sancto Benedicto.

Ad Matutinum.

1. Benedictus opifex
hora matutina
Linquens mundi gaudia
quaesivit divina,
Literarum studiis
fultus ex doctrina,
In corde munitus est
Dei disciplina.

Ad Primam.

2. Hora prima femina,
quae nutrit natum,
Quoddam capisterium
per hanc laceratum
Adduxit ad puerum
agens lamentatum,
Statim prece parvuli
fuit reformatum.

Ad Tertiam.

3. Hora terna iuvenis
quaesivit desertum,
Tribus annis remanens
locum tenet artum,
Ab aspectu hominum
se servans opertum,
In Dei servitio
fecit se expertum.

Ad Sextam.

4. Hora sexta factus est
pater monachorum,
Instruens et reprobans
regimen ipsorum,
Dant venenum bibere
pro cura laborum,
Sed ipse tam patiens
coetum liquit horum.

Ad Nonam.

5. Hora nona exiens
montes visitavit
Et claustra duodecim
in ipsis fundavit
Et bis sex in quolibet
monachos locavit
Et Deo quam plurimos
servos praeparavit.

Ad Vesperas.

6. Pater fugat daemones
hora vesperarum,
Coepit aquas ducere
de fonte petrarum,
Falcastrum extrahitur
de fundo aquarum,
Totum mundum cernere
splendore stellarum.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
monachos vocavit,
Convocatis omnibus
eis praedicavit,
Finitis sermonibus
pater exspiravit,
Magna luce lampadum
ad caelos migravit.

Conclusio.

8. Salve, sancta trinitas,
mundi medicina,
Maiestate unitas,
in personis trina,
Te rogo suppliciter,
vera lux divina,
Meam mentem dirigat
tua disciplina.

9. Has horas recipias
tamquam salutamen
Huius ob memoriam,
quem tuum iuvamen
Duxit ad caelestia,
cuius supplicamen
Me tuae clementiae
recommendet. Amen.

10. Tu, qui laudes dixeris
has huius amore,
De quo versus facti sunt
in Dei honore,
Propter Christum Dominum
te deprecor ore,
Dicas Ave Maria
pro compositore.

Collect ms. Lunaelacense saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 4076. A. —
Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunaelacen.) 4117 anni 1518. B. — 3, 3 imma-
nens B. — 4, 3 improbens B. — 4, 7 Ipse tamen patiens B. — Str. 9
und 10. fehlen A.

64. De sancto Francisco.

Ad Matutinum.

1. O Francisce, contemplator
Iesu Christi, adamator
Crucis multiformiter,
Tu vidisti arma lucis,
Audivisti more ducis
Vocem deiformiter:
Tua erunt et tuorum,
Qui hic gerunt vitiorum
Bella rectiformiter;
Pater, armis his me signa,
Ut signatus mente digna
Vivam caeliformiter.

Ad Tertiam.

3. O Francisce, stans in cruce
Te vocavit sua luce
Dilecti cum oraculo:
Vade, homo, et labora
In hac domo sine mora,
Meo habitaculo,
Ne ex toto destruat,ur,
En, ruinam hic minatur
Carens sustentaculo;
Pater, praesta hic [fervorem],
Ne privatus per torporem
Dei sim cenaculo.

Ad Primam.

2. O Francisce, crucifixus
Tuo cordi sic infixus
Erat devotissime,
Sic quod mundum non curasti,
Temet ipsum abnegasti
Sequens hunc citissime,
Memor verbi, quod flevisi,
Quod de cruce recepisti
Oransque saepissime;
Pater, fletu mentem riga
Sicque tecum Christo liga,
Sequar hunc verissime.

Ad Sextam.

4. O Francisce, crux de ore
Tuo fulsit cum splendore
Mundo salutifera,
Quae protensa est in latum,
Quae et solvit mundi statum
Noxa a mortifera;
Crux draconem effugabat,
Ut Silvestri reserabat
Voce sub vocifera;
Pater, a me malum pelle,
In me promptum apta velle
Bona ad fructifera.

Ad Nonam.

5. O Francisce, crucis forma
Te signavit mira norma,
Frater ut pacificus
Videt enses per transversum,
Ob quod eius cor est versum,
Factusque deificus
Facta mala mox elidit,
Fronte suo Taü vidit
Totus vir mirificus;
Pater, signa Taü frontem,
Ut ad Iesum, verum, fontem,
Curram sic magnificus.

Ad Vesperas.

6. O Francisce, crucem cerne,
Quae in monte te Alvernae
Signavit stigmatibus,
Christus signa haec concessit,
Seraph quinque sed impressit
Absque sophismatibus,

Orat. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Londinen. Reg 2 A II. — 7, 12 Lies
Abeam oder Habitem?

Manu, pede fers vexillum,
Latus tuum est sigillum
Regis cum ornatibus;
Pater, Seraph in cor meum
Mitte, ut sic amem Deum
Totis cum conatibus.

Ad Completorium.

7. O Francisce, crucem Christi
Moriturus dilexisti
Summa pro victoria,
Palmis tuis cancellatis
Vale dare caritatis
Natis pro memoria
Voluisti, Iacob more
Benedicens manu, ore
Voce sub notoria;
Pater, fove me Minorem,
Ut per cruc[is] hic amorem
Habeam in gloria.

65. De sancto Francisco.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Crucis arma fulgentia
Nocte Franciscus dormiens
Vidit, dicentem audiens:
Haec tua erunt omnia. | 2. Sit Christo laus et gloria,
Qui cruce nos insigniens,
Patri sancto oboediens
Offert nobis caelestia. |
|--|--|

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 3. Crucis ut ad supplicia
Christum Franciscus positum
Vidit et audit monitum:
Haec sequere vestigia. | 4. Sit crux nostra devotio,
Sit et nostrum solacium,
Ad quam Francisci studium
Ibat et imitatio. |
|---|---|

Ad Primam.

- | | |
|---|---|
| 5. Crucis vox hunc adloquitur
Sibi dicens: te praepara,
Vade, Francise, repara
Domum meam, quae labitur. | 6. Laus illi, per quem regitur
Sacra domus ecclesiae,
Quae sanctorum prudentiae
Reparanda praecipitur. |
|---|---|

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 7. Crucis verbum proponitur
Fratribus per Antonium,
Et Franciscus ad ostium
In modum crucis cernitur. | 8. Sit laus illi, qui creditur
Hoc fecisse miraculum,
Quo Francisci corpusculum
Diversis locis ponitur. |
|--|--|

Ad Sextam.

- | | |
|--|---|
| 9. Crucis arbor eximia
Per os Francisci surgere
Apparens facit fugere
Draconem et daemonia. | 10. Sit Christo laus et gloria,
Qui nos facit devincere
Daemones et contemnere
Mundum et eius vitia. |
|--|---|

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 11. Crucis magnum mysterium
Super Franciscum claruit,
Dum praecinctus apparuit
Cruce duorum ensium. | 12. Sit laus et praeconium,
Qui crucis arma praebuit,
Quibus Franciscum induit
Adversus adversarium. |
|--|---|

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 13. Crucis apparet hostia
Ensis in crucis manibus
Sex alis tecto variis
Cum vultus elegantia. | 14. Qui Francisci cor attrahit,
Augens ei charismata
Suaque donans stigmata
In eius carne protrahit. |
|--|---|

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 15. Crucis signum Tau litera
Fronte Francisci scribitur,
Quae varia distinguitur
Mirandae lucis opera. | 16. Quem et nos Christi gratia,
Dei servos in frontibus
Assignet et in sensibus
Pro perenni custodia. |
|---|--|

Orat. ms. Franciscanum saec. 15. Cod. Darmstadien. 2772. — 1, 3 Vidi. — 3, 1 ad fehlt. — 3, 3 et fehlt. — 5, 2 tu te praepara. — 7, 2 per fehlt. — 7, 3 hostium. — 8, 1 illi fehlt; creditum. — 9, 2 surgens. — 11, 4 Crucis. — 14, 3 fehlen zwei Silben; donans ergänzt. — Nach Str. 14 folgt noch:

Salubris Christi passio
Nostris mersit [l.: insit] memoriis
Impressaque praecordiis
Dat lacrimis [sic] cum gaudiis.

15, 1 thau fehlt. — Nach 15, 4 folgt noch:

Decem dies de venia
Papa Iohannes tribuit.

16, 4 pro fehlt. — Die ersten Strophen aller Horen sind mit einer Ausnahme dem hymnus „Crucis arma fulgentia“ (More III, 304) entlehnt.

66. De sancta Gertrude.

Ad Matutinum.

1. Gertrudis, virgo nobilis
Regali ex progenie,
In lege a cunabulis
Meditans die ac nocte;
Mater eius amabilis
Eam imbuebat pie,
Documenta ut habilis
Commendabat memoriae.

Ad Primam.

2. Puella pulchra facie
A iuvene adamatur,
A quo magnae divitiae
Et honores praesentantur;
Non celebrantur nuptiae,
Prout imaginabatur,
Sed tamquam immunditiae
A virgine contemnuntur.

Ad Tertiam.

3. Super te ignis descendit
Divinus, quando orabas,
Et amore te accendit,
Quo plus Deum diligebas;
Mater te Domino dedit,
Cui corde serviebas,
Deus in te sic se fudit,
Quod bibliam tu sciebas.

Ad Nonam.

5. Praelaturae tu cessisti,
Ut soli Deo vacares,
Altum statum reliquisti,
Ut te plus humiliares,
Wolfetrudem praefecisti,
Ut humilem exaltares,
Sic Christo te conformasti,
Unde sanctior appares.

Ad Sextam.

4. Tu exemplar sanctitatis
Fuisti religiosae,
Nam ut ancilla subditis
Serviebas amorose,
Superbis et non prostratis
Se gerentes vitiose
Dabas stimulum salutis,
Ut agerent virtuose.

Ad Vesperas.

6. Spiritu tu praescivisti
Finem tuum imminere
Et tunc tegi voluisti
Cilicio et cinere,
Sic astantes docuisti
Recessum ab itinere,
Dum spiritum commendasti
Manu Dei continere.

Ad Completorium.

7. Pro te Deus suscitavit
Homines vita privatos,
A carcere liberavit
Taetro dure captivatos,
Ignem a domo fugavit
Post tuum sanctum obitum,
Puellam illuminavit,
Et sic pro te fecit multum.

Orat ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. 7977 der k. k. Familien-Fidei-Kommis-Bibliothek in Wien. — 1, 6 Tam imbuebat. — 7, 3 Et a carcere.

67. De s. Iohanne Baptista.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|--|
| 1. Dum medium silentium
Noctis tenerent omnia,
Suum praemisit radium
Verus sol in ecclesia. | 3. Quanti gradus vel ponderis
Baptistae sit auctoritas,
Commendando prae caeteris
Aperit prima veritas. |
| 2. Hic est sidus praefulgidum,
Lucens nocturno tempore,
Mundumque sanans languidum
Adhuc degens in corpore. | 4. Non est vestitus mollibus
Nec similis arundini,
Sed praecelsis virtutibus
Iure praelatus homini. |

5. Praestet pater cum filio
Una cum sancto spiritu,
Ut Iohannis oratio
Nos servet ab interitu.

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Aurora lucis rutilat
Pulsa noctis caligine,
Dum mens devota iubilat
In praecursoris nomine. | 3. Ille, qui clausus iacuit
Interno matris gremio,
Ut mater Christi sonuit,
Exsultavit cum gaudio. |
| 2. Dum rex ille fortissimus
Matris in alvo positus
Iohanni stetit proximus,
Ipsam replet divinitus. | 4. Sermone blando virginis
Facto replevit filius
Matrem virtute numinis,
Quae prophetat quantocius. |
| 5. Quaesumus, auctor omnium,
Ut Iohannis suffragio
Concedas vitae praemium
In caelesti collegio. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| 1. Iam lucis orto sidere
Baptistae laudis apices
Possimus digne solvere,
Precemur Deum supplices. | 3. Hinc pura cordis intima,
Vitae fulget praeclaritas,
Pro salutari victima
Potus cibique parcitas. |
| 2. Linguam paternam reserat,
Ut nomen eius personet,
Qui prius mutus fuerat,
Ne lucis horror insonet. | 4. Laus, honor, virtus, gloria
Trinitati sit unicae,
Quae per eius suffragia
Nos coronet salvifice. |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. Nunc sancte nobis spiritus,
Unum patri cum filio,
Da, Iohannem medullitus
Pia laudet devotio. | 2. Os, lingua, mens, sensus, vigor,
Concordet vitae sanctitas,
Corporis abscedat rigor,
Flammescat igne caritas. |
| 3. Praesta, beata trinitas,
Una simplex essentia,
Sequi baptistae semitas,
Ut laetemur in patria. | |

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Rector potens, verax Deus,
Qui rerum vices imperas,
Praecursorem laudat reus,
Ut per hunc culpas auferas. | 2. Exstingue flammas litium,
Praebe quietem temporum,
Veram da pacem cordium,
Confer salutem corporum. |
|---|---|

3. Praesta, beata trinitas,
Una simplex essentia,
Sequi baptistae semitas,
Ut laetemur in patria.

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 1. Rerum, Deus, tenax vigor,
In te manens immobilis,
In nihil in me redigor,
Nisi in te sim stabilis. | 2. Largire clarum vespere
Per Iohannis suffragia,
Ut rupto carnis onere
Perennis instet gloria. |
| 3. Praesta, beata trinitas,
Una simplex essentia,
Sequi baptistae semitas,
Ut laetemur in patria. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Vox clara, ecce, intonat
Verum lumen de lumine,
Verbum bonum vox personat
A solis ortus cardine. | 3. E sursum agnus mittitur,
Qui spiritu prophetico
Praesignatus ostenditur.
Ex more doctus mystico. |
| 2. Mens iam resurgat torpida,
Quae sorde exstat sancia,
Stella monstrante fulgida
Beata nobis gaudia. | 4. Secundo ut cum fulseris
Iudex cunctorum, cognitor,
Praecursorem promiseris,
Audi, benigne conditor. |
| 5. Praesta, pater piissime,
Sequi Iohannis opera,
Ut metamus plenissime
Aeterna Christi munera. | |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| 1. Te lucis ante terminum
Precamur mente sedula,
Iesu, corona virginum,
Disrumpe natis vincula. | 2. Procul recedant somnia
Et noctium phantasmata,
Praecursoris memoria
Det nobis sacra dogmata. |
| 3. Praesta, pater, cum filio
Una cum sancto spiritu,
Ut Iohannis oratio
Nos servet ab interitu. | |

Orat. ms. saec. 15. Neerlandicum. Cod. 7977 der k. k. Familien-Fidei-Kommis-Bibliothek in Wien. A. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Bruxellen. 10389. B. — Ad Laud. 2, 3 Iohanni quoque proximus A. — 3, 1 latuit A. — 3, 2 Materno A. — 5, 4 In hoc praesenti collegio A. — Ad Tert. 1, 4 Ut pia A. — Ad Vesp. 3, 4 docti B.

68. De s. Iohanne Evangelista.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|--|
| 1. Inter flores paradisi
Floret candens lilium,
In dulcore Dei visi
Vernans ut convallium. | 4. Ut saphirus beatorum
Inter gemmas emicat,
Fugans virus vitiorum
Cor mundum laetificat. |
| 2. De radice germinatur
Regia pontificum,
Qua felice stirpe datur
Jesus, manna caelicum. | 5. O caelestis flos odoris,
Nitens gemma gloriae,
Intus maestis, laesis foris
Medicina gratiae. |
| 3. Hic est gratus nepos Christi,
Plus dilectus ceteris,
Non gravatus morte tristi
Qui conregnat superis. | 6. Sanctitatis medicamen
Tuis da supplicibus,
Cum beatis consolamen
Praebens in caelestibus. |

Ad Laudes.

- | | |
|---|--|
| 1. Dum solaris eclipsatur
Vera lux iustitiae,
Stellae maris sociatur
Lucifer munditiae, | 4. Sic iocale pretiosum
Fido datur militi,
Virginale generosum
Castrum Dei geniti. |
| 2. Quia crucis in duello
Iohannes cum virgine
Miles ducis ut in bello
Stabat et certamine. | 5. Et condigno commendatur
Virgo mater virgini,
Dum in ligno morti datur,
Vitam praebet homini. |
| 3. Inde solis in eclipsi
Lucifer hic saucius
Loco prolis datur ipsi
Maris stellae filius. | 6. Ergo tecum matre iuncta
Ora, nepos, filium,
Ut det secum sine cuncta
Vitae nobis praemium. |

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| 1. Iam placenti cunctae genti
Lucis orto sidere
Pro salutis et virtutis
Deprecemur munere. | 3. Illibatae, tibi gratae
Carnis da munditiam,
Nostri cordis labes sordis
Pellens dona gratiam. |
| 2. In hac die, Christe pie,
Nos ad bonum suscita
Virginalis et regalis
Iohannis per merita. | 4. Haec dignare nobis dare
Tota simul trinitas,
Tribus bonis in personis
Unaque divinitas. |

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 1. Nunc infunde te iucunde
Nobis, sancte spiritus,
Et afflictis pro delictis
Clemens sis paraclitus. | 2. Intus pure nos adure,
Tu flamma caelestium,
Plenioris ob amoris
Iohannis incendium. |
|---|---|

3. Esto ductor et instructor
In hoc mundi devio,
Ut per piam vitae viam
Pergamus cum gaudio.

4. Haec dignare nobis dare,
Tota simul trinitas,
Tribus bonis in personis
Unaque divinitas.

Ad Sextam.

1. Potens rector et protector,
Qui benigne temperas
Vices rerum, solus verum
Sceptrum tenens imperas.

2. Plaga mentis, non tormentis
Martyris discipuli
Prece pura de pressura
Libera nos saeculi.

3. Arma lucis hic caducis
Tuis da supplicibus,
Ut vivamus et reddamus
Mala cum virtutibus.

4. Haec dignare nobis dare,
Tota simul trinitas,
Tribus bonis in personis
Unaque divinitas.

Ad Nonam.

1. Rerum Deus, factor meus,
In te motum nesciens,
Motum tamen et spiramen
Vitae cunctis largiens.

2. Vita functi nec defuncti
Necis cum supplicio,
Cunctis annis nos Iohannis
Salves patricinio.

3. Mortis gravis et ignavis
Morsum pelle criminis,
Post praesentem da manentem
Vitam sine terminis.

4. Haec dignare nobis dare,
Tota simul trinitas,
Tribus bonis in personis
Unaque divinitas.

Ad Vesperas.

1. Ave, maris stellae custos,
Digne summis laudibus,
Qui praeclaris inter iustos
Emicas virtutibus.

2. Summi regis ut amicus
Agnoscis mysteria,
Scriptor legis et pudicus
Virgo florens gratia.

3. In doctrina veritatis
Tu magister sapiens,
Unum trina, trinitatis
Unum neuma sentiens.

4. Nidum ponis in sublimi,
Alte volans aquila,
Dum exponis nati primi
Ortum ante saecula.

5. Visu mundo solis lumen
Recto cernis radio,
Fulgens mundo verbi numen,
Christi cubans gremio.

6. Cuius prece, Deus unus,
Pater, verbum, spiritus,
Victa nece vitae munus
Nobis dona caelitus.

Ad Completorium.

1. Te benignum, laude dignum,
Iesum Christum Dominum
Invocamus et laudamus
Lucis ante terminum.

2. Ultimata cena data
Tuo fulti pectore
Prece dulci tu nos fulci
Noctis omni tempore.

3. Inimicus ut antiquus
Non illudat mentibus,
Carnis more prae sopore
Quietem petentibus.

4. Haec dignare nobis dare,
Tota simul trinitas,
Tribus bonis in personis
Unaque divinitas.

Orat. ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. 7977 der k. k. Familien-Fidei-Kommis-Bibliothek in Wien. — Ad Laud. 6, 3 cuncta von cunctare, wie pausa von pausare. — Ad Vesp. 2, 2 Agnosci.

69. De sancta Katharina.

Ad Matutinum.

1. Virgo sancta Katharina
Iesum Christum desponsavit,
Sed mediante regina,
Quae Deum verum lactavit,
Hora [virgo] matutina
Haec iuvenis inchoavit,
Dum facta tota divina
Creatorem adamavit.

Ad Primam.

2. Ista est, quae Maxentium
Eloquentem exprobravit,
Errores malos gentium
Sagaciter improbravit,
Trinum unum, ens entium,
Luculenter adprobavit,
Sic laqueos venantium
Veraciter superavit.

Ad Tertiam.

3. Martyr sancta denudatur
A gente regis perfida,
Corpus eius laceratur,
Deinde Christo fida
In carcere mancipatur,
Ubi ab ave nitida
Dulcissime visitatur
Nunquam dilectrix fervida.

Ad Sextam.

4. Reginam et Porphyrium
Sua doctrina convertit,
Postea ad martyrium
Quemlibet eorum vertit,
Maxentii imperium
Haec adeo sic evertit,
Quod florentes ut lilium
Dominus eos advertit.

Ad Nonam.

5. Inter rotas haec sistitur
Fultas multis novaculis,
Sed illaesa eripitur
Ex divinis miraculis,
Gens Belial confunditur
E caelo magnis iaculis,
Virgo semper reperitur
Fide constans, immobilis.

Ad Vesperas.

6. Ad mortem tunc condemnata
Pro suis Deum oravit,
Eique sunt cuncta data
A Deo, quae postulavit;
His concessis decollata,
Ex ea lac emanavit,
Et sic martyr Deo grata
Ad gloriam convolvit.

Ad Completorium.

7. Per sanctos angelos Dei
Corpus Katharinae sanctum
In altum montem Sinai
Sollemniter est portatum,
Unguentum sanctum olei
Est ab ipsa emanatum,
Ex quo salus datur ei,
Qui se ad hoc facit aptum.

Psalt. ms. saec. 15. Cod. Bamberg. Ed VII 16. — 2, 5 unum essentium. — 3, 8 Lies: Usque dilectrix? — 4, 6 sic vertit. — 5, 8 et immobilis.

70. De sancta Katharina.

Ad Matutinum.

1. Gaude virgo Katharina,
Quae caelestis es regina
Mundo data caelitus,
Almi manus conditoris
Te formavit vas honoris
Libertate spiritus.
2. Gaude, virgo generosa,
Sapiens et gratiosa,
Costi regis unica,
Radix sancta complantata,
Re et nomine ornata
Velut arbor caelica.
3. Gaude, scholis deputata,
Nimis felix et sensata,
Annis puerilibus
Docta arte liberali,
Redimita et morali
Cunctis prae similibus.
4. Gaude, mitis et formosa,
Thesauris imperiosa,
Tutela pervigili
Servis tuis praefuisti,
Ut lucerna refulsisti
Sexu victo fragili.
5. Gaude, gazas assignatas
Nam pro Christo erogatas
Dedisti pauperibus,
Vitae huius blandimenta
Calcas duciter praeventa
Divinis muneribus.
6. Gaude, virgo, cum sis talis,
Angelis quod es aequalis
Castitatis lilio,
Chorum spernis principalem
Legem servas virginalem
Nubens Dei filio.
7. Gaude, sponsa delicata
Summi regis, decorata
Multis cum virtutibus,
Quibus vernas abundanter,
Multos trahis incessanter
His fecunda fructibus.
8. Eia, virgo laude digna,
Prece pia nos consigna
Rectori credentium,
Ut nos mundet a peccatis,
Donet sortem cum beatis
In terra viventium.

Ad Primam.

1. Gaude, clemens Katharina,
Lege prudens in divina,
Dum audisti sonitum,
Ad templum tunc properasti,
Causam rite sciscitasti
Et erroris exitum.
2. Gaude, maestos aspexisti,
Quibus tunc condoluisti
Mortis metu trepidis,
Miserorum consolatrix,
Hos ut fidei zelatrix
Dictis firmas fervidis.
3. Gaude, linguam consignasti
Signo crucis, quod amasti,
Procedens viriliter,
Regem vanum increpando,
Ritus tales confutando
Restitisti fortiter.
4. Gaude, rerum creatorem
Mundi esse salvatorem
Perorasti clarius,
Deos plures abnegari,
Sectas vanas exsecrari
Firmasti lucidius.
5. Gaude, regi praesentata
Promissa spernis oblata,
Nimis torta asperis,
Aris iussa immolari,
Solem negas venerari
Tanti expers sceleris.
6. Gaude, capta o serena,
Quasi pauper et egena
Servaris iudicio,
Nec ad votum inclinaris
Et a fide non mutaris
Parata supplicio.

7. Gaude, ad te sunt vocati
Magistri ac praesentati
Quinquaginta fortium,
Cum his sola pugnatura
Praemunitis fronte dura
Nullum prodis vitium.

8. Eia, virgo coronata,
Esto nostra advocata,
O candoris lilium,
Ut a culpis praeservemur,
Ne cum malis condemnemur,
Ora Dei filium.

Ad Tertiam.

1. Gaude, pia Katharina,
Consolatio divina
Te refecit dulciter,
Ab angelo visitaris,
Cum splendore circumdaris
Laetabunda iugiter.
2. Gaude, tuum quod certamen
Multis prosit in solamen,
Angelus pronuntiat,
Nec te solam coronandam,
Per te fore reparandam
Turbam, quam associat
3. Gaude, mire confortata,
Dona sperans peroptata
Orasti alacriter,
Sponsum tuum deprecando,
Ut te velit ordinando
Verbis ditare largiter.
4. Gaude, ducta tribunali,
Visu despecta ferali
A multis rhetoribus,
Tantis viris responsura
Stas pro fide conflictura
Terrae cum maioribus.

5. Gaude, primo incepisti
Praedicare nomen Christi
Et crucis mysteria,
Mox ab uno es derisa,
Verba clamat non decisa
Tumens pro victoria.
6. Gaude, verbis disputando,
Signis veris declarando
Divinam essentiam
Probas fore incarnatum
Verbum patris increatum
Amoris per gratiam.
7. Gaude, victrix dans elingues
Falsis argumentis pingues
Cum verborum turbine,
Sensu malo hebetati
Ratione illustrati
Sunt caelesti lumine.
8. Eia, virgo, decus morum,
Sublevamen sis lapsorum,
Christo reconcilia,
In tremenda mortis hora
Nobis assis sine mora
Pia per suffragia.

Ad Sextam.

1. Gaude, dulcis Katharina,
Tua refulsit doctrina
Ut solaris radius,
Ex te prodit sonus talis,
Non dat virtus animalis,
Sed divinus spiritus.
2. Gaude, per te sunt conversi
Oratores tunc perversi
Rerum mutato ordine,
Deum clamant esse verum,
Regem sprevere severum,
Gaudent in certamine.

3. Gaude, dum rex terrae saevit
Contra te et sanctos fremit
Crudeli sententia,
Tu electos confortasti,
In agone roborasti
Sermonis prudentia.
4. Gaude, flammis sunt iniecti,
Dono Dei sunt protecti
Ingenti miraculo,
Vita brevis consummatur,
Vera fides comprobatur
Sollemni spectaculo.

5. Gaude, astris hos invexit,
Cornu tuum qui erexit
Insigni victoria,
Profers fructum pietatis,
Rami tui honestatis
Exsultant in gloria.
6. Gaude, iterum temptata,
Verbis multis es vexata
Studio malitiae,
Post reginam nominandam
Te a cunctis venerandam
Fatur rex iustitiae.

7. Gaude, templi sanctionem,
Tumoris occasionem
Tibi promissam fatue,
Talem spernis tu honorem,
Derides quoque decorem
Erigendae statuae.
8. Eia, virgo, sponsa Christi,
Quem tu vere elegisti
Prae cunctis solaciis,
In amore fac nos stare
Dei caeli, deprecare
Nos frui deliciis.

Ad Nonam.

1. Gaude, mitis Katharina,
Conservata a ruina
Erroris perfidiae,
Nec te vincunt blandimenta,
Nec exterrant vel tormenta,
Dum vis ardet invidiae.
2. Gaude, veste denudata
Mente manes illibata,
Dum stas in doloribus,
Corpus virgis laceratur,
Aurum sic examinatur
Mutatis tortoribus.
3. Gaude, cruorem fudisti,
Memor passionis Christi
Gaudes in verberibus,
Regi saevo insultasti,
Sibi poenas comminasti
Pro suis sceleribus.
4. Gaude, plagis vulnerata,
Iussu regis es artata
Carceris ergastulo,
In tenebrosis locaris,
De supernis illustraris
Lucis aeternae speculo.

5. Gaude, virgo veneranda,
Fame, siti crucianda
Ter quaternis noctibus
Iuxta tyranni edictum,
Cor servasti non devictum
Duris in laboribus.
6. Gaude, assunt consolando
Te in poenis confortando
Angelici spiritus,
Iamque cunctae res terrenae
Fiunt tibi alienae,
Pasceres divinitus.
7. Gaude, lux tibi allata
Fulsit foris revelata
Carceris custodibus,
Rumor volat ad reginam,
Te credit esse divinam
Amoris ardoribus.
8. Eia, virgo pulchra tota,
Cordis nostri cerne vota
Succurrendo miseris,
Memor esto supplicantis,
Rege actus te amantis,
Da partem cum superis.

Ad Vesperas.

1. Gaude, grata Katharina,
Caeli bravio vicina
Agone laudabili,
Visitaris a regina,
Quam salvasti a ruina
Virtute mirabili.

2. Gaude, cernis illustratam
Te esse atque sanatam
Suavi medicamine,
Sic appares decorata,
Gloriose circumdata
Supernorum agmine.

3. Gaude, per te est firmata
Regina, martyrizata
Caelos scandit altius,
Fidem tuam hos instruxit,
Quos ad Christum secum duxit,
Nobilis Porphyrius.
4. Gaude, donis cumulata,
Dulciter es consolata
Regem videns gloriae,
Turba casta visitavit,
Sic te sponsus honoravit
In lacu miseriae.
5. Gaude, aspectu formosa,
Nam persistis animosa
Producta de carcere,
Rex vesanus admiratur,
Sua vis quod infirmatur,
Dum vult te extinguere.
6. Gaude, malens profiteri,
Quam innoxios puniri,
Per columbam candidam,
Quod te Christus large pavit
Et in plagis recreavit
Sanctitate nitidam.
7. Gaude, morti iudicaris,
Dum ad torquendum tractaris,
Prodeunt consilia,
Indignus Dei amore
Regem succendit furore
Promens horribilia.
8. Gaude, quod nec his terreris,
Dum tormenta intueris,
Confidis in Domino,
Iussa rotis applicari
Inter serras illigari
Dirae mortis termino.
9. Gaude, Christum invocando,
Exaudiri deprecando
Instante periculo,
Non tu petis pro vindicta,
Patienter per edicta
Dum vis mori saeculo.
10. Gaude, virtus quod divina
Magna destruxit ruina
Fabricata vilia,
Te illaesam conservavit,
Qui uno ictu necavit
Sic quattuor milia.
11. Eia, stella vespertina,
Ad adiuvandum festina
Nobis laborantibus,
Consolatrix in pressuris
Instantibus et futuris
Sis ad te clamantibus.

A d C o m p l e t o r i u m .

1. Gaude, felix Katharina,
Laude gloriaris trina
In caeli palatio,
Nam stolam iucunditatis
Cum decore claritatis
Mereris supplicio.
2. Gaude, constanter fateris
Christum, quem in corde geris,
Rex furore ebrius
Iubet vitam neci dari
Atque capite truncari
Te damnando acrius.
3. Gaude, vadis glorianter,
Mortem optans affectanter
Increpasti gemitum
Horum, qui tunc condolebant,
Te respisci suadebant
Ante vitae transitum.
4. Gaude moram postulasti,
In qua sponsum flagitasti
Pro tuis supplicibus,
Opem gravatis petisti,
Servari a nece tristi,
Ditari felicibus.

5. Gaudē, electa vocata,
Cuncta vota impetrata
Sono audis caelico,
Benedicta possessura
Regna patris permansura
Invitaris ilico.
6. Gaudē, caput protendisti,
Pro amore Iesu Christi
Consummata gladio,
Agonista consecraris,
Sine fine gratularis
Mariae cum filio.
7. Gaudē, decus virginalē
De te monstrat signum tale
Datum poli numine:
Vulnus recens non cruorem
Effudit, sed contra morem
Lac manat pro sanguine.
8. Gaudē, digne tumularis,
Monte Sina deportaris
Angolorum obsequio,
Ubi fuit incessanter
Liquor purus, sic gratanter
Dulci clares officio.
9. Gaudē, sancta comprobaris,
Dum devote visitaris
Populi frequentia,
Omnes peruncti liquore
Aegri curantur, vigore
Pelluntur nocentia.
10. Ergo, refulgens agalma,
Martyrii tu cum palma
Serta gestas gloriae,
Inter undas huius maris
Tu nos semper tuearis,
Portum da victoriae.
11. O praedulcis Katharina,
Luce bearis divina
In praesenti saeculo,
Agnosce te diligentes,
Prece tua sint gaudentes
Mortis in articulo.
12. Gratia caelesti plena,
Paradisi ad amoena
Duc nos, o piissima,
Te ex corde salutamus,
Laudes, quas nunc propina-
mus,
Non spernas, dulcissima.

Orat. ms. S. Katharinae Nurembergen. saec. 15. Cod. Civ. Nurembergen. VII
65. — Ad Mat. 5, 1 gazat. — 4, 4 Deus. — Ad Prim. 5, 3 torta speris. —
Ad Tert. 3, 4 solem. — 3, 6 ditari. — Ad Sext. 2, 2 conversi. — 4, 4
consummator. — 5, 1 os. — 6, 6 rex malitiae. — Ad Vesp. 2, 2 et
sanatam. — Ad Compl. 2, 1 dum constanter. — 8, 6 Dulcis. — 9, 4
perfuncti. — 10, 2 tu fehlt. — 11, 3 praesentis.

71. De sancta Katharina.

Ad Matutinum.

1. Est orta lux in tenebris
hora matutina,
Quae lucem dedit ceteris,
sancta Katharina,
Costi regis filia,
cultoris idolorum,
Fulgens eloquentia
scientia et morum.

Ad Primam.

2. Hora prima ducta est
ad Dei cultorem,
Per quem illa iuncta est
Dei ob amorem,
Et subarrhans annulo
eam desponsavit
Christus Dei filius,
ipsa quem amavit.

Ad Tertiam.

3. Capta a Maxentio
hora tertiarum,
Carcere inclusa est
a tyranno, poenarum
Diversarum genere
minatus cruciari,
Si suo coniugio
nollet copulari.

Ad Sextam.

4. Hora sexta rhetores,
philosophi prudentes
Per ipsam conversi sunt
Deum confitentes,
In pyram ignis missi sunt
laeti congaudentes,
Vestis nec crinis laeditur,
caelum ascendentis.

Ad Nonam.

5. Hora nona imperatrix
clausam visitabat,
Cum ea Porphyrius
errorem fugabat,
Verbis paenitentiae
Deum adorabat,
Ducentena contio
ipsum comitabat.

Ad Vesperas.

6. Christus, sponsus virginum,
hora vespertina
Et rex regum omnium,
sancta Katharina,
Dulcibus sermonibus
te confortabat,
Ad caelorum gloriam
te ipsam invitabat.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
tyrannum vicisti,
Cum rotis confractis
vitam invenisti,
Lac tuis vulneribus
pro sanguine dedisti,
Diversis miraculis
tu, virgo, splenduisti.
8. Per angelos mirifice
corpus elevatur
Et in monte Sinai
illud tumulatur,
Oleum ex ossibus
virginis emanavit,
Caecos, claudos, morbosos
illudque sanavit.

Conclusio.

9. Has horas canonicas,
sponsa Christi pia,
Tuae laudi refero
cordis symphonia,
Sicut promisit Dominus
Te, virgo, honorantibus
Se velle exaudire,
Sic da post hoc exsilium
Ad tuum nos consortium
Cum gaudio transire.

Orat. ms. Franciscan. saec 15. Cod. Londinen. Reg. 2 A II. — 3, 5 generum. — 4, 5 pruinam ignis. — 5, 2 virginem clausam. — 7, 3 confractibus. — 8, 8 Illosque. — 9, 6 virginem.

72. De sancta Katharina.

Ad Matutinum.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, felix Katherina,
Euge, virgo columbina,
Vale, martyr et regina,
Salve, stella matutina. | 3. Ave, prudens et perita,
Multis bonis insignita,
Per te, precor, sint contrita
Tela daemonis ignita. |
| 2. Ave, dulcis et benigna,
Iugi semper laude digna,
Nulli dura vel maligna,
Deo, quaeso, me consigna. | 4. Ave, pulchra Sion nata,
Agni vellere ornata
Et honore coronata,
Nobis assis exorata. |
| 5. Ave, domina decora,
Assis mihi mortis hora,
Ne me ad exteriora
Daemon trahat, elabora. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, virgo Katherina,
Ex qua flagrat lux divina,
Prece quaeso te supina,
Mitem mihi te inclina. | 3. Ave, virgo fide plena,
Sponsa Christi, spes serena,
Frange nunc peccati frena,
Ne me vexet ultrix poena. |
| 2. Ave, pulchrior aurora,
Te laudantem non ignora,
Pro me Christum tu exora,
Ut me regat omni hora. | 4. Ave, virgo verecunda,
Placans Deum mente munda,
Ut me solvat a profunda
Procellosi maris unda. |
| 5. Ave, lumen et lucerna,
Praebens iter ad superna,
Meam vitam sic gubernas,
Ne descendam ad inferna. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, clemens Katherina,
Rosa rubens sine spina,
Sis tutamen a ruina
In voragine marina. | 3. Ave, quies cordis maesti,
Salve, virgo, quae caelesti
Christo regi adhaesisti,
Dum terrena contempsisti. |
| 2. Ave, virgo sancta Dei,
Miserere, precor, mei,
Ancora sis meae spei
Et solamen cordis mei. | 4. Ave, decus firmamenti,
Praebe piam te poscenti
Et medere meae menti
In peccatis dormienti. |
| 5. Ave, fortis agonista,
Tua prece Deo insta,
Ut transacta vita ista
Me non locet in sinistra. | |

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, martyr Katherina,
Aegrae mentis medicina,
De peccati me sentina
Et de mortis duc ruina. | 3. Ave, virgo pulchra tota,
Expers fraudis, bonis nota,
Sume prece cum devota
Famulantum tibi vota. |
| 2. Ave, nobilis puella,
Pro me Christum interpella,
Contra me seda flagella
Et compesce mortis bella. | 4. Ave, regalis filia,
Quae fulges inter lilia,
Nos vitae post exsilia
Ad caeli duc sedilia. |
| 5. Ave, dulcis nostra mater,
Sancta ter felixque quater,
Cuius sponsus Deus pater,
Da, ne hostis vincat ater. | |

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, sancta Katherina,
Flos illaesus a pruina,
Ad invandum me festina
Nunc a fraude serpentina. | 3. Ave, decora specie,
Plena misericordiae,
Da mihi, mater gratiae,
Virtutem patientiae. |
| 2. Ave, sponsa Sunamitis,
Palmes virens verae vitis,
Per te datur pax contritis,
Suffocetur flamma litis. | 4. Ave, flos pudicitiae,
Lata domus clementiae,
Pro tua pulchra facie
Fer donum paenitentiae. |
| 5. Ave, decus puellare,
Praesens hoc compesce mare,
Quo me cernis fluctuare,
Fac ad portum remigare. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, constans Katherina,
Me informa disciplina,
Bonitate et doctrina
In hac vita peregrina. | 3. Ave, quae es sublevatrix
Et lapsorum sustentatrix,
Egenorum consolatrix,
Pia semper miseratrix. |
| 2. Ave, Christi vas electum,
Ebur candens bene sectum,
Iter me informa rectum,
Ut incedam per directum. | 4. Ave, salus afflictorum,
Medicamen contritorum,
Mei memor et meorum
Sis vivorum amicorum. |
| 5. Ave, firma spes lapsorum,
Solve nexus dilectorum
Et largire tu bonorum
Nobis copiam cunctorum. | |

Ad Completorium.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, pia Katherina,
Mala pellens vespertina
Me conserva, ne rapina
Fiam hostis repentina.</p> <p>2. Ave, propago nobilis,
Martyr insuperabilis,
Fac, hostis ut terribilis
Adversum me sit labilis.</p> <p>3. Ave, virgo famae bonae,
Ab antiquo me praedone
Et a luctus regione
Salva mortis in agone.</p> | <p>4. Ave, speculum virtutum,
In procinctu constitutum
Me indemnem fac et tutum,
Hostem reprime versutum.</p> <p>5. Ave, Costi stirps herilis,
Precor, licet laus exilis,
Quam nunc offert mens servilis,
Tibi non existat vilis.</p> <p>6. Ave, dulce consolamen,
Posce natum, patrem, flamen,
Ut futurum post examen
Nos cum iustis locet. Amen.</p> |
|--|--|

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. a III 10. anni 1475. B. — Cod. S. Petri Salisburgen. b II 30. saec. 15. C. — Cod. S. Petri Salisburgen. b VIII 1. saec. 15. D. — Cod. S. Petri Salisburgen. a VI 35. saec. 15. E. — Ad Matut. 1, 2 Euge mater A. — 1, 3 Vale mater A; Euge martyr BC. — 2, 3 Mira quam decorant signa C. — 2, 4 Nulli dura vel maligna C. — 3, 3 sit A. — 3, 4 Tela amoris A. — 4, 3 Summo regi desponsata D. — 4, 4 Mihi assis D. — Am Schlufs jeder Hore: Ave, dulce tu solamen etc. — Ad Prim. 1, 3 Quaesio prece D; Cum prece C. — 2, 2 Me laudantem B. — 2, 3 Deum pro me nunc C. — 2, 4 Ne me relinquat ulla hora C. — 3, 3 Frange peccatorum D. — 4, 2 Placens Deo C. — Ad Tert. 1, 3 Tu sis tutrix D. — 2, 1 martyr sancta CD. — 3, 3 Nupsisti regi nam terrestri C. — 3, 4 terrenum D; Eius nutum nec explesti C. — 5, 2 Deo prece tua BC. — 5, 4 Collocet in parte dextra D. — Ad Sext 1, 2 Euge, mentis A. — 2, 2 Regem caeli interpella CD. — 2, 3 Dira sedet ut C; Sua contra me flagella D. — 2, 4 Et compesca C; Compescendo seda D. — 3, 2 omnis mali nota C; vitiorum nota D. — 3, 3 mente cum D. — 3, 4 Famulantis D. — Str. 5 fehlt A. — Ad Non. 1, 4 Fraude laesum CD. — 3, 1 decora splendide D. — 3, 2 totius gratiae CD. — 3, 3 mater veniae C; Da robur patientiae D. — 3, 4 Donumque paenitentiae D. — Str. 4 fehlt D. — 4, 2 Beata domus A. — 4, 3 Melliflua tu C. — 5, 3 vides D. — Ad Vesp. 2, 1 Dei vas CD. — 2, 2 Ebur signans A. — 2, 3 Iter meum serva D. — Str. 3 lautet in

C: Ave, tu, quae es bonorum
Sublevatrix et lapsorum,
Memor sis benefactorum
Iam meorum defunctorum,

D: Ave, quies tu fessorum,
Sublevatrix et lapsorum,
Tu meorum amicorum
Miserere defunctorum.

4, 2 Et consolatio C; Et solamen oppressorum D. — 4, 3 Solve nexus delictorum D. — 5, 1 firmus pes C. — 5, 4 Affluentiam C. — Ad Compl. 1, 2 pelle D. — 1, 3 ruina C. — 2, 2 Mater A. — 2, 3 ut hostis C. — 2, 4 sit debilis BC. — Nach Str. 3 hat nur A noch die folgende:

Ave, quae es miserorum
Miseratrix mortuorum,
Miserere tu meorum
Animarum defunctorum.

3, 4 reprimens D. — 4, 2 Tibi, precor, laus D. — 4, 4 non videatur A, ducatur D. — 6, 1 Ave dulce tu solamen BC.

73. De sancta Katharina.

Ad Matutinum.

1. Kastitatis lilium,
Alma Katharina,
Illustrata nimium
Hora matutina,
Convertit Prophyrium
Hostem cum regina,
Ducens ad martyrium
Mundi de sentina.

Ad Primam.

2. Ad certamen ducitur
Virgo praeeparata
Hora prima Domino,
multum confortata,
Quae traxit philosophos
magnifice dotata
Ad lumen veridicum
et regna beata.

Ad Tertiam.

3. Templo adest tertia
hora incensorem,
Caesarem aggreditur
hostis idolorum,
Per metrum et logicam
et visum astrorum
Ducit ad notitiam
regis angelorum.

Ad Sextam.

4. Exarsit ira Caesaris
fremens in pupillam,
Hora sexta praecipit
educere pusillam,
Tormentorum genera
parans propter illam,
Angelus quae concite
reduxit in favillam.

Ad Nonam.

5. Remittitur in carcerem
saeve flagellata
Hora nona a Caesare
victuque privata,
Sed divino munere
ab angelo cibata,
Sacro tandem numini
recens est oblata.

Ad Vesperam.

6. Iubar splendidissimum,
virgo Katharina,
Suum secuta Dominum
hora vespertina
In signum veridicum,
quod tota sit divina.
Effudit lac purissimum
pro sanguine regina.

Ad Completorium.

7. Nempe completorii
hora tumultatur,
In sublime Sinai
ab angelis portatur,
Vivo fonte olei
corpus decoratur,
Sic sanantur languidi,
morbus effugatur.

Conclusio.

8. Adiuvatrix omnium,
virgo Katharina,
Quae rogasti Dominum
nece iam vicina
Pro tuis fidelibus

.
hisque propina.

Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carlsruhan. Augien. 36. A. —
Collect. ms. S. Udalrici et Afrae anni 1481. Clm. Monacen. 4423. B. —
Collect. ms. Lunnacense saec. 15. Cod. Palat. Vindobonen. 4076. C. —
Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Mus. Ferdinandi Oenipontani s. n. D. —
Orat. ms. Emmeramense saec. 15. Clm. Monacen. 14940. E. — Orat. ms.
Sangallense 520 anni 1436. F. — Cod. Palat. Vindobonen. (ol. Lunnacense.)
4117. saec. 15. G. — Orat. ms. Neerlandicum saec. 15. Cod. 7977. der
k. k. Familien-Fidei-Kommis-Bibliothek Wien. H.

1, 2 virgo Katharina H. — 1, 6 Ducem cum H. — 1, 7 Invocens ad martyrium A. — 2, 3 Hora prima a Domino H; ab angelo BCG. — 2, 5 Qui exarsit philosophos D. — 2, 6 Mirificae A. — 2, 8 regina beata D. — 3, 1 Tempus A. — 3, 3 egreditur D. — 3, 4 cultorem idolorum F. — 3, 6 ad viam astrorum G. — 3, 7 Duxit A. — 4, 2 ac fremens CG; in puellam H, in ancillam BC. — 4, 3 sexta eam iubet B; cum iubet CG. — 4, 4 adducere D, educare A. — 4, 7 quae subito H, haec subito BDG. — 4, 8 reddit in G. — 5, 1 Demittitur E, ad carcerem H, in carcere G. — 5, 3 nona caesa Caesare AH. — 5, 4 Victu virgo privata CBG; victualis pravata D; victualibus privata EH. — 5, 5 divino lumine G. — 5, 7 Facto tandem G. — 5, 8 recens quae oblata A. — 7, 1 Virgo completorii BCG, gegen das Akrostich. — 7, 3 sublimis D; et in montem Sinai H. — 7, 5 Vivo liquore olei G; Rivo fluentis olei H. — 7, 6 decoratur D. — 7, 7 Hic valuerunt A; Sic sanantur languidi E; Et sic ferventis languidi H. — Str. 8 fehlt in allen Hss. außer B, ist aber, wie das Akrostichon ausweist, notwendig. — Bemerkungen: Pro qualibet horarum illarum annus indulgentiae a papa Urbano quinto. G. — Incipiunt septem horae diurnae passionis beatae Katharinae virginis et martyris, factae et dictatae per sanctissimum nostrum dominum Urbanum, divina providentia papa[m] quintum pia memoriae, qui confirmavit sequentes horas literis suis apostolicis. Et concessit omnibus et singulis has horas devote dicentibus pro qualibet harum horarum annum unum indulgentiarum. C.

74. Officium seraphicae s. Magdalенаe.

Ad Matutinum.

1. Magdalena vigilat
spernitque dormire,
Nam unguenta praeparat
ad sepulcrum ire
Volens et diluculo
Dominum lenire,
Quod fuit indicium
caritatis mirae.

2. Flens aiebat: doleo
intrinsicus dire,
Nam tumbam non valeo
sola aperire,
Sed nunc volo Dominum
pie exorare,
Ut aliquis fortiter
velit me iuvare.

Ad Primam.

3. Hora prima properat
sepulcrum videre,
Ecce, ibi aderat,
quae coepit pavere,
Angelusque prohibet,
ne plus velit flere,
Dominumque perhibet
surrexisse vere.

4. Maria in tumultu

Iesum non videbat,
Linteum in sepulcro
seorsum cernebat,
Quae protinus patulo
sensum advertibat,
Quod in illo hortulo
Iesus nusquam erat.

Ad Tertiam.

5. Ad sepulcrum veniens
Magdalena flebat,
Undique prospiciens
Iesum requirebat,
Ecce, Christus veniens
hortum excolebat,
Ac si prorsus nesciens,
quid plorans petebat.

6. Hinc tulerunt Dominum,
inquit, Iesum meum,
Dic tu, quaeso, domine,
an tulisti eum?
Hanc proprio nomine
Iesus appellavit,
Quae mox respondens „Rabbi“
humi se prostravit.

Ad Sextam.

7. Pharisaeus gestiens
prandium paravit,
Cum quo sic reficiens
Iesum honoravit,
Quod Maria sentiens
domum subintravit,
Post tergum deiciens
Christi se prostravit.
8. Pedes lavans lacrimis
capillis purgavit
Unguentisque condiens
affectum monstravit,
Simon hanc despiciens
multum condemnavit,
Quod Christus intellegens
eam commendavit.

Ad Nonam.

9. Maria dum conspicit
morti proximare
Fratrem suum, statuit
statim nuntiare,
Nuntio sic praecipit:
Tu quem amas care,
Mori, dicens, incipit,
quod velis mandare.
10. Christus ait: Lazarus
non est morti datus,
Per hunc Dei filius
erit exaltatus,
Mariam cum populo
videns Iesus flere
Lazarum de tumulo
suscitavit vere.

Ad Vesperas.

11. Bethaniam Dominus
sero subintravit,
Cui Martha protinus
cenam praeparavit,
Maria tunc pisticum
supra Iesum fudit
Unguentum, quod mysticum
scriptura concludit.
12. Quam Iudas considerans
murmurans accusat,
Sed Christus non tolerans
pie hanc excusat;
O Maria, quae ter iam
sic es excusata,
Sis pro nobis tu pia
semper advocata.

Ad Completorium.

13. Septies adveniunt
cives supernorum
In die, qui rapiunt
Mariam ad chorum,
Cum qua ibi concinunt
carmina sanctorum,
Postea reficiunt
dapibus iustorum.
14. Maximino Dominus
cuncta haec monstravit,
Qui sacerdos protinus
Dominum laudavit,
Quem Maria intuens
peccata narravit,
Viaticum glutuens
spiritum efflavit.

Conclusio.

15. Has horas canonicas
cum devotione,
Magdalena, offero
et intentione
Salvari peroptans
tua oratione,
Quae tuis devotis es
in protectione.

Orat. ms. Capit. Toletani 34—73. saec. 15/16. — 1, 4 sq. volens ire. —
2, 1 ait. — 2, 5 Sed nec volo Deum. — 2, 7 sq. Ut aliquis mihi velit fortiter. —
12, 7 tu fehlt.

75. De s. Maria Magdalena.

Ad Matutinum.

1. Mare magnum tu fuisti,
Peccatorum grandis spina,
Multis Deum offendisti
Hora quidem matutina,
Quibus eras nimis digna
Aeternis suppliciis
Et privari gaudiis,
Nisi esset medicina.

Ad Primam.

2. Ad te ergo rediisti
Conturbata acriter,
Hora prima ingemuisti
Ut columba fortiter,
Proponens finaliter
A deliciis abstinere,
De commissis paenitere,
Hinc vivendo aliter.

Ad Tertiam.

3. Gratia Christi illustravit
Te invisibiliter,
Hora tertia confortavit
Praestans spem feliciter,
Veniens celeriter
Apud fontem pietatis
Tuis veniam de peccatis
Postulasti humiliter.

Ad Sextam.

4. Domini pedes lavasti
Multis guttis lacrimarum
Hora sexta et purgasti
Capillis illecebrarum
Recordans deliciarum,
Oscula eis impressisti,
Caput eius perungisti
Effusione lacrimarum.

Ad Nonam.

5. Amor Christi te dilexit,
Hora nona respondendo
Septem daemones eiecit
De te ipsos puniendo,
Christi corpus perstringendo
Peccatorum remissionem,
Gratiae infusionem
Invenisti diligendo.

Ad Vesperas.

6. Laete Christus te dilexit,
Multis signis demonstravit,
Martham tuam sanam fecit,
Tuis precibus curavit,
Lazarum resuscitavit
Tibi iam compatiendo,
Primo apparens resurgendo
Apostolam consecravit.

Ad Completorium.

7. Elevata iuxta altare
Christum flendo respexisti,
Completorii hora care
Spiritus Deo reddidisti,
Tunc fragrantiam reliquisti
Septem dies, ut refertur,
Sic ut quisque miraretur,
Aromata excessisti.

Conclusio.

8. Assis mihi, Magdalena,
Istas horas decantando,
Indulgentiam ut benigna
De commissis impetrando,
Me hic servans a ruina
Ab insidiis liberando
Sis in obitu festina
Me in gloriam collocando.

76. De sancto Mauritio.

Ad Matutinum.

1. Patris sapientia,
Iesus lex divina
Te, Mauriti, miserat
hora matutina
Partes ad occiduas,
fieret ruina
De diis, quorum noscitur
turbis officina.

Ad Primam.

2. Hora prima militum
regulas docebas,
Deum verum colere
cunctos admonebas,
Statutis stipendiis
contentus manebas
Et gravare neminem
unquam tu volebas.

Ad Tertiam.

3. Ter, o dux, ab impiis
nosceris pulsatus,
Ut diis sacra redderes,
sed tu sic firmatus
In fide catholica
steteras armatus
Contra tela Satanae
per omne tuum latus.

Ad Sextam.

4. Sacra trina fuerant
militum sanctorum
Agmina, qui steterant
probitate morum,
Et ex eis neminem
reperimus, quorum
Fides titubaverat
metu tormentorum.

Ad Nonam.

5. Hora nona venerat
cum sol ad occidentem,
Petit turma caelica
firmam tenens mentem,
Percussorem sustinet
gladium ferentem,
Caelos quaerit cernere
Iesumque gaudentem.

Ad Vesperas.

6. Spoliata vespere
dividunt laetantes
Et onusti redeunt
invicem clamantes,
Sed tu, dux egregie,
socios amantes
Habuisti, iuva nos
ad te suspirantes.

Ad Completorium.

7. Hora completorii
quies solet dari,
Tunc cum sanctis omnibus
tibi iucundari
Christus dedit iugiter,
nec labefactari
Potest tua gloria
nunc nec minorari.

77. De s. Perchtoldo Garstensi.

Ad Matutinum.

1. O Perchtolde, pater care,
Fac ad portum remigare,
Hora noctis intempesta
Qui te quaerunt mente maesta.

Ad Primam.

2. Alme pater, hora prima
Aurem nobis huc inclina,
Ut te promptum in orando
Sentiamus te laudando.

Ad Tertiam.

3. Te rogantes tertiarum
Hora, dolor animarum
Hinc recedat et expurget,
Quos nunc mortis metus urget.

Ad Sextam.

4. Qui te laudant hora sexta,
Plena bonis fiant exta
Horum simul et in mundo
Vivant pie corde mundo.
Cod. Mellicen. 617. saec. 15.

Ad Nonam.

5. O Perchtolde, hora nona
Nobis confer vitae dona,
Ut in hora nostrae mortis
Sociemur caeli portis.

Ad Vesperas.

6. Vespertina qui te colunt
Hora, pater, prout volunt,
Illis assis, si in bonis
Eis optent opem donis.

Ad Completorium.

7. Pater, hora iam completa
Veni nobis mente laeta,
Ut peccatis absoluti
Tecum simus semper tuti.

Conclusio.

8. Salutantes te his horis,
Pater, intus atque foris
Tuum semper adiuvamen
Sentiant laetantes. Amen.

78. De sancto Quirino.

Ad Matutinum.

1. O praeclare pater care,
Fac ad portum remigare
Hos, qui noctis tempestate
Ad te clamant egestate.

Ad Primam.

2. O Quirine, hora prima
Aurem nobis hic inclina,
Ut te promptum in orando
Sentiamus te laudando.

Ad Tertiam.

3. Te rogantes tertiarum
Hora, dolor animarum
Hinc recedat et expurget,
Quos nunc mortis metus urget.

Ad Sextam.

4. Veni, pater, hora sexta
Plena bonis fiant exta
Horum simul et in mundo
Vivant pie corde mundo.

Ad Nonam.

5. Nos educ e malis nona,
Confer nobis vitae dona,
Ut in hora nostrae mortis
Sociemur caeli portis.

Ad Vesperas.

6. Vespertina qui te colunt
Hora, pater, prout volunt,
Illis assis, si in bonis
Eis optent opem donis.

Ad Completorium.

Conclusio.

- | | |
|--|--|
| 7. Pater, hora iam completa
Veni nobis mente laeta,
Ut peccatis absoluti
Tecum simus semper tuti. | 8. Salutantes te his horis,
Pater, intus atque foris
Tutum tuum adiuvamen
Sentiant laetantes. Amen. |
|--|--|

Orat. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11908. A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. B. — „Ad sanctum Quirinum, regem et martyrem, huius monasterii inhabitatorem in Tegernsee.“ B.

79. Officium Defunctorum.

Ad Matutinum.

Ad Tertiam.

- | | |
|--|--|
| 1. Deitatis paternitas
Et eius filiatio,
Spiritus sancti caritas
Et Iesu Christi passio
Trinitatisque pietas
Sit defunctis remissio
Peccatorum, ut claritas
Detur eis cum gaudio. | 4. Deus, a quo sunt omnia
Bona, dona victoriam
Contra omnia vitia
Vivis, defunctis veniam,
Ut post haec transitoria
Veniamus ad gloriam,
Defuncti quoque gaudia
Possideant per gratiam. |
|--|--|

Ad Laudes.

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 2. Te laudamus divisorem
Tenebrarum et luminum,
Caeli, terrae creatorem,
Angelorum et hominum,
Iuvenum, senum factorem,
Corruptarum et virginum,
Omnis mundique rectorem
Spiritus laudet Dominum. | 5. Ostende nobis faciem
Tuam, praemium sanctorum,
Cum venerimus ad diem
Irae et iudiciorum,
Iustitiae saevitiem
Mitiga, dans peccatorum
Veniam atque requiem
In saecula saeculorum. |
|--|--|

Ad Primam.

Ad Nonam.

- | | |
|--|---|
| 3. Veni, creator spiritus,
Mentes tuorum visita,
Per quem mundus est conditus
Et omnia sunt condita,
Qui a nullo es conditus
Dimitte cunctis debita,
Ita quod nullus perditus
Sit propter sua merita. | 6. Virgo carens criminibus,
Te precor, ut auxilio
Totisque tuis precibus
Sis coram tuo filio
Pro fidelibus omnibus
Sic, quod tua petitio
Cum sanctorum agminibus
Locet eos cum gaudio. |
|--|---|

Ad Vesperas.

7. Vos deprecor suppliciter
Intuitu pietatis
Omnes sanctosque pariter
Sanctas, ut intercedatis
Pro cunctis reis taliter,
Quod in fine cum beatis
Collocentur benigniter
Ante thronum trinitatis.

Ad Completorium.

8. In manus tuas, Domine,
Commendo spiritum meum,
Ut sicut dubio sine
Hominem te credo Deum,
Qui pretioso sanguine
Redemisti mundum reum,
Sic hominem de crimine
Salva, qui creasti eum.

Conclusio.

9. Has horas tibi metricas
Cum pia devotione
Tibi dico canonicas
Et cum pia ratione,
Ut animas catholicas
Tua miseratione
Efficias glorificas
Tua sancta visione.

Orat. ms. Viridunense saec. 15. Cod. Suessionen. 99. A. — Brev. ms. S. Clarae Neapolit. saec. 14. Cod. Casanat. B III 5 (607). B. — Orat. ms. Iuliani Regin. saec. 15. Cod. Parisin. 757. C. — Cod. Carolsruban. Augien. 36. saec. 14/15. D. — Orat. ms. Gallicum saec. 15. Cod. Brugen. 321. E. — 1, 1 Deitas paternitas A; In divinis paternitas E. — 1, 3 O pater sancte caritas A. — 1, 5 puritas D. — 1, 6 Sit omnium remissio D. — 1, 8 Detis eis B; Nobis detur cum D. — Str. 2 fehlt ABD. — Str. 3 und 4 umgestellt D. — 3, 1 Veni sancte spiritus D. — 3, 5 est A. — 3, 7 Quatenus nullus D. — 3, 8 pro sua merita B, per sua D. — 4, 2 Dona nobis victoriam D. — 4, 4 Atque largire veniam D. — 4, 5 Et post A. — 4, 7 quique B; Quam non meremur propria D. — 4, 8 Sed hoc per tuam gratiam D. — 5, 2 Protectionum tuarum D. — 5, 3 venimus D, veneris A. — 5, 4 Tuorum iudiciorum D. — 5, 5 Iustitiae sententiam D; se intime B. — 5, 6 dans fehlt A. — 5, 8 saecula polorum D; in saecula da saeculorum A. — Str. 6 und 7 fehlen D. — 6, 2 Deprecor ut B. — 6, 3 suis A. — 6, 5 Pro cunctis fidelibus B. — 7, 1 Nos deprecor B. — 7, 3 sanctos et A. — 7, 4 ut fehlt A. — 7, 6 Et in fine B. — 8, 3 sine crimine BD. — 8, 4 Sic hominem de crimine D; dann folgt in D folgender Schluss:

Salva eum, qui fecisti eum,
Caritatis munimine
Iugiter gubernas eum.
Unī trinoque principi
Laus, virtus et gloria,
Qui clemens alta recipi
Iubeat nos in patria.

9, 1 Has horas canonicas A. — 9, 3 Christe tibi recolo quas A. — 9, 4 recipias ratione A.

80. Officium Defunctorum.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Iesu, rex regum, omnium
Praevidisti criminum,
Ne sis memor peccaminum
Defunctorum fidelium. | 2. Hostis disrumpe vincula,
Captivas educ animas,
Quas redemisti, recrea
In paradisi patria. |
| 3. Sume nostra precamina,
Ima regis et supera,
Continens simul omnia
Per saeculorum saecula. | |

Ad Laudes.

- | | |
|--|--|
| 1. Pro defunctorum requie,
Purgatorum baptismate,
Oramus inocciduum
Dei misericordiam. | 2. Hos Deus pater protegat,
Ac filius suscipiat,
Et spiritus paraclitus
Emundet a criminibus. |
| 3. Ut soluti mortalibus
Humanae carnis nexibus
In angelorum patria
Requiescant per saecula. | |

Ad Tertiam.

- | | |
|---|---|
| 1. Devotis te concentibus,
Rex Christe regum, petimus,
Ut audias precamina,
Quae damus, et suspiria. | 2. Pro cunctis nunc fidelibus
In fide morientibus
Preces et vota fundimus,
Miserere propitius. |
| 3. Educ eos de tenebris
In paradisum luminis,
Ut in perenni gloria
Tibi vivant per saecula. | |

Ad Sextam.

- | | |
|--|--|
| 1. Iesu, piorum caritas
Et angelorum claritas,
Lux et vita viventium
Salus in te credentium. | 2. Tibi commendo animas
Fidelium defunctorum,
In tuo sancto nomine
Migrantium de corpore. |
| 3. Quos fides sancta iunxerat,
Hos patria suscipiat,
Ut in luce tua sancta
Tibi vivant per saecula. | |

Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19356. — Ad Mat. 1, 2 fehlt eine Silbe, ist auch sonst verdorben. — Ad Tert. 1, 1 consentibus. — Ad Sext. 2, 1 sq. Tibi commendamus animam famuli tui et animas omnium fidelium defunctorum. — Zur Prim fehlt ein Hymnus, der zur Non ist prosaisch; zur Vesper wiederholt sich jener der Laudes, der zur Complet ist wieder prosaisch.

81. Officium Defunctorum.

Ad Matutinum.

- | | |
|---|---|
| 1. Deus aeternae gloriae,
Pater misericordiae,
Sanctorum desiderium
Et animarum refrigerium, | 3. Non ut iudex aequissimus
Poenis damnes ultricibus,
Sed ignosce reatibus
Et parce cruciatibus. |
| 2. Ecce, fideles animae
Ad te proclamant anxie
In earum miseriis,
Gratiae tuae memineris. | 4. Iesu benignissime,
Redemptor clementissime,
Defunctis fidelibus
Sis mitis et propitius, |
| 5. Quo tibi, regi gloriae,
Cum triumpho victoriae
In voce laudes consona
Iucunda dent praeconia. | |

Ad Laudes.

- | | |
|---|---|
| 1. Splendor paternae gloriae,
In regnum tuum suscipe,
Quas pretioso sanguine
Dignatus es redimere. | 3. Pro illorum requie
Supplicamus, Domine,
Quibus donasti in te credere,
Ut digneris veniam dare. |
| 2. Et per tuam clementiam
Da eis indulgentiam,
Ultrices poenas remove
Easque pie refove. | 4. Quae pro earum reatibus
Traditae sunt cruciatibus,
Iube liberari quantocius,
Ut tecum gaudeant plenius. |
| 5. Sit, Christe, rex piissime,
Tibi cum patre gloria
Et spiritu parachito
Et nunc et in perpetuum. | |

Ad Primam.

- | | |
|--|---|
| 1. Iam lucis atque gratiae
Largitor benignissime,
Qui es sanctorum gloria,
Laus, honor et laetitia, | 3. In tuae lucis gratia
Percipiant solacia
Aeternae beatitudinis
Una cum lucis filiis. |
| 2. Miserere gemituum
Fidelium spirituum,
Qui circumdantur tenebris,
Angustiantur miseriis. | 4. O benedicta trinitas,
Tua praestet benignitas,
Ut omnes fideles animae
Aeterna fruantur requie. |

Ad Tertiam.

- | | |
|--|---|
| 1. Nunc veni, sancte spiritus,
Et adesto propitius
Omnibus fidelibus
In poenis exsistentibus. | 2. Relaxans eis debita,
Ut non secundum merita
Poenis crucientur
Sed pie liberentur. |
|--|---|

3. In tuo dulci nomine,
Precamur, paraclite,
Sit tua visitatio
Animarum salvatio.

Ad Sextam.

- | | |
|---|---|
| 1. Rector potens viventium
Salusque morientium,
Defunctis fidelibus
Miserere propitius. | 2. Qui tua sunt plasmatio,
Tua sint salvatio,
Pro quibus tuo proprio
Non pepercisti filio. |
| 3. In eis reminiscere
Omnis misericordiae,
Ut tua dulci praesentia
Fruantur in laetitia. | |

Ad Nonam.

- | | |
|--|--|
| 1. Rerum Deus omnium,
Qui es sanctorum gaudium,
Miserere, quaesumus,
Defunctis fidelibus. | 2. Latroni per clementiam
Qui donas indulgentiam,
Dignare eis parcere
In tormentorum carcere. |
| 3. Per matris tuae merita
A poenis eas libera,
Ut earum gaudium
Sis per omne saeculum. | |

Ad Vesperas.

- | | |
|--|---|
| 1. Iesu, redemptor saeculi,
Verbum patris altissimi,
Lux lucis invisibilis,
Custos tuorum pervigil. | 3. Quae reversum ab inferis
Laetis vidisti oculis,
Mater, dilectum filium,
Fac ipsis hunc propitium, |
| 2. Tu fabricator omnium
Discretor atque temporum,
Fessas labore recipe
Tua pietate animas. | 4. Hunc ut placatum cernere
Et ipso possint perfrui
In requie perpetua
Et sempiterna gloria. |
| 5. Praestet illis hanc gratiam
Idem tuus filius,
Qui regnat in perpetuum
Cum patre et sancto spiritu. | |

Ad Completorium.

- | | |
|---|--|
| 1. Christe, per tua vincula,
Crucem, mortem et vulnera
Succurre tuis famulis
Opem ferendo miseris. | 2. Et hoc precamur supplices,
Ut eas ab hoste liberes,
Ne valeat torquere
Tuo redemptas sanguine. |
|---|--|

3. Misericordissime Domine,
Ne patiaris eas perire,
Sed magis tuae creaturae
Succurre clementissime.

4. Praesta, pater, per filium,
Praesta per alium spiritum,
Ut animis fidelium
Sis semper omne gaudium.

Clm. Monacen. (ol. SS. Udalrici et Aefrae) 4428. saec. 15. A. — Orat.
ms. Nicolai Muffel anni 1462. Cod. Sigmaringen. 23. B. — Cod. S. Floriani
XI 122. saec. 16. C. — Cursus hinc inde collecti imp. Augustae 1487. D. —
Ad Matut. 1, 4 Animarumque refrigerium D. — 5, 1 Ut tibi D. — Ad
Laudes 1, 3 Animas quas pretioso ABCD. — 4, 2 Traditi CD. — 4, 4 Ut
eas adurat ignis clementius C. — Ad Tert. 2, 1 Relaxa D. — 2, 4 pie fehlt
C. — Ad Sext. 3, 3 tua dulcia D. — 3, 4 Perfruantur D. — Ad Nonam
1, 4 Defunctorum fidelium D. — 3, 3 eorum C. — Ad Vesp. die Hymnen
ad Vesp. et Complet. vertauscht D. — 3, 1 Qui D. — 3, 2 Laetis videre
oculis D. — 3, 3 Fecisti dilectum filium D. — 3, 4 Fac ipsis hoc D. —
4, 1 et placatum D. — 4, 2 Ut ipso D. — 5, 4 Tecum et spiritu paraclito
D. — Ad Complet. 4, 4 Semper sis D.

II.

GLOSSEN-LIEDER.

82. Super Veni Creator.

1. Veni, divina caritas,
Veni, perfectum gaudium,
Veni, vera iucunditas,
Veni, solamen cordium,
Veni, perennis claritas,
Verae lucis da radium,
Doce nos vitae semitas,
Pie doctor credentium.
2. Creator mundi, Domine,
Intende precaminibus,
Cor mundum sine crimine
Crea in nobis omnibus,
Innovans in spiramine
Spiritus in visceribus,
Recti cuius regimine
Dirigamur operibus.
3. Spiritus, cuius opere
Virgo concepit filium,
Quem virgo novit parere
Novum mundo dans gaudium,
Tu digneris invisere
Pie corda fidelium,
Ut valeant concipere
Suae salutis gaudium.
4. Mentis velis visitare
Cuncta fugando vitia,
Eis velis inspirare
Casta semper consilia,
Quas digneris impraegnare
Tua divina gratia,
Ut et possint conservare
Iesum intra praecordia.
5. Tuorum sit intentio
Nutrire in visceribus
Iesum, cuius est mansio
Semper in mundis cordibus,
Qui mutuo colloquio
Laetatur cum hominibus,
Corda pascens se proprio
Pastus bonis operibus.
6. Visita esurientes,
Nos cibo vitae refice
In peccatoque languentes
Visita, summe medice,
Et in carcere lugentes
Consolando nos respice,
Utque tibi servientes
Simus, inde nos eice.
7. Imple vasa, quae modica
Totus mundus non satiat,
Corda namque famelica
Gravis cupido cruciat,
Sed si gratia caelica
Ad humanum cor veniat,
Non est in mundi fabrica
Aliquid, quod plus cupiat.
8. Superna abundantia
Cor humanum adimpletur,
Quod de mundi miseria
Vacuum semper videtur,
Ergo tua clementia
Haec ubertas nobis detur,
Ut cor concessa venia
A peccatis vacuetur.
9. Gratia, sancte spiritus,
Nutri nos tuos filios,
Tentationum strepitus
Aufer et hostes impios,
Absterge cordis gemitus,
Amove luctus anxios
Et sacramentis exitus
Nostros confirma dubios.
10. Quae fecisti te credere,
Instrue corda dulciter,
Da in fide proficere,
Erigere spem fortiter,
Fac perfecte diligere,
Quae amanda sunt firmiter,
Hunc trinum ut perficere
Circulum possit iugiter.

11. Tu benignus dispensator,
Dona nobis prudentiam,
Tu iustorum conservator,
Dona nobis iustitiam,
Da, virium roborator,
Fortitudinis gratiam
Tu virtutum modulator,
Da nobis temperantiam.
12. Creasti per prudentiam
Nos ornans re septemplici.
Nam animae substantiam
Decorasti in triplici
Corporisque materiam
Qualitate quadruplici,
Hinc tuam sanctam gratiam
Corde laudamus supplici.
13. Pectora nostra praepara
Ut vasa tuae gratiae.
Sonum ut reddant cithara
Tibi dulcis melodiae,
Corda nostra exhilara
Dono ingis laetitiae
Et angelis nos compara
In sancta caeli requie.
14. Qui in columbae specie
Descendisti in filium,
Tunc vox paternae gloriae
Sonuit testimonium,
Sic dono tuae gratiae
Baptismatis mysterium
Consecratur, ut hodie
Fiat salus credentium.
15. Paraclitus, consolare,
Quos baptismo regeneras.
Quos fecisti transmeare
Rubrum mare, non deseras,
Viam velis demonstrare
Nube et manna conferas,
In deserto si peccare
Contingat, iram tranferas.
16. Diceris et veraciter
Dux et doctor credentium,
Cum aquae Marath graviter
Laedunt ora bibentium,
Doces poni celeriter
Lignum crucis in medium,
Sic tribulati dulciter
Ferunt ictus laedentium.
17. Donum tu es, quo ditantur
Veri Israelitici,
Te ad montem praestolantur
Post esum agni typici,
Lege data gratulantur,
Sed murmurant haeretici
Sacramenta celebrantur,
Quae ministrant levitici.
18. Dei arca te continet
In sacratis visceribus,
Te mittit et te retinet
Infundendo te cordibus,
Qui arcae fide attinet,
Tuis gaudet muneribus,
Hoc donum supereminet
Cunctis mundanis opibus.
19. Altissimi prudentia
Tu es, qui regis populum,
Tuaque providentia
Factum est tabernaculum,
Quia sancta ecclesia,
Divinum habitaculum,
Tua crevit ex gratia
Plebique fit umbraculum.
20. Fons pulcher es et serenus,
De cuius claro fluvio
Fons exsurgit duodenus,
Apostolorum contio,
Fontem facit quisque plenus,
Fit fontis derivatio,
Locus tuus est amoenus
Virenti palmae folio.
21. Vivus viventem rivulum
Te ipsum soles mittere,
De petra Christo poculum
Solet istud procedere,
Contradicentem populum
Sic facit in se credere,
Cum per novum miraculum,
Qui sitit, potest bibere.

22. Ignis es indeficiens
Purgans ignem luxuriae,
Tu es ignis abiciens
Tenebras ignorantiae,
In linguis ignis veniens
Das linguas omnis patriae,
Dilectis tuis largiens
Omnis donum scientiae.
23. Caritas in essentia
Deitatis tu diceris,
Iungis in amicitia
Corda, quibus infunderis,
Roboras patientia
Hos, quibus te coniunxeris,
Bella vincunt hostilia
Virtute tui muneris.
24. Spiritualis es opere,
Qui soles de carnalibus
Spirituales efficere
Ita, quod spretis omnibus
Desertum hoc transcurrere
Sciant, cordis affectibus
Solam valentes quaerere
Terram promissam patribus.
25. Unctio doces omnia,
Tu namque viros simplices
Tanta reples scientia,
Quod reges et pontifices
Facti fantur magnalia,
Plebes regunt multiplices,
Unge nos tua gratia,
Ut regas et sanctifices.
26. Tu, veritatis spiritus,
Quem pater nati nomine
Ad suos misit caelitus
Illustrans novo lumine,
Roborans eos penitus
Virili fortitudine,
Sic solati divinitus
Carent mortis formidine.
27. Septiformis per effectum,
Uniformis essentia,
Timore purgans affectum,
Sicque recedunt vitia,
- Clarum donans intellectum,
Decorans sapientia
Hominem ditans dilectum
Pietatate, scientia
28. Munere hoc septemplici
Floruit Iesse virgula,
Cum carnem nati unci
Peperit sine macula,
Super quam nutu simplici
Requiescis per saecula,
Qui te turbae multiplici
Tuaque das munuscula.
29. Dextrae Dei potentia
Tu es virtutem faciens,
Tu artifex, qui omnia
Facis cuncta prospiciens,
Orbem terrarum gratia
Replevisti te largiens,
Vocis clares scientia
Per clarum sonum veniens.
30. Tu digitus es modicus
Surdas aures aperiens,
Ocularis clarificus
Caecos videre faciens,
Tu digitus es medicus
Daemonia eiciens,
Tu es iudex salvificus,
Pollex promissa largiens.
31. Tu spiritus, qui suggeris,
Quaecunque Christus dixerat,
Parabolas tu aperis,
Per quas ipse docuerat,
Ollae farinae mitteris,
In qua prius mors fuerat,
Amari cibus oleris
Per te dulcorem generat.
32. Rite dona praedicari
Tua doces hominibus,
Quorum ritus est piscari
Nunc derelictis retibus,
Gentem quaerunt inhamari
Non hamo, sed sermonibus,
Ut possit incorporari
Iesu Christi visceribus.

33. Promissum es antiquitas
Joelis testimonio,
Redderis, sancte spiritus,
Apostolorum medio,
Cum repente fit sonitus,
Fit grandis admiratio,
Filiis datur caelitus
Prophetica locutio.
34. Patris spiritus loqueris
In filiis credentibus,
Filium Dei asseris
Regnare in caelestibus,
Cuius spiritus diceris
Datus sanctis hominibus,
Ut de fide, quam suggeris,
Sint testes coram regibus.
35. Sermone tuo inclito
Claret donum scientiae,
Tuis infuso subito
Munere tuae gratiae,
More fantur insolito,
Linguae nascuntur variae,
Verbo fidei credito
Conversis dantur veniae.
36. Ditans es veris opibus
Eos, qui cuncta liquerant,
Sic ditati virtutibus
Filiis Deo generant,
Ut thesauros hominibus
Tuos caelestes conferant,
In cunctis mundi partibus
Praedicare accelerant.
37. Guttura nostra caelico
Vino refice dulciter,
Ore namque famelico
Exspectamus te pariter,
Vero pane angelico
Pasce corda feliciter,
In coetu apostolico
Coniunge nos finaliter.
38. Accende ignem calidum,
Calefac corda frigida,
Humorem sicca fluidum,
Roreque fluat arida,
- Ut statum carnis floridum
Terat mens nostra provida,
Sanet, quidquid est languidum,
Ex aqua fletus limpida.
39. Lumen solis in domibus
Nostris velis immittere,
Veram fidem in cordibus
Tu digneris infundere,
Ut fenestris patentibus
Clarae domus lucescere
Possint proximis omnibus
Et exemplo proficere.
40. Sensibus da corporeis,
Ut nil praeter te sentiant,
Te in locis sidereis
Visus semper aspiciant,
In scriptis nostris aureis
Aures nostrae te audiant,
Factus, gustus ex carneis
Olfactis non inficiant.
41. Infunde nobis oleum,
Ne vendamur pro debitis,
Magnum confer vas aureum
Vacuatis illicitis,
Ut cor nostrum sit carneum
Refulgens bonis meritis,
Quod ditet donum melleum
Ex virtutibus inclitis.
42. Amorem tuum crescere
Facias in nos iugiter
Et proximos adiungere
In amore fac pariter,
Hoc oleum deficere
Non possit, sed humiliter
Facias vasa tendere,
Ut plena sint feliciter.
43. Cordibus dona gratiam,
Ut appetant humilia,
Omnem dele nequitiam,
Nec amando superbia
Odium et invidiam
Generet castrimargia,
Non nutriant luxuriam
Neque torpens acedia.

44. Infirma sana, medice,
Et medere languoribus,
Famem sitimque refice,
Umbra sis in caloribus,
Cor tepidum non proice,
Sed igni tuis ignibus,
Ad hoc venisti publice,
Ut sis sanitas omnibus.
45. Nostri corporis pondera
Alleva et molestiam,
Cuncta dimitte scelera,
Ne ad primam materiam
Revertens caro misera
Animae poenam nimiam
Donet, sed die supera
Ambo surgant ad gloriam.
46. Virtute continentiae
Robur immitte renibus,
Virtute abstinentiae
Sanitatem da cordibus,
Da medelam laetitiae
Siccatis nostris ossibus,
Et mundanae divitiae
Non obsint cordis visibus.
47. Firmans, quod est instabile,
Cadenti fer auxilium,
Sustenta, quod est debile,
Estoque robur virium,
Da cor forte et nobile
Ad devincendum proelium,
Quod movet detestabile
Contra tuos daemonium.
48. Perpeti dono gratiae
In praesenti nos satia,
Civibus tuae patriae
Post mortem nos associa,
Ubi verae divitiae
Vera cordi dant gaudia,
Et revelata facie
Te cernamus in patria.
49. Hostem refrena proximum,
Ne veneno inficiat,
Caro bellum nequissimum
Movens spiritum cruciat,
Periculum hinc maximum,
Cum caro plus hunc satiat,
Ne potum mortis pessimum
Ille per illam capiat.
50. Repellas mundum eminus,
Qui nos cupit decipere,
Dicit, non esse facinus
Res caducas diligere,
Quod, qui facit, multominus
Constat in te proficere,
Qui vere dulcis Dominus
Nescis tuis deficere.
51. Longius fac daemonia,
Quae per tela nequitiae
Diversa movent proelia,
Flant ventum cenodoxiae,
Inflammant in nos odia,
Iactant semen discordiae,
Quod vincunt amicitia
Et virtus patientiae.
52. Pacem, qua nihil melius,
Velis nobis tribuere,
Quam dixit Dei filius
Per te nobis transmittere,
Nec hostis hamo amplius
Possit in nos insurgere,
Sed in te cor humiliter
Omnes possit diligere.
53. Dones te nobis, petimus,
Et vere nobis sufficit,
Non sicut mundus pessimus,
Qui se donando deficit,
Tu spiritus dulcissimus,
Cuius sic dulcor allicit,
Quod pro te bonus animus
Cuncta mundana despiciat.
54. Protinus nos pacificet
Tuae pacis dilectio,
In vita nos iustificet
Peccatorum remissio,
Veram fidem vivificet
Fidelis operatio,
Nos post mortem glorificet
Tua perennis visio.

55. Ductore tuto gaudeat
Cor nostrum in itinere,
Oculos ad te habeat
Nolens retro respicere,
Ad relicta non redeat,
Sed intendat proficere,
Diem labore compleat,
Us quiescat in vespere.
56. Sic dietam adimplere
Fac fideles fideliter,
Aratrum manu tenere
Operando viriliter,
Tibi semper adhaerere,
Diligendo te firmiter,
Ut praemium te habere
Valeamus feliciter.
57. Te praevio, te comite
Te sequentes dirigimur,
Si cessemus a limite
Tuo, ad ima trahimur,
Pulchrae tuae sunt semitae,
Per quas ad alta gradimur,
Cum Christo, nostro capite,
Corporis membra iungimur.
58. Vitemus offendicula,
Ne faciant nos cadere
Et hostium tendicula,
Qui cupiunt nos capere,
Fugiamus umbracula,
Ubi latitant viperae
Et venenata pocula
Non appetamus bibere.
59. Omne, quod est contrarium,
Averte, sancte spiritus,
Intra cordis hospitium
Et illustra divinitus,
Sensuum claude ostium,
Ne vitiis sit aditus,
Sis animae refugium
In die sui exitus.
60. Noxium ab itinere
Tolle, ne nos impediat,
Scandalum doce fugere,
Ne peccare nos faciat,
- Fac secure incedere,
Ut anima perveniat
Ad te et post de pulvere
Corpus laeta recipiat.
61. Per te, doctor veritatis,
Noscatur cordis oculo
Clarum lumen trinitatis
Unitatis in vinculo,
Quod nos solvat a peccatis,
Ut in futuro saeculo
Naturam divinitatis
Cernamus sine speculo.
62. Sciamus ad imaginem
Dei Deum cognoscere,
Nam ad similitudinem
Suam voluit facere
Primum et omnem hominem
Dans animam, discernere
Ut divinam dulcedinem
Siat, velit appetere.
63. Da nobis vere credere,
Confiteri humiliter,
Mel inventum comedere,
Quod sufficit non aliter,
Ne mens velit plus sapere,
Quam oportet, sed taliter
Sobrie intellegere,
Ut salva sit perenniter.
64. Patrem revelet filius,
Quem dignatus est mittere,
Parvulis hic inferius
Se volens notum facere,
Et te fecit posterius
De supernis descendere,
Ut reveles apertius,
Quod verum coepit dicere.
65. Noscamus Dei filium
Conceptum de te spiritu
Intra virginis gremium
Sine virili coitu,
Qui clausum ventris ostium
Suo servans in exitu
Natus est salus omnium
Indutus carnis habitu.

66. Atque infirma hominum
In carne passus tenera,
Nunquam tamen peccaminum
Mala passus est viscera,
Sed elegerisse Dominum
Mundi credamus aspera,
Ut ipse expers criminum
Cuncta deleret scelera.
67. Filium unigenitum,
Natum de sancta virgine,
Falsis Iudaeis traditum,
Crucifixum pro homine,
Qui post corporis obitum
Resurrexit in lumine,
Per cultum ei debitum
Adoremus in numine.
68. Te cum patre et filio
Unum Deum simpliciter
Dicit nostra confessio,
Corde tenens hoc firmiter,
Sed inter tres distinctio
Est tantum personaliter,
Unus differt ab alio,
Unum substantialiter.
69. Utriusque tu caritas
Utrumque soles iungere,
Utriusque parilitas
Gradus novit excludere,
Sola Christi humanitas
Minorem se vult reddere,
Cuius aequa divinitas
Aequalem cogit credere.
70. Spiritum pari latrìa
Patris natiq̃ue dicimus,
Te Deum, cuius gratia
Renati fide vivimus,
Saluti necessaria
Te donante percipimus,
Cum te nos in ecclesia
Adorantes requirimus.
71. Credamus Deum omnium,
Genitorem in genito,
Esse in patre filium
Tecum sancto paraclito,
- Istud summum principium
Cultu laudemus debito,
Rogantes, ut sit praemium
Datum fidei merito.
72. Omni die, omne hora
Auge fidem in cordibus,
Fides nostra sine mora
Vigeat bonis actibus,
Et te in voce canora
Resonent ora laudibus,
Confessio sit decora
Tuis placens aspectibus.
73. Tempore isto frigido
Fides gelu non sentiat,
Quam semper actu valido
Caritas calefaciat,
Sub sole tuo calido
Fidem semper sic nutriat,
Ut in tempore placido
In centuplum recipiat.
74. Sit divina essentia
Benedicta in saeculis,
Quae nutu creans omnia
Declaravit miraculis,
Sua mira magnalia,
Quae nunc videmus oculis,
Ut eiusdem potentia
Praedicetur in populis.
75. Laus, honor, benedictio
Sit trinitati unicae,
Quae miro artificio
Formavit nos vivifice,
Ipsam nostra devotio
Laudat palam et publice,
Ut nos suo palatio
Recipiat glorifice.
76. Patri, qui verbum genuit,
Exhibeatur latrìa,
Christo, qui nasci voluit,
Cum hoc detur et dulia,
Studio, quo nos docuit,
Sint latrìae praeconia,
Deo, qui cuncta tribuit,
Uni sit uni gloria.

77. Cum filio sit genitor
Laudandus atque spiritus,
Qui mundi huius conditor
Non debet dici conditus,
Sed quia vitae perditor
Morti dederat aditus,
Missus est vitae redditor
A patre semper genitus.
78. Sancto detur spiritui
Laus devota cum carmine,
Qui nostro semper coetui
Assistat cum spiramine,
Docens vacare fletui,
Ut sic abiecto crimine,
Nostro det intellectui
Gaudium cum solamine.
79. Simul laudanda trinitas
Sit ex ore credentium,
Et quia trium unitas,
Sit una vox laudantium,
Simul nostra communitas
Continuet praeconium,
Ut angelorum dignitas
Nostrum fiat consortium.
80. Paraclito solacium
Danti reddamus gratias,
Qui per doctrinae radium
Illustravit ecclesias,
Per veniae remedium
Mundavit conscientias,
Per fidei consortium
Plebes nutrit maximas.
81. Nobisque sic laudantibus
Sit lux divinae gratiae,
Dat pater se petentibus
De pane eucharistiae,
Christus redemptis omnibus
Sit via suae patriae
Nobisque se sequentibus
Det bona suae gloriae.
82. Mittat veniens pariter
Spiritus nec nos deserat,
Sed sit nobiscum iugiter,
Sicut dudum promiserat
- Ut socius veraciter
Malum a nobis transferat
Et in fine feliciter
Nos caelo secum deferat.
83. Filius, qui ecclesiam
Suo redemit sanguine,
Nostri carnis substantiam
Vexit in caeli culmine,
Ut regni sui gloriam
Praepararet pro homine,
Spiritus sancti gratiam
Mittat in patris nomine.
84. Charisma gratis tribuat
Pretium non habentibus,
Veras opes non renuat
Dare veris pauperibus,
Gaudium lucis influat
In tenebris lugentibus,
Nos confitentes abluat
A peccatorum sordibus.
85. Sancti flatus divinitus
Insufflet inspiratio,
Ut in Deo sit penitus
Devota cogitatio,
Si in terris humanitus
Sit carnis habitatio,
Nostri tamen sit spiritus
In caelis commoratio.
86. Spiritus sancti gratia
Nos replens suo munere
Carnem atque daemonia
Fortiter donet vincere
Et de mundi miseria
Triumphando recedere,
Ut in caelesti gloria
Semper possimus vivere.
87. Amen dicas, exercitus
Sanctorum, voce publica,
Fiat scribat ingenitus
Pater ex manu deica,
Hoc donet unigenitus
Voluntate mirifica,
Concedat sanctus spiritus
Dans nobis regna caelica.

Cod. Trecen. (ol. Claraevallen.) 1444 saec. 15. A. — Orat ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. 4^o 29. B. — 2, 5 in fehlt B. — 4, 2 fugans A. — 5, 7 Corde B. — 7, 8 cupiat A. — 10, 7 Hoc trinium (1: trivium?) A. — 19, 3 que fehlt B. — 20, 1 es pulcher B. — 22, 5 igneis B. — 23, 1 in scientia B. — 25, 1 docens B. — 25, 3 replens B. — 26, 1 caritatis B. — 30, 6 eticiens B. — 32, 1 Rite novo A. — 32, 2 Tuo A. — 33, 3 sanctus B. — 34, 1 spiritum B. — 38, 1 lumen fervidum B. — 38, 4 Rosa-que fluat A; Rigans ad florem arida B. — 41, 2 veredamur B. — 43, 8 Neque corporis B. — 48, 6 corda B. — 52, 8 posset B. — 64, 1 revolet B. — 64, 3 Parvulus B. — 64, 7 revoles B. — 79, 3 trina B. — 79, 6 Concinat B. — 79, 8 sit B. — 87, 5 donat B. — A hat die Bemerkung: Scriptum in Claravalle anno 1464 die 26. mensis Februarii.

83. Super Veni Creator.


- | | |
|---|---|
| 1. Veni creator spiritus,
Et in me robur insere,
Robur, quo possim penitus
Mala, quae gessi, luere
Et amodo sic vivere
Ne sim peccato perditus,
Peccavi quasi licitus
Et diu vixi temere,
Me servum tuum visere,
Veni, creator spiritus. | Servetur a nocentibus,
A malis imminentibus,
A morte specialiter,
Sic, ut vivam feliciter,
Accende lumen sensibus. |
| 2. Qui paraclitus diceris,
Qui pietate solita
Confers salutem miseris
Et iustis reddis merita
Fac de me sibi placita,
Pereo, ni subveneris,
Me perdit luxur Veneris
Et cogit ad illicita,
Me protege, me visita,
Qui paraclitus diceris. | 5. Hostem repellas longius,
Propagatorem sceleris,
Hostem, qui piis impius
Torquebit, quem tu deseris,
Hostem humani generis,
Quem stravit Dei filius,
Hostem, qui semper noxius,
Hostem, qui plus prae ceteris
Solet nocere miseris,
Hostem repellas longius. |
| 3. Tu septiformis munere,
Dextrae Dei tu digitus,
Tu, qui nunquam deserere
Servos tuos es solitus,
Intende mihi prospere,
Noli me derelinquere,
Sed refove me caelitus,
Dextrae Dei tu digitus,
Tu septiformis munere. | 6. Da gaudiorum praemia,
Merendo mi succurrere,
Ut post vivam in patria,
Haec possim comprehendere,
Da mihi culpas plangere,
Ut gaudeam in gloria
Apparens in iustitia
Fac nostrae matris liberae
Civem me tuo munere,
Da gaudiorum praemia. |
| 4. Accende lumen sensibus
Meis micericorditer,
A peccatorum sordibus
Immundum munda taliter,
Ut anima perrenniter | 7. Per te sciam ingenitum
Patrem cum nato colere,
Te utriusque spiritum,
Per te possim diligere,
Per te possim acquirere
Caelestis regni aditum,
Te spiritum paraclitum
Et natum volo colere,
Esse simul et vivere,
Per te sciam ingenitum. |

8. Sit laus patri cum filio,	Semper sit dominatio,
Sit honor sancto flmini,	Salus et benedictio
Trinitatis confessio	Perenni datur agmini,
Firmam spem firmet homini,	Sit honor sancto flmini
Uni trinoque nomini	Sit laus patri cum filio.

Clm. Monacen. (ol. Pollingen). 11325 (Deckblatt). saec. 11^{1/2}. A. — Orat. ms. Caelestin. saec. 15. Cod. Parisin. 18571. B. — 1, 3 Robur fehlt A. — 1, 6 peccator A. — 2, 3 Salutem confers B. — 2, 7 fehlt B. — 3, 2 Tu dextrae Dei A. — 3, 6 prospere mihi A. — 3, 8 me refove A. — 3, 9 fehlt A. — 4, 3 peccatorum nexibus A. — 4, 9 Et ut vivam B. — 5, 2 sceleris fehlt A. — 5, 3 quem pius impius A. — 5, 4 quem non deseris A, Torquetur cum miseris B. — 5, 7 fehlt A. — 5, 8 Gaudet nocere ceteris B. — 5, 9 Hostem saevum prae ceteris B. — Str. 6 fehlt B. — 6, 2 Merendo mihi succurrere A. — 7, 4 possim fehlt A. — 7, 10 Per te sciamus da patrem A. — Str. 8 fehlt A. — 8, 10 Sit lux patri. — Str. 1 und 8 dieses Liedes schon Anal. XXI, 56. Aus dem Vorkommen derselben im s. g. Cationale Peter's von Medici, geht hervor, daß das Lied eher eine Cantio denn ein Reimgebet war. Weil es aber dort unvollständig, mag es hier unter den Glossenliedern in vollständiger Gestalt eine Stelle finden.

84. Super Ave Maria.

1. Ave, ancilla Domini tu humillima,
Laude felix virgo devotissima.
2. Maria, stella ducens nos ad caelestia,
Ubi sonant angelorum cantica.
3. Gratia, quae per Evam fuit perturbata,
Per te nobis est reconciliata.
4. Plena omnipotentis Dei caritate
Pro immaculata virginitate.
5. Dominus tamquam sponsus de caelo veniens,
Te humilem ancillam respiciens.
6. Tecum verbum caro factum est Christus natus,
Tollens peccata nostra nobis datus.
7. Benedicta tu ab angelo salutata,
In verbo Domini sanctificata.
8. In mulieribus mater glorificata,
Semper manens virgo inviolata.
9. Et benedictus, qui in nomine Domini
Venit, Christus, filius Dei vivi,
10. Fructus de radice Iesse flore virtutis
Et germinans salvatorem salutis,
11. Ventris tui, qui fuit, mansit virginalis,
Locus sanctissimus dominicalis.
12. Trinitati et unitati sit gloria,
De laude pia nunc grande Maria



13. Tu tamen fac nobis in caelis sit solamen,
Tibi congaudentes, dicentes: Amen.

Miss. ms. Hildesheimense saec. 13. Cod. Capit. Treviren. 153. add. saec. 14. mit Melodie (einer für alle Strophen) und der Aufschrift: Hymnus de beata Maria Virgine.“

85. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, candens absque vae,
Rosa puritatis,
Fons totius veniae,
Ortus pietatis,
Eva mutans in Ave,
Rubus castitatis
Ardens, paris mystice
Florem deitatis. | Spiritu artifice
Verbum humanatur,
Humana mirifice
Ratio miratur. |
| 2. Maria errantium
Ductrix, maris stella,
Portus naufragantium
Mundi in procella,
Virtus aegrotantium,
Natum interpella,
Dira adversantium
Ne nos laedant bella. | 6. Tecum patriarchica
Laus et prophetalis,
Fides apostolica
Mors martyrialis,
Virtus confessorica,
Decus virginalis,
In te lucet caelica
Dignitas totalis. |
| 3. Gratia tu caelica
Tota irrigaris,
Voce dum angelica
Digne salutaris,
Lex fert evangelica
Te ignaram paris,
Corda ut famelica
Pascas, coronaris. | 7. Tecum confidentia
Abrahae probata,
Tecum innocentia
David miserata,
Tecum sapientia
Salomonis grata,
Tecum patientia
Iob est commendata. |
| 4. Plena beneficio
Gratiae fulsisti,
Naturae condicio
Negat, concepisti
Omni carens vitio,
Deum genuisti,
Post ut ab initio
Virgo permansisti. | 8. Benedicta filia
Stirpe regis nata,
Tu levas humilia,
Premis exaltata,
Christo reconcilia
Nos, ut perpetrata
Per tua auxilia
Tergat scelerata. |
| 5. Dominus mirifice
Pater operatur,
Virginis deifice
Vellus fecundatur, | 9. Tu in mulieribus
Hesther figurata,
De cuius muneribus
Gens est liberata
Ac manus operibus
Virtus potentata,
Capitis vulneribus
Holofernis stata. |

- | | |
|--|--|
| <p>10. Et benedictus gloriae
 Rex, qui cuncta regit,
 Ut firmant historiae,
 Mundo te elegit,
 Digna es memoriae,
 Mortem per te fregit
 Christus, dux victoriae,
 Daemonem subegit.</p> | <p>12. Ventris habitaculum
 Tui adornatum
 Dei fit cenaculum
 Mire deauratum,
 Primae sic piaculum
 Feminae curatum
 Et antiqui iaculum
 Hostis est signatum.</p> |
| <p>11. Fructus ex te prodiit
 Ut flos ex virgulta,
 Terra fructum protulit
 Virens sed inculca,
 Qui fideles reficit
 Spe salutis multa,
 A qua errans deficit
 Gens Iudaea stulta.</p> | <p>13. Tui nati gratia
 Nobis sit tutamen,
 Ne pro contumacia
 Premat nos examen,
 Sed post vitae spatia
 Pater det et flamen
 Caeli ad palatia
 Nos transire. Amen.</p> |

Orat. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Londinen. Reg. 2 A II.

86. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, Dei genetrix,
 gemma pretiosa,
 Maria, mater gratiae,
 stirpe generosa.</p> | <p>5. In mulieribus
 es sola praelecta
 Et sacro spiramine
 totaque contexta.</p> |
| <p>2. Gratia te voluit,
 sancta, fecundare,
 Plena ut sic valeas
 Christum baiulare.</p> | <p>6. Benedictus filius,
 quem casta concepisti,
 Fructus est dulcissimus,
 quem mundo protulisti.</p> |
| <p>3. Dominus habitaculum,
 cum vellet incarnari,
 Tecum per archangelum
 iussit praeparari.</p> | <p>7. Ventris porta clausa est,
 numquam fit aperta,
 Tui, mater virgo, quae
 perseveras certa.</p> |
| <p>4. Benedicta viscera
 sunt tua, pia virgo,
 Tu lac tuis uberibus
 prae buisti Christo.</p> | <p>8. Infinita crimina,
 quibus te offendi
 Et tuum carum filium,
 dele ac paenitendi</p> |
9. Impetra mihi spatium,
ut iuste vivendo
Aeternam vitam merear
vultum Christi cernendo.

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3.

87. Super Ave Maria.

1. Ave, Dei genetrix,
pia consolatrix,
Desolatum refove,
gemma confortatrix,
Deviatum revia,
stella gubernatrix,
Cor meum laetifica,
gaudii donatrix.
2. Maria, te invoco,
ut me consoleris,
In hoc mundo fluctuo,
pro peccatis pleris,
Nisi mei miseris
cito recorderis,
Ut lucifer corruam
in tenebris feris.
3. Gratia novae legis
per te inchoavit,
Dum virtus altissimi
in te obumbravit,
Ipsa me consoletur,
quae Deum portavit,
Spoliavit inferos
et caelos ditavit.
4. Plena es et redundans
cunctis virtutibus,
Sicut porcus dormio
in meis faecibus,
Excita me, domina,
a somnis talibus,
Ut vacare valeam
in tuis laudibus.
5. Dominus a me fugit
ob mea peccata,
Sed tu ipsum revoca,
mea advocata,
Alleva gravamina
per malos illata,
Et tua intercessio
erit mihi grata.
6. Tecum non habebitur
aliqua quaestio,
Ubi allegabitur
filii passio
- Et dirae passionis
matris compassio,
Tunc tempore cessabit
omnis obiectio.
7. Benedicta benedic
mihi peccatori,
Parce, mea domina,
mihi transgressori,
Actus meos dirige
meo creatori,
Ut ad ipsum redeam,
quando vadam mori.
8. Tu in necessariis
esto refugium,
In meis angustiis
firmum praesidium,
In meis tristitiis
merum solacium,
In meis miseriis
verum subsidium.
9. In mea morte meam
animam respice
Et de manu daemonum
potenter eripe,
Et sancto Michaeli
instanter praecipe,
Ut ipsam collocet
cum suo principe.
10. Mulieribus cunctis
atque hominibus,
Tam vivis quam defunctis
meis parentibus
Tribue solacium
de caeli sedibus,
Ut regnare valeant
cum sanctis omnibus.
11. Et cunctis christianis
idem solacium
Praebe, Dei genetrix,
ob Christi praemium,
Omnes te invocamus
in adiutorium,
Ut per te habeamus
aeternum gaudium.

12. Benedictus Dominus
semper timebitur,
Dum tuba resonabit,
mundus tremebitur,
Quid faciam, quando vix
iustus [salvabitur]?
Ex nunc ad te fugio,
ad quam refugitur.
13. Fructus tuus, domina,
fructus est caelicus,
De quo semper fruitur
chorus angelicus,
Ipsam mihi praebat
supernus medicus,
Ut in fine mihi sit
cibus salvificus.
14. Ventris tui thalamus
est habitaculum,
In quo Dei filius
sumpsit corpusculum,

- In quo pax iustitiae
contulit osculum,
Ipsam mihi praebat,
qui fecit saeculum.
15. Tui nati vulnera
fluxerunt sanguine,
De quo Dei filius
redemit hominem,
Ipse a me auferat
omnem rubiginem,
Ut videre valeam
eius imaginem.
16. Amen cantet dulciter
chorus angelorum,
Cum communi iubilo
omnium sanctorum,
Huic Mariae supplici
et Deo deorum,
Ut in fine nobis dent
gaudia caelorum.

Orat. ms. Cluniacense saec. 15. Cod. Parisin. Nouv. acq. 338. — 2, 4 spleris. — 2, 6 scito. — 5, 1 ad me fuit. — 5, 5 Allega. — 14, 6 obsculum. — 16, 7 dant.

88. Super Ave Maria.

1. Ave, desiderii
Flos et fons decoris,
Hortus refrigerii
Suavitas odoris,
Vixit improperii,
Speculum honoris,
Filia imperii
Parens conditoris.
2. Maria ut lilium
Florens inter spinas,
Mentibus humilium
Praebens medicinas,
Confer hic auxilium
Inter tot ruinas,
Placa nobis filium,
Aufer irae minas.
3. Gratia tu caelica
Plene irroraris,
Dum voce angelica
Pie salutaris,

- Quem lex evangelica
Praedicat, tu paris
Quae, ut gens famelica
Pascatur, curaris.
4. Plena ab initio
Gratia fuisti,
Carens omni vitio
Iesum concepisti,
Quae sine supplicio
Laeta peperisti,
Cuius beneficio
Virgo permansisti.
5. Dominus, rex gloriae,
Qui creata regit,
Ut narrant historiae,
Matrem te elegit,
Dulcis es memoriae,
Per quam hostes fregit
Iesus, dux victoriae,
Quique mala tegit.

6. Tecum specialiter
Decus angelorum,
Tecum corporaliter
Salus peccatorum,
Tecum aeternaliter
Iesus, dux iustorum,
Tecum est finaliter
Merces saeculorum.

7. Benedicta filia,
David stirpe nata,
Secundum utilia
Moysis mandata
Libans volatilia
Pro eodem grata,
Qui levat humilia
Premens exaltata.

8. Tu in mulieribus
Virgo singularis,
Vinum das pauperibus
Mutans aquas maris,
Opprimi sceleribus
Ne nos patiaris,
Sed bonis operibus
Frui largiaris.

9. Et benedictus igitur
Corpus suum dedit
His, a quis diligitur,
Dum in cena sedit,

Te vidente figitur
Cruci, sic obedit,
Ac prae te erigitur,
Dum ad patrem redit.

10. Fructus indeficiens,
Sanitas languentum,
Est Iesus eiciens
Cordis nocumentum,
Qui cunctis sufficiens
Nescit detrimentum,
Nos per te reficiens
Vitae dans frumentum.

11. Ventris secretarium
Tui, virgo pia,
Dei est sacrarium,
Cuius nos in via
Omne necessarium
Sortimur, Maria,
Per te donum varium
Nobis detur pia.

12. Tui nati gratia
Fundimus precamen,
Ut vivendi spatia
Donans adiuvamen,
Ne pro contumacia
Puniat reamen,
Servos ad palatia
Caeli ducat. Amen.

Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. ^{14/15}. A — Cod. S. Petri Salisburgen.
b VI 3. saec. 15. B. — Cod. S. Floriani XI 196. saec. 16. C. — Orat. ms.
Caelestin. saec. 15. Cod. Meten. 571. D. — Cod. Beverin. 629. saec. 15. E.

1, 5 Fructus puerperii A. — 2, 3 debilium BCE. — 2, 5 Confer his
A. — 3, 2 virgo nuncuparis A; plena BC. — 3, 5 Ut lex BC, Te lex E. —
3, 6 fert ignara maris BC; scit ignaram paris E. — 3, 7 mans famelica E;
Regem nobis gloriae BC. — 3, 8 Pascatur, consequaris E; Illibata paris
BC. — 4, 3 Carens omni E. — 4, 5 sq. fehlen C. — 4, 5 Hunc sine BC. —
5, 5 O felix memoriae BC; O dulcis memoriae E. — 5, 6 hostem BC. —
5, 7 Christus dux E. — 5, 8 Quia mala E. — 6, 3 aeternaliter BC. — 6, 5
Tecum finaliter BC; est finaliter E. — 6, 6 spes iustorum E. — 6, 7 est
aeternaliter E, et perenniter BC. — 6, 8 Merces est sanctorum B, iustorum
C; Est merces sanctorum E. — 7, 2 Stirpe David E. — 7, 5 Offers volatilia
E. — 7, 6 Pro eo Deo grata A. — 7, 7 elevans BC. — 7, 8 Premit C,
Premet B. — 8, 2 Mater E. — 8, 3 da CE. — 8, 6 Haud nos E. — 8, 8
Nos frui deprecari A; Uti largiaris C. — 9, 1 Et fehlt CE. — 9, 3 Isaac
diligitur BC. — 9, 5 cernente A. — 9, 7 per se A, pro te B. — 9, 8 Et
ad patrem E. — 10, 2 Suavitas BC. — 10, 3 Iesus ei sitiens A. — 10, 4
Orbis nocumentum E. — 10, 5 sq. und 7, sq. umgestellt BE. — 10, 8 da
E. — 10, 5—8 lauten in C:

Est cordis dulcedo Iesus Christus
Et dulcoramentum,
Me per te reficiens
Dat vitae frumentum.

11, 2 mater pia E. — 11, 3 Est Iesu sacrarium BC; Verum fit sacrarium E. — 11, 4 Hospite Messia BC. — 11, 5 Fitque (Fit es E) thesaurarium BCE. — 11, 6 De quo nos in via BCE. — 11, 7 Omne necessarium BCE. — 11, 8 Sortimur, Maria BCE. — 12, 3 Concedendo spatia BC; Des emendae spatia E. — 12, 4 Donas A; Dona C; Fini dans iuvamen E. — 12, 6 examen BCE. — 12, 7 Sed me ad B; Sed nos ad E. — 12, 8 ducas E.

89. Super Ave Maria.

- Ave ex patris omnipotentia,
Ave ex filii sapientia,
Ave ex spiritus sancti benignitate dulcissima.
Maria caelum et terram illuminans,
5. Gratia plena infundens omnes
Et replens te diligentes.
Dominus tecum, Dei patris unicus
Ac tui virginei cordis unigenitus,
Amicus et sponsus dulcissimus.
10. Benedicta tu in mulieribus,
Quae Evae fugasti maledictionem
Et aeternam impetrasti benedictionem,
Et benedictus fructus
Ventris tui, Iesus Christus,
15. Omnium creator ac Dominus,
Omnia benedicens et sanctificans,
Omnia vivificans et locupletans.
Fons signatus distillans oleum,
Para nobis cibum aethereum,
20. Pietatis et rorem melleum
Et emunda cor nostrum felleum.
Benedicta (tu) in mulieribus,
Quae de tuis castis visceribus,
Plena semper donis caelestibus,
25. Peperisti pacem hominibus.
Tu es civitas superni numinis,
Tuque claritas caelici luminis,
Tu es dignitas nostrae propaginis
Tuque pietas summae dulcedinis.

Orat. ms. Domus Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. — Vers 17 ff. scheinen einem anderen Rhythmus entlehnt.

90. Super Ave Maria.

- | | |
|----------------------------|--------------------------|
| 1. Ave fuit prima salus, | 2. Maria, dum salutaris, |
| Qua vincitur hostis malus, | Ab angelo sic vocaris, |
| Remordet culpa noxia | Nomen tuum daemonia |
| Quia nos. Ave Maria. | Repellit. Ave Maria. |

- | | |
|--|---|
| 3. Gratia sancti spiritus
Fecundavit te penitus,
Gratiarum nunc praemia
Da nobis. Ave Maria. | 10. Mulieribus omnibus
Repleris summis opibus,
Reple nos tua gratia
Egentes. Ave Maria. |
| 4. Plena tu es virtutibus
Prae cunctis caeli civibus,
Virtutes et auxilia
Praesta nunc. Ave Maria. | 11. Et post partum velut prius
Virgo manens te filius
Descendit velut pluvia
In vellus. Ave Maria. |
| 5. Dominus ab initio
Destinavit te filio,
Tu es mater et filia
Praefelix. Ave Maria. | 12. Benedictus sit filius
Adiutor et propitius,
Adiutrix et propitia
Sis nobis. Ave Maria. |
| 6. Tecum laetantur angeli
Et exsultant archangeli,
Caeli caelorum curia,
O dulcis ave Maria. | 13. Fructus tuus tam amavit,
Quod in te nos desponsavit,
Ut parentum opprobria
Deletes. Ave Maria. |
| 7. Benedicta semper eris
In terris et in superis,
Tibi nullus in gloria
Compar est. Ave Maria. | 14. Ventris claustrum baiulavit
Iesum, qui nos sorde lavit,
Nunc exores voce pia
Pro nobis. Ave Maria. |
| 8. Tu cum Deo coronaris
Et veniam servis paris,
Fac, nobis detur venia
Precibus. Ave Maria. | 15. Tui viroris speculum
Clarificat hoc saeculum,
Vitiorum flagitia
Purga nos. Ave Maria. |
| 9. In gentes movent proelium
Caro, mundus, daemonium,
Sed defende nos, o pia,
O clemens. Ave Maria. | 16. Iesus, salvator, filius,
Perducat nos superius,
Ubi regnas in gloria
Meritis. Ave Maria. |
| 17. Amen est finis salutis
Aperiens vocem mutis,
Aperi nobis, Maria,
Caeli portas ad gaudia. | |

Cod. Carolsruhan. s. n. anni 1440 [Mone II, 99] A. — Cod. saec. 15. Privatbesitz [Mone I. c.] B. — Str. 1 fehlt B. — 4, 1 Plena tue B. — 6, 1 laetentur A. — 6, 2 Te exsultant A; et exsultent B. — 7, 2 supernis B. — 9, 1 movetur B. — 10, 2 operibus B. — 10, 3 cum tua A. — 10, 4 Et gentes A. — 12, 1 sic B. — 13, 2 dispensavit A, dispensaris B. — 15, 1 Tui auroris A. — 16, 2 Perducas B. — 17, 2 voce B; mentis AB. — 17, 3 Opari B. — 17, 4 portas et gaudia B.

Mone bemerkt nach Ozanam, Italiens Franziskanerdichter (deutsch von Julius) S. 214: „Man hält Giacomone da Todi für den Verfasser dieses Liedes.“ Auch Chevalier's Repertorium nennt Iacopone schlankweg den Verfasser. Ich muß diese Angaben dahingestellt sein lassen. Soviel aber liegt wohl auf der Hand, daß der Dichter dieses Liedes und der des *Stabat mater* nicht ein und dieselbe Person sein konnten. Wer Iacopone dieses zuschreibt, sollte ihm jenes absprechen. Dasselbe gilt von dem Liede *Cur mundus militat*.

91. Super Ave Maria.

1. Ave fuit salus laeta,
Qua fuisti virgo feta
Verbo patris potentia,
Audi nos. Ave Maria.
2. Maria genetrix Dei,
Per quam salvi fiunt rei,
Depelle cuncta vitia,
Munda nos. Ave Maria.
3. Gratia plena fuisti,
Per quam mundo subvenisti
Lapso, Evae miseria
Leva nos. Ave Maria.
4. Plena donis caelestibus,
Divinis charismatibus
Es in caelesti gloria,
Trahe nos. Ave Maria.
5. Dominus ab initio
Te elegit pro filio
Matrem, cuius es filia,
Iuva nos. Ave Maria.
6. Tecum exstitit in corde,
Praeservans ab omni sorde
Spiritus almi gratia,
Salva nos. Ave Maria.
7. Benedicta parens talis,
Quam culpa originalis
Neque concupiscentia
Foedavit. Ave Maria.
8. Tu, o bona mater Christi,
Subvenisti mundo tristi
Nati tui clementia,
Rege nos. Ave Maria.
9. In sidereis sedibus
Dominaris prae omnibus,
Terram regis et maria,
Deduc nos. Ave Maria.
10. Mulieribus omnibus
Atque cunctis hominibus
Per te praestetur venia,
Concede. Ave Maria.
11. Et angeli restaurantur
Per te atque reparantur
Ac tota caeli curia,
Erige. Ave Maria.
12. Benedictus tuus natus,
Nostros qui tulit reatus,
Nos regat pro te in via,
Ductrix sis. Ave Maria.
13. Fructus est delectabilis
Natis Evae amabilis,
Sanans morbos et vitia,
Largire. Ave Maria.
14. Ventris reclusus in domo
Pro nobis factus est homo
Revocans ad caelestia
Perditos. Ave Maria.
15. Tui filii pretio
Redempti a supplicio
Sumus gratis, mater pia,
Protege. Ave Maria.
16. Iesus, saeculi salvator,
Dei, nostrum mediator,
Sua misericordia
Salvet nos. Ave Maria.
17. Gloria tibi, Domine,
Cum nato, sancto flamine
Ac tibi, genetrix pia,
Suscipe. Ave Maria.

Cod. Parisin. 3639. saec. 15/16. — 3, 2 surrexisti. — Dafs dies Lied Vor- oder Nachbild des vorhergehenden, wahrscheinlich letzteres, braucht kaum bemerkt zu werden.

92. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, fulgens maris stella,
Salve, Moysis fiscella,
Ave, virgo regia,
Maria, quae sine viro
Peperisti modo miro
Deum, per quem omnia.</p> | <p>5. In conclavi sumis Ave,
Verbum bonum et suave,
Ave, plenum gratiae,
Mulieribus prae cunctis,
Vivis nempe vel defunctis
Inventrix es gratiae.</p> |
| <p>2. Gratia tu singulari
Meruisti fecundari
Paritura puerum,
Plena tu virtutum rore,
Parientis sine more
Non dolebas uterum.</p> | <p>6. Et totius bonitatis
Fons es, de quo pietatis
Emanant deliciae,
Benedictus tuus fructus,
Qui delevit taetros luctus
Humanae miseriae.</p> |
| <p>3. Dominus hominem sumens,
Deum verum non consumens
Incarnari voluit
Tecum et per te, natura
Ut mutaret sua iura,
Nasci de te voluit.</p> | <p>7. Fructus tuus, o quam dulcis,
Quo nos refoves et fulcis
Contra carnis vitia,
Ventris tui fructum praesta
His, qui colunt tua festa
Alacri memoria.</p> |
| <p>4. Benedicta virgo Christi,
Quae serpentis contrivisti
Caput veneniferum,
Tu mutasti nomen Evae
Et vindictam mortis saevae
Per verbum deiferum.</p> | <p>8. Tui sumus, nos emenda,
Emendatos nos commenda
Iesu, tuo filio
Amen, amen ut cantemus,
Tecum simul ut regnemus
In caeli palatio.</p> |
15. Cod. Carlsruhan. Augien. 36. saec. ¹⁴/₁₅ A. — Orat. ms. Carthusian. saec.

93. Super Ave Maria.

1. Ave, in salutatione
Angeli feliciter
venerabilis,
Maria, in annuntiatione
Mundo desideranter
expectabilis.
2. Gratia in spiritus sancti superventione
Deo specialiter
consecrabilis,
Plena in conceptione
Christi incomparabiliter
habitabilis.

3. Dominus in gratiarum actione
Ecclesiae moraliter
imitabilis,
Tecum in filii generatione
Mundo ineffabiliter
honorabilis.
4. Benedicta tu in pannorum involutione
Spiritualibus spiritualiter
agnoscibilis,
In mulieribus in filii lactatione
Carnalibus carnaliter
admirabilis.
5. Et benedictus in gregum locatione,
Omni creaturae humiliter
supplicabilis,
Fructus in filii nominatione
Supercaelestibus inaestimabiliter
comparabilis.
6. Ventris in proximi admonitione
Virgo virtutum
germinabilis,
Tui in assumptione
Super omnes caelos post filium
exaltabilis.

Orat. ms. Domus. Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. — 2, 1 superventu spiritus sancti. — 2, 5 comparabiliter. — 2, 6 inhabitabilis. — 3, 4 generatione filii. — 5, 6 incomparabilis.

94. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, Iesse stirps regalis,
Castitatis lilium,
Maria, pontificalis
Trinitatis solium. | 4. Et benedictus est talis
Fructus, numen numinum,
Ventris ante virginalis
Et post partus terminum. |
| 2. Gratia te triumphalis
Decet, plena luminum,
Dominus, ens aeternalis,
Tecum fuit hominum. | 5. Tui prece specialis
Det vitae remedium
Iesus nobis, flos vernalis,
Et caelorum gaudium. |
| 3. Benedicta tu, natalis
Solvens nexus criminum,
In mulieribus talis
Nulla, virgo virginum. | 6. Amen dicat clericalis
Sicque chorus ordinum,
Atque gens universalis
Benedicat Dominum. |

Orat. ms. Thosanum saec 15. Cod. Bruxellen. 4948. A. — Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19824. saec. 15. B. — 2, 3 ens fehlt B. — est fehlt AB. — 4, 4 partum A. — 5, 3 flos virginalis A.

95. Super Ave Maria.

1. Ave, Iesse virgula,
Stella radiosa,
Rosa veris primula,
Tota liliosa,
Ago sine macula
Placens speciosa,
Lactis praebens pocula
Cunctis gratiosa.
2. Maria, spes hominis,
Latrix veri floris,
Virtus tibi numinis
Dat fructum dulcoris,
Claustrum tui virginis,
Zeta creatoris,
Viret vi spiraminis
Sine vae doloris.
3. Gratia gratissima
Mater genitoris,
Virgo praedulcissima,
Thalamus pudoris,
Sponsa venustissima,
Templum redemptoris,
Natum, clementissima,
Placa, stella maris.
4. Plena sancti spiritus,
Gabrielis ore
Concepisti caelitus
Absque carnis more,
Virgo velut primitus
Novo gaudens flore,
Pariens divinitus
Illaesio pudore.
5. Dominus rex nomine,
Eia, res miranda,
Homo fit pro homine,
Res summe laudanda,
Incarnatus flamine
Pro plebe salvanda
Nascitur de virgine
Digne veneranda.
6. Tecum tota trinitas
Fecit mansionem
Et perfecta caritas
Pegit unionem,
Claudis, Sion civitas,
Regem Salomonem,
Et tua virginitas
Vicit Pharaonem.
7. Benedicta filia
Regis angelorum,
Fragrans velut lilia,
Manna parvulorum,
Tua per auxilia
Ad regna polorum
Duc nos post exsilia,
Sola spes lapsorum.
8. Tu in mulieribus,
Virgo singularis,
Infinitis laudibus
Felix honoraris,
Tenebris sedentibus
Flagrans lux solaris,
Opem confer civibus,
Parens expers paris.
9. [Et benedictus] filius
Tuus, rex caelorum,
Frater noster socius,
Pater orphanorum,
Sol eclipsis nescius,
Panis angelorum,
Sit nobis propitius,
Salus perditorum.
10. Fructus delectabilis
Est de te productus,
Per quam Evae flebilis
Terminatur luctus,
Fit Deus placabilis,
Est serpens destructus,
Homo miserabilis
Ad vitam reductus.

11. [Ventricis tui] cellulam
 Rex sanctificavit,
 In qua mansiunculam
 Sibi adornavit
 Non habentem maculam,
 In te se locavit
 Virginalem arculam
 Et mundum salvavit.

12. [Amen] canit superis
 Chorus angelorum,
 Laus humani generis,
 Lima confessorum,
 Quae sedes a dexteris
 Regis saeculorum,
 Miserere miseris
 Tu nutrix eorum.

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14343. saec. 14. — 2, 5 tue. — 9, 7
 Sit nobilis propitius. — 10, 6 derelictus.

96. Super Ave Maria.

1. Ave, iubar aethereum,
 Lux rutilans in tenebris,
 Ave, claustrum virgineum,
 Honor decet te celebris
 Iucundaque laudatio,
 Quia fluis vitae flumen
 In vitiis enecatis
 Atque clarum reddis lumen
 Animabus excaecatis,
 Sol mundo nitet radio.

4. Plena misericordia
 Et magnis beneficiis,
 Per te sumens remedia
 Resultat terra gaudiis,
 Arbor decora, fulgida;
 Quia per te se salvari,
 Virgo, mundus videt clare,
 Te conatur venerari
 Et te viam cogitare
 Mens iam resurgat torpida.

2. Maria, hoc nomen tuum
 Nomen est admirabile,
 Quo daemones posse suum
 Sentiant esse debile
 Mortis confractis viribus,
 Quia ipso invocato
 A fidei fideliter
 Cedunt tibi commendato
 Daemonia celeriter,
 Nocturna lux viantribus.

5. Dominus, rerum creator,
 Qui formavit nos de limo,
 Per te noster fit salvator
 Factus homo ventris imo,
 Natus ineffabiliter;
 Quia culpa originis
 Solvi solum sic poterat,
 Ideo formam hominis
 In te sumens, quam fecerat,
 Poenas cucurrit fortiter.

3. Gratia multa replentur
 Recolentes te devote,
 Et si malis detinentur,
 Tu retrahis hos remote
 Tyrannum trudens vinculo;
 Quia ergo non repellis
 A te quemque viventium,
 Serva servum a procellis
 Me tradere quaerentium
 In mortem a discipulo.

6. Tecum autem humanitus
 Inhabitans Deus unus,
 Virginalis divinitus
 Conservavit tibi munus,
 Beata mater munere;
 Quia per te declaratur
 Mirabile mysterium,
 Omne genu nunc curvatur
 Tibi, mater, ob filium
 Iam lucis orto sidere.

- | | |
|---|--|
| <p>7. <i>Benedicta, benedicas</i>
 <i>Tibi benedicentibus,</i>
 <i>Mentes nostras fac pudicas</i>
 <i>Pulsis malis spiritibus,</i>
 <i>Absistat et vecordia;</i>
 <i>Quia per te fidelibus</i>
 <i>Benedixit iam creator,</i>
 <i>Ab ipso tuis precibus</i>
 <i>Benedictus sim peccator,</i>
 <i>Perfusa caeli gratia.</i></p> | <p>11. <i>Et ideo in hoc mundo</i>
 <i>Laudem cape principalem,</i>
 <i>In alto et in profundo</i>
 <i>Habens vim imperialem,</i>
 <i>Versa vice mortalium;</i>
 <i>Quia per omne saeculum</i>
 <i>Sic mereris exaltari,</i>
 <i>Virgo, tuum me famulum</i>
 <i>Te laudare fac conari,</i>
 <i>Infirma tu scis virium.</i></p> |
| <p>8. <i>Tu es tantae dignitatis,</i>
 <i>Quod reperit nullus talem,</i>
 <i>Vera mater veritatis,</i>
 <i>Deum nobis dans sodalem</i>
 <i>Per carnis contubernium;</i>
 <i>Quia ergo, virgo pura,</i>
 <i>Talis tantaque diceris,</i>
 <i>Dei merito factura</i>
 <i>Adorat te prae ceteris</i>
 <i>Caelestium, terrestrium.</i></p> | <p>12. <i>Benedictus sit genitus</i>
 <i>Ventris tui generosi,</i>
 <i>Per quem nobis introitus</i>
 <i>Regni patet gloriosi,</i>
 <i>Gaudet chorus caelestium;</i>
 <i>Quia ipsi diminuti</i>
 <i>Ab angelis superbia</i>
 <i>Passo nato restituti</i>
 <i>Homines sua gratia,</i>
 <i>Invicta spes credentium.</i></p> |
| <p>9. <i>In me, mater, cotidie</i>
 <i>Operare per gratiam,</i>
 <i>Aperi venam veniae</i>
 <i>Petenti indulgentiam</i>
 <i>Ad laudem tui nominis;</i>
 <i>Quia habes potestatem</i>
 <i>Et ligandi et solvendi,</i>
 <i>Propter tuam pietatem</i>
 <i>Me mali plenum horrendi</i>
 <i>Absolve nexu criminis.</i></p> | <p>13. <i>Fructus vitae multiplicat</i>
 <i>Vim virtutis magnae suae</i>
 <i>Et animas purificat</i>
 <i>Fructu sanctae carnis tuae,</i>
 <i>Quae sola virgo parturit;</i>
 <i>Quia fructus, quem das mundo,</i>
 <i>O Maria, spes supplicum,</i>
 <i>Actu viget tam fecundo,</i>
 <i>Alas eo famelicum,</i>
 <i>Per quem nec ales esurit.</i></p> |
| <p>10. <i>Mulieribus honorem</i>
 <i>Confers, gemma mulierum,</i>
 <i>Vivendique novum morem</i>
 <i>Et gaudium praebes verum,</i>
 <i>Quod Eva tristis abstulit;</i>
 <i>Quia in carne posita</i>
 <i>Praeter carnem tunc vixisti,</i>
 <i>Humilitati dedita,</i>
 <i>Ex te nata caro Christi</i>
 <i>Nos abluendo sustulit.</i></p> | <p>14. <i>Ventris tui sanctissimi</i>
 <i>Claustro nullus habitavit,</i>
 <i>Nisi verbum altissimi,</i>
 <i>Qui virginem te servavit</i>
 <i>Hostis a telo perfidi;</i>
 <i>Quia ergo cuncta vales</i>
 <i>Apud Iesum impetrare,</i>
 <i>Fac, Maria, nos mortales</i>
 <i>Per gratiam cursitare</i>
 <i>Ad cenam agni providi.</i></p> |

Orat. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Paris in (Arsen.) 419. A. —
 Orat. ms. Caelestinorum saec. 15. Cod. Meten. 571 B. — 12, 4 *Habens viam*
 A. — 13, 9 *Hominibus* A. — Der fünfte und zehnte Vers jeder Strophe sind
 Entlehnungen aus bekannten Hymnen.

97. Super Ave Maria.

1. Ave, lucis speculum,
virgo generosa,
Pudoris signaculum,
Stella luminosa,
Quae salvasti populum,
Mater gloriosa,
Pariendo parvulum,
Qui est legis glosa.
2. Maria, fons gratiae,
Decus castitatis,
Fons misericordiae,
Forma sanctitatis,
Radix innocentiae,
Stella puritatis,
Sedes sapientiae,
Templum deitatis.
3. Gratia multiplici
Iure decoraris
Donoque septemplici
Spiritus ornaris,
Credens verbo simplici
Christum, virgo, paris
Et mereris effici
Parens absque paris.
4. Plena medicamine,
Puteus dulcoris,
Nitens pulchritudine,
Vinculum amoris,
Culpa carens germine,
Salus peccatoris,
Absque viri semine
Mater salvatoris.
5. Dominus, rex omnium,
Deus maiestatis,
Mortis exterminium
Fonsque bonitatis,
Dulce refrigerium,
Auctor pietatis,
Te fecit sacrarium
Sanctae trinitatis.
6. Tecum pura virgine
Verbum incarnavit
Se rorante flamine,
Sicque liberavit
Populum a crimine
Teque consecravat
Et in caeli culmine
Summe sublimavit.
7. Benedicta domina,
Lumen angelorum,
Sursum super agmina
Regnans electorum,
Mundi mundans crimina,
Medela languorum,
Serve nos, ne sarcina
Premat peccatorum.
8. Tu in mulieribus
Iure dominaris,
Cum praecellis omnibus,
Virgo singularis,
Nostris fulge sensibus,
Fulgens stella maris,
Et a cunctis hostibus
Semper tuearis.
9. Et quis potest promere
Laudes matris tantae,
Quae Deum concipere
Spiritu confiante
Meruit et parere,
Virgo post et ante?
Deus pie vivere
Det ipsa rogante.
10. Benedictus genitus
Patri coequalis,
In secreto conditus
Aulae virginalis,
Descendit divinitus
Fieri mortalis,
Cuius nos interitus
Protegat a malis.

11. Fructus hic mirabilis,
Fructus generosus,
Fructus ineffabilis,
Fructus copiosus,
Fructus venerabilis,
Fructus pretiosus,
Fructus est perutilis
Et deliciosus.

12. Ventris habitaculum
Digne commendatur,
In quo pacis osculum
Mundo reformatur,
Qui non novit masculum,
Venter fecundatur,
De quo vitae pabulum
Cunctis propinatur.

13. Tui ergo famuli
Gratia renati
Supplicamus seduli
Sanctae trinitati,
Ut in fine saeculi
Simus Deo grati
Et regnemus singuli
Caelo collocati.

14. Amen, virgo regia,
Nimis insignita
Praecellenti gratia,
Nobis fiat ita,
Ut mundi miseria
Post mortem finita
Perfruamur gloria
In caelesti vita.

Orat. ms. Thosanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 4948. A. — Orat. ms. Windeshemense anni 1508. Cod. 7955. der k. k. Familien-Fidei-Kommisbibliothek in Wien. B. — 2, 3 Mons misericordiae B. — 2, 6 Cella probitatis B. — 2, 8 Templum puritatis B. — 3, 8 expers paris B. — 5, 7 solarium B. — 6, 3 De rorante B. — Statt Str. 8 hat B folgende drei Strophen eingeschoben, die nicht original sind:

Tu sedes in solio
Digne coronata
Et regnas cum filio
Mater candidata
Ac repleris gaudio
In caelis praelata,
Sed in terra miseris
Ades advocata.

In caelo glorificat
Angelorum decus,
Teque beatificat
Latinus et Graecus,

Namque te clarificat
Omne mundi decus,
Luceat haec claritas
Mihi, qui sum caecus.

Mulieribus piis
Tu es sublevatrix,
Ipsis quoque deviis
Tu es gubernatrix,
Omnibus et miseris
Es auxiliatrix,
Tu, virgo tam nobilis,
Sis mihi consolatrix.

10, 7 nos interius B. — 11, 7 Fructus a periculis B. — 11, 8 Sat deliciosus B. — 12, 4 reseratur B. — 12, 5 Quae non B. — 12, 6 Modo fecundatur B. — 12, 7 In quo vitae poculum B. — Nach Str. 14 schiebt B folgende zwei Str. ein:

Iesus nos eripiat
A coetu malorum,
Iesus nos edoceat
Passus electorum,
Iesus nos custodiat
Fine saeculorum,
Iesus nos promoveat
In regno caelorum.

Christus, qui in utero
Virginis locatur,
Christus, qui ab utero
De hac incarnatur,
Christus, qui pro saeculo
Hic humiliatur,
Det, ut nobis miseris
Vita tribuatur.

98. Super Ave Maria.

1. Ave, lux fidelium,
Rosa speciosa,
Mentis refrigerium,
Gemma pretiosa,
Reis dans remedium,
Vitis fructuosa.
2. Maria mirifica,
Pacis mediatrix,
Mira mundi medica,
Criminum mundatrix,
Spes lapsorum unica,
Pia consolatrix.
3. Gratia tu praedita
Pollens refulsisti,
Genitorem genita
Deum genuisti
Et nobis gratuita
Dona tribuisti.
4. Plena sacro numine
Concepisti pura
Sine viri semine,
Miratur natura,
Mystico spiramine
Christum paritura.
5. Dominus ingenuus
Pater te elegit,
Dominus te genitus
Matrem praelegit,
Dominus paracletus
Obumbrans te legit.
6. Tecum tota trinitas
Manet deitatis,
Residet immensitas
Summae bonitatis,
Sumitur humanitas
Verbo veritatis.
7. Benedicta femina,
Regina caelorum,
Angelorum domina,
Salus miserorum,
Quae transcendis agmina
Cuncta beatorum.
8. Tu in mulieribus
Sola virgo parens,
Eminens virtutibus,
Omni labe carens,
Signis mirabilibus
Toti mundo parens.
9. Et nunc iam feliciter
Prae cunctis beata,
Amore perenniter
Vere suscitata,
Mente, carne pariter
Es glorificata.
10. Benedictus filius,
Qui ex te est natus,
Clemens et propitius
Cunctis demonstratus,
Per quem homo devius
Fuit restauratus.
11. Fructus vitae nobilis,
fructus ventris tui,
Quo viator fragilis,
Si vult, potest frui
Et in te fit stabilis
Atque compos sui.
12. Ventris tui thalamum
Rex regum ornavit,
Velut scribae calamum
Sibi praeparavit,
Qui ut fragrans balsamum
Aromatizavit.
13. Iesus, salus hominis,
Tua sancta prece
Mundat labe criminis
Et ab omni faece,
Quotquot tui nominis
Servi volunt esse.
14. Virgo viri nescia,
Virgo singularis,
Tota plena gratia,
Clara stella maris,
Nostra pelle vitia
Nosque tuearis.

- | | |
|--|---|
| <p>15. Mater regis gloriae,
Flos humilitatis,
Lumen caeli curiae,
Norma sanctitatis,
Post cursum miseriae
Nos iunge beatis.</p> <p>16. Dei habitaculum,
Exemplar virtutis,
Puritatis vasculum,
Verae fons salutis,
Tu solvisti vinculum
Nostrae servitutis.</p> <p>17. Ora semper (ad) Dominum,
Advocata nostra,
Piis votis hominum
Piam te demonstra,
Purga sordes criminum
Et peccati monstra.</p> | <p>18. Pro nostris flagitiis,
Virgo, interpella,
Munda nos a vitiis,
Divinorum cella,
Ne mortis supplicii
Iungat nos procella.</p> <p>19. Nobis peccatoribus
Gratiam impende,
Pulsis pravis moribus
Virtutem impende,
Cunctis transgressoribus
Matrem te ostende.</p> <p>20. Amen fac nos prosequi
Tu, quae meruisti
Deo digne obsequi
In hac valle tristi,
Et sic tandem consequi
Regnum Iesu Christi.</p> |
|--|---|

Orat. ms. Alphonsi V. Arragoniae regis (1416— 1458). Cod. Londinen.
Add. 28, 962.

99. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| <p>Ave Maria,
Genitrix pia,
Gratia plena,
Virgo serena,</p> <p>5. Dominus tecum,
Tu quoque secum,
Benedicta
tu in mulieribus.
Castis pariens
Deum visceribus.
Et benedictus fructus,</p> <p>10. Ex hortulo productus
Ventris tui, Iesus,
Cui voce, votis omnibus
Tuis dignis precibus
Semper commendari</p> <p>15. Atque sociari
In caelo sursum
Post vitae cursum
Flagitamus
Et oramus.</p> <p>20. O Maria, de qua Christus
Dominus tecum miro pacto</p> | <p>Verbo in te carne facto
Ope trini conditoris;
O quam dulcis vis amoris!</p> <p>25. Benedicta tu
in mulieribus,
Hoc testantur omnes tribus,
Caeli fantur te beatam,
Super omnes exaltatam.
Et benedictus
fructus ventris tui,</p> <p>30. Quo nos semper dona frui
Propter gustum hic internum
Et post mortem in aeternum.
Sicut liliū inter spinas,
Sic Maria inter filias;</p> <p>35. Ipsa sole pulchrior,
Stellis caeli clarior,
Cunctis mihi carior.
Haec est optime formosa,
Prae ceteris mire speciosa,</p> <p>40. Vale, valde decora,
Et pro nobis
semper Christum exora.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Domus Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. —
Mit Vers 20 scheint ein neues Lied zu beginnen. Dann wäre Ave Maria
zu lesen. Zwischen 20 und 21 ist jedenfalls eine Lücke.

100. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, Maria nobilis,
Dum verbum verbo concipis,
Iam habes patrem et filium,
Hunc fac nobis propitium. | 3. Dominus tecum exstitit,
Qui morte vitam contulit,
Quos surgens fecit liberos,
Ad te perduc, ad superos. |
| 2. Gratia plena generas,
Quem tu, virgo, conceperas,
Quem lactasti sacro ubere,
Huius nos redde gratiae. | 4. Benedicta tu in mulieribus,
Cuius dulcis filius
Ascendit super sidera,
Huic nos reconcilia. |
| 5. Et benedictus fructus ventris tui,
Qui suo te conspectui
Dignam fecit sublimiter,
Hunc nobis placa iugiter. | |

Clm. Monacen. (ol. Alrispacen.) 2873. saec. 15.

101. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, Maria,
Provida, pia,
Proxima via;
Semper intercede
Pro me peccatore. | 5. In mulieribus,
Christi vulneribus
Sic tuis precibus
Semper intercede
Pro me peccatore. |
| 2. Gratia plena,
Lux peramoena,
Sancta philomena;
Semper intercede
Pro me peccatore. | 6. Et benedictus,
Qui fuit adflictus
Et tulit ictus;
Pro me peccatore
Semper intercede. |
| 3. Dominus tecum,
Sit quoque mecum,
Sta semper secum;
Semper intercede
Pro me peccatore. | 7. Fructus ventris tui,
Per te sumus sui,
Peto Deo frui;
Semper intercede
Pro me peccatore. |
| 4. Benedicta tu,
Maxima statu
Supplico stratu;
Semper intercede
Pro me peccatore. | 8. Iesus Christus. Amen,
Tu funde precamen
Et posce solamen,
Semper intercede
Pro me peccatore. |

Orat. ms. Domus Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl.
375. — 5, 3 Ita tuis. — 6, 2 fuit percussus. — 8, 3 Et fehlt.

102. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, mater Dei, ave,
Quae per verbum hoc suave
Natos Evae solvis a vae,
Virgo sine macula;
Maria, tu stella maris,
Spes reorum singularis,
Dei natum, virgo, paris
Sine viri copula.</p> <p>2. Gratia, quam meruisti,
Solvit nos a iugo tristi
Per Deum, quem concepisti,
Qui gubernat singula;
Plena omni puritate,
Nos ab hostis potestate
Reos tua bonitate
Tuere per saecula.</p> <p>3. Dominus, qui te creavit,
Carnem sumens habitavit
In te, per quam expiavit
Protoplasti scelera;
Tecum Deus, virgo pura,
Creatorem creatura
Paris contra carnis iura,
O virgo puerpera.</p> <p>4. Benedicta, gratiosa,
Dei mater gloriosa,
Fac, ut nobis sint exosa
Delictorum crimina;
Tu caelorum es regina,
Peccatorum medicina,
Florens rosa sine spina,
Tu es mundi domina.</p> | <p>5. In caelis tu principaris
Et in terris dominaris,
Sic prae cunctis expers paris,
Tibi sunt imperia;
Mulieribus amanda
Es, Maria veneranda,
Quarum sexus est miranda
Salutis materia.</p> <p>6. Et ruina reparatur
Evae, per te salus datur,
Eva in Ave mutatur
Evae verso nomine;
Benedictus tuus natus,
Pro peccatis morti datus
Et in carne cruciatus
Misero pro homine.</p> <p>7. Fructus tuus, Deus homo,
Protoplastum lapsum pomo
Relevavit et in domo
Relocavit caelica;
Ventris tui dulcis fructus
Finem fecit nostri luctus,
Et evasit maris fluctus
Plebs Israelitica.</p> <p>8. Tui servi defendantur
Nec ab hoste conterantur,
Per te, virgo, sed fruantur
Summi regis gloria;
Amen, amen iubilemus,
Et Mariam collaudemus,
Ut cum ipsa conregnemus
In caelesti curia.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375. A. — Cod. Carollsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. B. — 1, 6 virili B. — 2, 3 Per fehlt B. — 4, 1 generosa B. — 5, 1 In caelestis B. — 5, 2 Tu in B. — 5, 7 es B. — 6, 2 Ave per te Deus salus datur B. — 7, 3 Revelavit B. — 8, 1 Tui servi minantur B. — 8, 3 servantur A. — Nach 8, 4 schiebt A ein:

Iesus Christus illud praestet,
Ne post mortem nos molestet
Mors secunda nec infestet
Te protegente, domina.

103. Super Ave Maria.

1. Ave, mater gratiae,
Fons misericordiae,
Vitae medicina,
Summa porta veniae,
Speculum iustitiae,
Caelica regina.
2. Maria tu diceris,
Merito prae ceteris
Debes honorari,
Tolle sordes scelerosis,
Da medelam vulneris,
Virgo carens pari.
3. Gratia tu dignior,
Mitis et humilior
Omni creatura,
Stellis, sole pulchrior,
Pudore nobilior,
Virgo semper pura.
4. Plena sancto flamine
Caelestique lumine
Semper circumdata,
Munda nos a crimine
Et in caeli culmine
Duc, virgo beata.
5. Dominus, rex omnium,
Te fecit triclinium
Summae maiestatis,
Non perdens per filium
Nec per puerperium
Florem castitatis.
6. Tecum non abhorruit,
Sed intrare voluit,
Mater ut dicaris,
Gabriel te terruit,
Verbum tibi praebuit,
De quo mirabaris.
7. Benedicta femina,
Virgo, caeli domina,
Mater salvatoris,
Cor meum illumina,
Propter nostra crimina
Roga cunctis horis.
8. Tu sola concipere
Puerumque parere
Christum meruisti,
Hinc pro nostro scelere
Preces velis fundere,
Mater Iesu Christi.
9. In caelesti solio
Nos iunge palatio,
Virgo, beatorum,
Funde preces filio,
Ne nos in exilio
Simus damnatorum.
10. Mulieribus o pia,
Per te fit miseria
Nostra revocata,
Pelle procul vitia
Audique suspiria,
Mater exaltata.
11. Et da nobis gratiam
Daemonis saevitiam
Semper superare,
Voca nos ad patriam
Et misericordiam
Velis impetrare.
12. Benedictus filius,
Carnem sumens plenius
Ex te, benedicta,
Purget nos interius,
Ut sequamur melius
Salvatoris dicta.
13. Fructus ex te genitus
Fuit sancti spiritus,
Qui te sic amavit,
Verbum misit caelitus,
Incorruptam penitus
Te semper servavit.
14. Ventris claustro prodiens,
Pro nobis suscipiens
Incarnationem,
Et tu, mater, pariens
Semen viri nesciens
Nec corruptionem.

15. Tui nati filia
Genetrix egregia,
Nutrix orphanorum,
Te ducente praevia
Vocer ad caelestia
Regis angelorum.

Cod. S. Floriani XI. 172. saec. 15. — 1, 1 gratiosa. — 6, 3 diceris. — 7, 5 Et propter. — 8, 5 Hunc. — 12, 2 sumans. — 13, 2 spiritus sanctus. — 15, 5 Vocemur.

104. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, mater gratiae,
Thalamus pudoris,
Fons misericordiae,
Salus peccatoris,
Thronus regis gloriae,
Templum redemptoris. | 6. Tecum tota trinitas
Fecit mansionem,
Sed immensa caritas
Pegit unionem,
Claudit Sion civitas
Verum Salomonem. |
| 2. Maria, flos virginum,
Virens maris stella,
Mediatrice hominum,
Trinitatis cella,
Tergens sordes criminum,
Frangens hostis bella. | 7. Benedicta viscera,
Quae digna fuere,
Expiantem scelera
Mundi portavere,
Quae virtutum opera
Nobis parvere. |
| 3. Gratiae septemplex
Donis te vallavit,
Cum summi rex apicis
Caelos inclinavit,
Ut verbis prophetis
Dudum praesignavit. | 8. Tu in mulieribus
Virgo singularis,
Cumulatis laudibus
Digne veneraris,
Ut in luminaribus
Praeest lux solaris. |
| 4. Plena sancti spiritus,
Fusa caeli rore,
Concepisti caelitus
Absque carnis more,
Virgo velut primum
Novo praestans flore. | 9. Benedictus filius
Tuus, rex caelorum,
Sortis nostrae socius,
Panis angelorum,
Sol eclipsis nescius,
Messis beatorum. |
| 5. Dominus, rex omnium,
De sede paterna
Venit in exilium,
Non linquens superna,
Rex ante principium,
Quem timent Averno. | 10. Fructus delectabilis
Est de te productus,
Per quem Evae flebilis
Terminatur luctus,
Fit Deus placabilis,
Daemon est seductus. |

11. Ventr̃is tui thalamus,
Arca testamenti,
Fragrat sicut balsamus
Christo venienti,
Aromatum thalamus
Nostri condimenti.

Clm. Monacen. (ol. Emmeramen.) 14343. anni 1351. — 3, 5 Proverbis prophet̃icis; lies Prout verbis? — 5, 4 relinquens. — 7, 4 patuere. — 8, 5 Iter luminaribus. — 10, 1 dilectabilis. — Aufschrift: „Ave Maria rimata.“

105. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, mater gratiae,
Virgo tu Maria,
Tota pulchra facie,
Mit̃is atque pia,
Stantibus in acie .
Dux sis cum Messia,
Ne daemon fallaciae
Ducat nos de via. | 5. Dominus, rex gloriae,
Qui creata regit,
Te, dulcis memoriae,
In arcam elegit,
Qua dispensatorie
Carnis arma tegit,
Quibus vi victoriae
Hostes nostros fregit. |
| 2. Maria, o lilium
Florens inter spinas,
Mentibus debilium
Praebens medicinas,
Conferas auxilium
Inter tot ruinas,
Placa nobis filium,
Aufer eius minas. | 6. Tecum spiritaliter
Deus angelorum,
Tecum corporaliter
Salus peccatorum,
Tecum est finaliter
Iesus, dux iustorum,
Tecum aeternaliter
Est merces sanctorum. |
| 3. Gratia tu caelica
Plene irroraris,
Dum voce angelica
Blande salutaris,
Tandem vi deifica
Panem vitae paris,
De quo cum famelica
Plebe satiaris. | 7. Benedicta filia,
David stirpe nata,
Fac nobis utilia
Moysis mandata,
Ut simus altilia
Ad immolandum grata,
Doce nos humilia
Comprimens elata. |
| 4. Plena ab initio
Gratia fuisti,
Carens omni vitio
Iesum concepisti,
Hunc sine supplicio
Laeta peperisti,
Cuius beneficio
Virgo permansisti. | 8. Tu in mulieribus
Virgo singularis,
Quae castis visceribus
Deum nobis paris,
Purga a sceleribus
Precibus praeclaris
Bonisque operibus
Frui largiaris. |

- | | |
|--|--|
| <p>9. Et benedictus igitur,
 Qui se cibum dedit,
 Quo homo reficitur,
 Qui per fidem credit,
 Qui a patre mittitur,
 A quo non recedit,
 Carne per te gignitur
 Et ad patrem redit.</p> <p>10. Fructus indeficiens
 Salus est languentum,
 Iesus, et reficiens
 Cordis munimentum,
 Nos per te reficiens
 Vitae det fomentum,
 Qui cunctis sufficiens
 Nescit detrimentum.</p> | <p>11. Ventr̃is secretarium
 Regum rex intravit
 Et quasi sacrarium
 Hoc inhabitavit,
 In quo thesaurarium
 Se nobis paravit,
 Ex quo necessarium
 omne propinavit.</p> <p>12. Tui status gratia
 Fundimus precamen,
 Des emendae spatia
 Praebens adiuvamen,
 Ne pro contumacia
 Puniat examen,
 Sed nos ad palatia
 Caeli ducat. Amen.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Eberspergense saec. 15. Clm. Monacen. 6053. A. — Orat.
 ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19363. B. — 10, 7 sq. fehlen A.

106. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Ave, mater illibata,
 Nostri salvatoris,
 Multis privilegiata
 Signis et honoris,
 In conceptu consecrata
 Spiritu amoris,
 Prius sancta, quam es nata
 De claustro pudoris.</p> <p>2. Maria, per dignitatem
 Tam sublimis puritatis
 Meam dele foeditatem,
 Quam contraxi de peccatis,
 Infundens serenitatem
 Pacis et tranquillitatis,
 Sic ut veram claritatem
 Apprehendam cum beatis.</p> <p>3. Gratia divinitatis
 Pulchra et ornata,
 Arca sanctae trinitatis
 Es in mundo nata,
 Sacramenta pietatis
 Per te sunt allata
 Ac fomenta pravitatis
 Daemonum prostrata.</p> | <p>4. Plena terra, maria
 Signis et laetitiis,
 Inferus et aethera
 Sint de natalitiis
 Tuis, virgo regia,
 Solve nunc a vitiis
 Me et tandem socia
 Summis cum deliciis.</p> <p>5. Dominus te honoravit,
 Te verum puerulum,
 Cum te mater praesentavit
 Portans te in templum,
 Te ibidem collocavit
 Super gradum infimum,
 Mox te mire confortavit
 Per ascensum omnium.</p> <p>6. Tecum coetus virginum
 Ibi habitavit,
 Regem exercituum
 Pariter laudavit,
 Sanctum vero angelum
 Deus deputavit,
 Semper qui ad libitum
 Tibi ministravit.</p> |
|---|--|

- | | |
|--|---|
| <p>7. <i>Benedicta clamat</i>
Gabriel, qui mittitur,
Regem quem annuntiat,
Hic a te concipitur,
Inde homo iubilat,
Quia sic eripitur,
Sed tristanter eiulat
Daemon, qui decipitur.</p> | <p>11. <i>Fructus tuus legislator</i>
Legibus subicitur,
Captivorum liberator
Hostiis redimitur,
Rerum omnium portator
Brachiis amplectitur
Simeonis, ac salvator
Mundi benedicitur.</p> |
| <p>8. <i>Tu sinus paenitentium,</i>
Vitae medicina,
Iubilus laetantium,
Virginum regina,
Tu palma certantium,
Me serva a ruina,
Reductrix errantium,
Nunc gratiam propina.</p> | <p>12. <i>Ventris tui virginalis</i>
Sacra depuratio
Mentis meae criminalis
Fortis sit purgatio,
Ne me tangat infernalis
Dura cruciatio,
Sed soletur aeternalis
Potius salvatio.</p> |
| <p>9. <i>In mulieribus cunctis</i>
Te humiliasti,
In montana nimis
Ire festinasti,
Prompta et servilis
Elisabeth visitasti,
Parentem Iohannis,
Quam pie salutasti.</p> | <p>13. <i>Iesus, tuus dulcis natus,</i>
Ad te venit in agone,
Sanctis omnibus vallatus
Sic cum iubilatione
Grandi te ab incolatus
Huius duxit regione,
Omnis gaudet nunc beatus
Tua fruens visione.</p> |
| <p>10. <i>Et benedictus Iesulus</i>
Tunc laetificavit
Vatem, qui in utero
Matris exsultavit
Et eum cum gaudio
Adesse nuntiavit,
Quem postea cum digito
Venisse demonstravit.</p> | <p>14. <i>Christus suae ob amorem</i>
Matris nobis miseris
Sic succurrat, ut squalorem
Hic vitemus criminis,
Ne cum daemone foetorem
Sentiamus carceris,
Sed Mariae per favorem
Sociemur angelis.</p> |

Cod. S. Petri Salispurgen. a III 10. saec. 15. A. — Orat. ms. ss. Udal-
rici et Aerae saec. 15. Cod. Augustan. s. n. B. — 1, 4 Signis nec non et
horis B. — 1, 7 es fehlt B. — 1, 8 claustra A, claustris B. — 2, 7 ut fehlt
A. — 3, 6 sint A. — 4, 3 aetherea A. — 5, 2 Te fehlt B. — 5, 4 Portans
ante templum B; lies: portans te ante? — 5, 5 Te ibi collocavit AB. —
6, 4 Pariterque B. — 6, 5 verum A. — 6, 6 Dominus A, deportavit B. —
6, 7 quod ad B. — 7, 7 tristantur A. — 8, 1 Tu si vis B. — 8, 6 und 7
fehlen B. — 9, 5 servilis A. — 9, 8 Quem A. — 10, 3 in fehlt B. — 11, 4
Hostium B. — 11, 7 ac fehlt A. — 11, 8 Ac mundi A. — 12, 5 tanget A. —
12, 7 solvetur A. — 13, 3 omnibus solaciis A. — 13, 4 Sit B. — 13, 6
dixi A. — 14, 1 ob amorem suae AB. — 14, 4 Hic fehlt A. — Aufschrift
in A: Septem gaudia festivitatum sanctae Mariae Virginis.

107. Super Ave Maria.

1. Ave, mater pietatis,
Fons totius bonitatis,
Ave, decus honestatis,
Nobile triclinium;
Ave, virgo Deo digna,
Dulcis, mitis et benigna,
Tuo nato nos consigna,
Deitatis scrinium.
Ave, decens legis glosa,
Dulcis angelorum prosa,
Florens paradisi rosa,
Exemplum humilium;
Ave, ligni vitae fructus,
Per quem Adae cessat luctus,
Per te mundus est reductus
Placa tuum filium.
2. Maria, thronus summi regis,
Signatus liber suae legis,
Sinu tuo reum tegis
Et confortas debiles;
Maria, patris massa pura,
Fillique vestitura,
Paranymphe impressura
Labes aufer flebiles.
Maria, umbra trinitatis,
Quies summae deitatis,
Claritas humanitatis,
Relevare labiles;
Maria, sidus firmamenti,
Solamen deficienti,
Da cibum esurienti
Et confirma stabiles.
3. Gratia patris te pavit,
Filius te illustravit,
Spiritus te confirmavit
Nobis pro auxilio,
Gratia tu salutaris,
Gratia tu replearis,
Gratia tu Deum paris,
Tutela humilio.
Gratia tu nuncuparis
Digne clara lux solaris,
Tu es clara stella maris,
Ductrix in exsilio;
- Gratia tu relevasti,
Lapsum mundum recreasti,
Reum reconciliasti
Tu cum tuo filio.
4. Plena digna omni laude,
Mater regis summi, gaude,
Sion filia, tu plaude,
Sponsus tuus clamitat;
Plena miseratione,
Nobilis es natione,
Consolatrix ratione
Omni, qui te invocat.
Plena Dei claritate,
Plena Christi caritate,
Plena omni puritate,
Pietas te incitat;
Plena cistis caeli rore,
Hocque Gabrielis ore
Nuntiatur, quod in flore
Aaron denuntiat.
5. Dominus te exaltavit,
Supra astra te levavit,
Angelis te praedotavit
Aeterna in laetitia;
Dominus, qui cuncta regit,
In reginam te elegit,
Tibi cunctaque subegit,
Per te fugat vitia.
Dominus, qui cuncta pavit,
Te in matrem ordinavit
Peccatorum et fugavit
Daemonis saevitia;
Dominus per te transivit,
Limbum fregit, sicut scivit,
* * * * *
Auferens supplicia.
6. Tecum erat, dum crearet
Caelum, terram, dum formaret
Solem, lunam, dum plasmaret
Protoplasti faciem;
Tecum inundantiam stravit,
Arcam Noë dum dolavit,
Babelitas dum prostravit,
Superborum aciem;

Tecum Abraham oboedivit,
Isaac dum parturivit,
Adfuisti, dum rescivit
 Fraudem matris in aciem,
Tecum Iacob speculabat,
Tres et unum adorabat.
Moyses, dum liberabat
 Israelis glaciem.

7. Benedicta benedicis,
Nuntio non contradicis,
Lapsum hominis prospicis,
 Dulcis Christi damula;
Benedicta sic respondit,
Seque filio despondit
Gabriel, ei spondit:
 Ecce, Dei famula;
Benedicta vocitaris,
Dei filium dum paris,
Ab Herode dum fugaris,
 Mitis Dei mammula.
Benedicta, quod produxit
Magos, Bethlehem conduxit,
Quibus gratia illuxit
 Novae lucis flammula.

8. Tu cum tuo lacte pasti
Ipsam, semper quem amasti,
Per quod mundum recreasti
 Novum ab initio;
Tu sub cruce tormentatum,
Mortuum et flagellatum
Conspicis et cruentatum
 Iniquo iudicio;
Tu semper secum fuisti,
Ipsam pati praescivisti,
Simeon, dum obtulisti,
 Praedixit praeiudicio.
Tu natum amoenum multum,
Terrae traditum, sepultum,
Perforatum atque cultum
 Cernis sine vitio.

9. In sepulcro existente
Licet corpore absente,
Tamen anima praesente
 Erat tuus filius;

In prima luce, dum surrexit,
Tristem matrem te respexit,
De tristitia erexit
 Te consolabilius;
In quadraginta die fertur
Caelum Christus, ut refertur,
Tecum erat, ut repertur,
 Deitas habilis,
In fine dum emigrasti,
Toto mundo impetrasti
Gratiam regina Vasthi
 Plus favorabilis.

10. Mulieribus dedisti
Honorem, restituisti,
Quem eis parentes tristi
 Per fructum perdidierant,
Mulieribus honorem,
Non tamen deteriorem
Habuerunt, quam priorem
 Parentes amiserant;
Mulieribus donare
Et viduas consolare
Virginesque confortare
 In gratia, ne pereant;
Mulieribus assiste
Propter matrem tuam, Christe,
Nostris aemulis resiste,
 Nos ut non decipiant.

11. Et succurre tuae genti
In hac vita nunc degenti,
Contra hostes servienti
 Adesto propitius,
Et propter tuam veritatem
Et propter matris sanctitatem
Praesta nobis sanitatem,
 Te supplico frequentius;
Et quae angelis praeifulget,
Peccatoribus indulget,
Nostris mentibus refulget,
 Ut regnemus tutius,
Et in tempore nostrae mortis
Defensatrix esto fortis,
Paradisi iunge portis,
 Hortor te attentius.

12. Benedictus consolator
Et salutis nostrae sator,
Cunctarum rerum creator,
Hominis, qui periit;
Benedictus benedictam,
Nimis sub cruce afflictam,
Humano generi astrictam
In salutem edidit;
Benedictus fructus tuus,
Alta cruce qui pependit,
Corpus suum hic impendit
Opus amicitiae.

.
.
.
.

13. Fructus dulcis paradisi,
Qui te mandunt, sunt provisi,
Qui te spernunt, sunt decisi
De mensa laetitiae;
Fructus vitae nobis praestet,
Hora mortis ut non restet,
Quod iniquus non infestet
Maior immunditiae,
Fructus ligni vitae ruit,
[Fructus] qui peccata luit,
Fons de paradiso fluit
Omnesque deliciae.

.
.
.
.

14. Ventris claustra pertransivit
Regum rex et se vestivit
Homine et amicitiv
Sua de clementia;
Ventris tui claustra clausit,
Nobis dulciter adplausit,
Nostra scelera exhausit
Auferens daemonia;

Ventris tui medicina
Nos conservet a ruina
Et propinet nobis vina
Suaque prudentia;
Ventris tui balsamita
Nobis donet in hac vita
Sanitatem, redimita
Dei sapientia.

15. Tui sumus, nos conserva
Et a malis nos praeserva,
Tuo nato nos inserva
In caelesti patria;
Tui sumus, nos tuere,
Tuae visionis verae
Iunge in caelesti aere,
Dona nobis atria;
Tui sumus, tu nos munda,
Ne nobis peccati unda
Adversetur, fortis funda
Davidis, in latraria.

.
.
.
.

16. Iesus Christus, flos de flore,
Qui a Gabrielis ore
Nuntiatur, hic de rore
Caeli nobis tribuat;
Iesus Christus, vitis vera,
Bona fide et severa,
Mente pura et sincera
Nobis se exhibeat;
Iesus Christus, summi patris
Verbum, plenum maiestatis,
Nos conservet a peccatis,
Quas nobis prohibeat;
Iesus Christus legislator,
Nostrae vitae conservator
Veritatisque amator,
Ille nos possideat.

Cod. S. Petri Salisburgen. b I 20. saec. 15. — 2, 6 vestura. — 2, 16 affirma. — 3, 6 Lies replebaris? — 5, 6 In regnum. — 5, 9 paravit. — 5, 12 saevitia scheint der Reim zu schützen. — 6, 10 varivit. — 7, 6 Eque filio. — 9, 7 te erexit. — 10, 3 parens. — 10, 7 Habuerat, quem. — 11, 3 saevienti. — 12, 9 fehlt der Reim. — 12, 10 Qui pependit alta cruce. — 14, 3 Homo et. — 14, 11 propinat. — 16, 9 Iesu Christe. — Am Schlusse folgt noch: Anno Domini M quadringentesimo quadragésimo nono menseque septeno sedulo hoc perficitur. Dann:

1. In hac laude matris Dei
Precor, miserere mei,
Tu es salus nostrae spei,
Mihi nunc adhaereas.
Nunc adesto consolatrix,
Animae illuminatrix,
Angelorum imperatrix,
Me, rogo, ne pereas.
2. Reum [nam]que me cognosco,
Pietatem tuam posco,
Ut non tradar turpi roscō,
Praesta, quod non perear;
Lumina, ut possim dictare,
Facta mea illucidare
Et prae omnibus te amare,
Dona, quod hoc merear.
3. Cum sum scriba vocatus,
Nec tamen illuminatus,
Meos dilue reatus
Mihique coopera,
Ut sciam probari,
Possim et illuminari
Atque persaepe explicare
Cuncta bona opera.
4. Sic ut possim impetrare
Tuum corpus salutare,
Dum contingit separare
Animam de corpore.
Amen dicat omnis homo,
Ut conservet nos in domo,
Gratiae et omni bono
Repleamur omni tempore.

Es braucht wohl nicht bemerkt zu werden, daß in diesem Liede noch manches Fehlerhafte, manches Rätselhafte unbehoben, ungelöst bleibt.

108. Super Ave Maria.

1. Ave, mater pietatis,
Puella humilitatis,
Castitatis lilium,
Sanctum parans dignitati
Verbi patris incarnati
Ventris domicilium.
2. Maria, nubes nitoris,
Funde nobis stillas roris
Ac lumen scientiae
Ex triclinio fulgoris,
Ubi latet mel dulcoris
Et thesaurus gratiae.
3. Gratia fis praedotata,
Qua manens virgo sacrata
Es mater puerpera;
Dudum in rubo monstrata,
O tu rosa colorata,
Christo nos confoedera.
4. Plena Dei caritate,
Stella nitens claritate
Christi novi sideris,
Adornata venustate,
Decorata sanctitate
Super omnes crederis.
5. Dominus te fecundavit,
Suam matrem consecravit
Divino charismate,
Virtutibus illustravit,
Super caelos sublimavit
Flante sacro neumate.
6. Tecum, nobilis regina,
Sacra manet medicina
Mira efficacia,
Nos praeservans a ruina
Et confortans ad divina
Dei providentia.
7. Benedicta stella maris,
In decore singularis,
Caritatis vinculum,
Mihi, mater principalis,
Praesta, candor virginalis,
Iustitiae cingulum.
8. Tu speculum sanctitatis,
Signaculum castitatis,
Tus mirae fragrantiae,
Tu oleum lenitatis,
Ferculum divinitatis,
Murra paenitentiae.

- | | |
|--|--|
| <p>9. In intimis nos irrora,
 Ardens seu splendens aurora,
 Virga florem germinans,
 Cum sis nimium decora,
 Pro nobis semper exora,
 Summi lumen generans.</p> <p>10. Mulieribus, o stella,
 Per te, nobilis puella,
 Datur benedictio,
 Tu es aromatum cella
 Et charismatum fiscella
 Dedicata filio.</p> <p>11. Et benedictus in donis,
 Mater nostri Salomonis,
 Sit, quae nobis contulit,
 Qui iure redemptionis
 Per vim suae passionis
 Mortem nobis abstulit.</p> | <p>12. Fructus dulcis, fructus gratus,
 Nostros purgans cogitatus,
 Christus, rex iustitiae,
 Qui maligni principatus,
 Hostiles fregit conatus
 Et sceptrum superbiae.</p> <p>13. Ventrīs tui fons redundans
 A peccatis mundum mundans
 Dilabatur largius,
 In gratiis est abundans,
 Cum arens cor est fecundans,
 Exuberat dulcius.</p> <p>14. Sancta Maria, precare
 Tuum sanctum salutare
 Sanctumque paraclitum,
 Ut velit nos illustrare
 Et post mortem aggregare
 Coetibus regnantium.</p> |
|--|--|

Cod. Oxonien. Canon. Bibl. 12. (ol. Carthus. Roman.) saec. 18. add.
 saec. 14/15. — 9, 6 Summe.

109. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, mater salvatoris
 Et fons misericordiae,
 Tu es aula creatoris
 Et radix indulgentiae,
 Tu flos fragrantis odoris
 Et porta patientiae,
 Reatus cordis et oris
 Nostri dissolvas hodie.</p> <p>2. Maria, quae puerpera
 Meruisti nominari,
 Ut beata sunt ubera,
 Quibus voluit lactari
 Christus, ecce, gens misera
 A te petit adiuvari,
 Ut ducas hanc ad aethera
 Sursum tecum gloriari.</p> <p>3. Gratia te illustravit
 Is, qui Deus est deorum,
 Et caelo te collocavit
 Cum agmine angelorum,</p> | <p>Super omnes te amavit,
 Sancta mater orphanorum,
 Te, benedicta, levavit
 Super choros angelorum.</p> <p>4. Plena tu es caritatis,
 Virgo, mater Dei pura,
 Tu es fons humilitatis
 Sancta testante scriptura
 Atque flos virginitatis,
 Pone nos in tua cura,
 Ut det dextra deitatis
 Gaudia nobis futura.</p> <p>5. Dominus, factor omnium,
 Te specialiter regit,
 Ut lilium convallium
 Inter omnes te elegit,
 Nam per te primum vitium
 Ad nihilum mox redegit
 Et consortem caelestium
 Excellenter te subegit.</p> |
|--|--|

6. Tecum omnis humilitas
Inhabitare voluit,
Et ad hoc tota trinitas
In te manere debuit,
Unde beata deitas
Humanam carnem induit,
Sed propter hoc virginitas
Tua corrupta non fuit.

7. Benedicta tu, domina,
Es atque venerabilis,
Peccatorum es piscina
Et rosa delectabilis,
In mundo non est femina,
Quae sit tibi consimilis,
Duc nos ad caeli culmina,
Deo quae es amabilis.

8. In mulieribus nata
Tu fuisti beatior
Et regina caeli alta
Atque lacte candidior
Et virtutibus ornata
Ceterisque humilior,
Ad exstinguendum peccata,
Virgo, nulla te melior.

9. Et benedictus filius,
Quem portare meruisti,
Nihil eo est dulcius,
Quem tu, virgo, baiulasti,

Orat. ms. Caelestin. Parisien. saec. 15. Cod. Parisien. 18571.

Nec quid te mirabilius,
Nam semper virgo man-
sisti,
Per te nobis propitius
Sit puer, quem nutriti.

10. Fructus tuus sanctissimus
Bonum reddidit odorem,
Ipse fuit piissimus,
Dum per suam passionem
Omnes redempti fuimus,
Suum monstravit amorem
Nobis, dum hunc invenimus
Ita bonum redemptorem.

11. Ventris tui assumere
Voluit habitaculum
Dominus, qui redimere
Voluit suum populum
Ab infernali carcere,
Et ob hoc crucis poculum
Dignatus est assumere,
Quod est nostrum obsta-
culum.

12. Tui nati, o Maria,
Virgo praeclara, sanguine
Mundemur ac prece pia
Omni mortali crimine
Et de morte improvisa,
Cum tuo sancto agmine
Nos habeamus gaudia
In sempiterna requie.

110. Super Ave Maria.

1. Ave, mater unica
Nostri salvatoris,
Ave, stella mystica,
Lumen viatoris,
Ave, porta caelica,
Salus peccatoris,
Ave, stella pistica
Mellei dulcoris.

2. Maria, te moribus
Virtutes decorant,
Maria, te laudibus
Caelestes honorant,

Maria te precibus
Perfecti dulcorant
Maria, te fletibus
Precantes adorant.

3. Gratia sanctissima
Facit decoratam,
Gratia dignissima
Reddit honoratam,
Gratia mitissima
Praebet dulcoratam,
Gratia piissima
Facit cunctis gratam.

4. Plena tu iuvamine
Prodes fatigatis,
Plena consolamine
Vales desolatis,
Plena pio lumine
Das lumen caecatis,
Plena medicamine
Medere gravatis.
5. Dominus ingenuam
Te praeordinavit,
Dominus prospiciam
Te praedestinavit,
Dominus contiguam
Te sibi locavit,
Dominus in strenuam
Matrem adoptavit.
6. Tecum in praesepio
Est Deus deorum,
Tecum in praeconio
Est vox beatorum,
Tecum in consortio
Chorus angelorum
Tecum et in gremio
Factor saeculorum.
7. Benedicta diceris
Et semper diceris,
Benedicta legeris
Et in aevum eris,
Benedicta ceteris
Iure praeponeris,
Benedicta fueris,
Es et semper eris.
8. Tu in mulieribus
Dignior appares,
Tu in mulieribus
Sola labe cares,
Tu in mulieribus
Sola Deo pares,
Tu in mulieribus
Mundi princeps clares.
9. Et dignum, ut pareres
Deum, Deo digna,
Et mundo succurreres,
Mitis et benigna,
Et sola praetenderes
Inaudita signa
Et illa relinqueres
Nobis fide digna.
10. Benedictus nuntius
Tibi destinatus,
Benedictus potius
Venter impraegnatus,
Benedictus filius
Ex te generatus,
Benedictus saepius
Puer nobis natus.
11. Fructus summi gaudii,
Per quem cor laetatur,
Fructusque consilii,
Quo cor consolatur,
Fructus desiderii,
Quo cor satiatur,
Fructusque solacii,
Quo cor confirmatur.
12. Ventris sancti castitas
Satanam peremit,
Ventris casti sanctitas
Peccata redemit,
Ventris mundum dignitas
A culpis exemit,
Ventris mundi pietas
Evae luctum demit.
13. Tui, virgo, nominis
Mihi des amorem,
Tui mihi luminis
Concedas nitorem
Tuique iuvarum
Mihi des vigorem,
Tui me fac agminis
Non posteriorem.
14. Amen quisque personet
Mecum corde toto,
Amen item intonet
Clamore devoto,
Amen laete resonet
Torporis remoto,
Amen quater resonet
Ore, voce, voto.

Orat. ms. Capit. Veronen. 750. saec. 14. in. A. — Orat. ms. Sangallense 485. saec. 15. B. — Cod. Trecent. (ol. Claraevallen.) 1612. saec. 15. C. — 1, 6 Salus fehlt B. — 1, 7 caeli pistica A, cella physica B. — 1, 8 Melle A. — 2, 2 Virtutes fehlt B. — 2, 3 sq. stehen hinter 2, 8 C. — 2, 4 decorant AB. — 2, 5 te homines B. — 2, 6 Persancti B. — 2, 8 Peccatores B; ignorant A. — 3, 1 sanctissimam A; Gratia plena B. — 3, 3 dignissimam A. — 3, 5 mitissimam A. — 3, 7 piissimam A. — 3, 8 Reddit cunctis B; Dat te cunctis C. — 4, 1 Tu fehlt B. — 4, 5 Plena plumine B. — 4, 8 In ordine gravatis B. — 5, 3 sq. stehen hinter 5, 6 B. — 5, 3 conspicuam C. — 5, 5 continuam B. — 5, 7 in feminam B; te strenuam C. — 5, 8 adaptavit C. — 6, 2 Est Deus B. — 6, 6 Decus angelorum C. — 7, 7 sq. Benedicta miseris Consolamen geris AB. — 8, 4 Sola Deo pares C. — 8, 6 Sola Deum pares B; Princeps mundi clares C. — 8, 8 Princeps mundi A; Sola labe cares C. — 9, 5 profunderes C. — 10, 5 filius fehlt B. — 10, 7 Benedictus sempiternus B. — 10, 8 datus C. — 11, 4 Quo mens consolatur C; Quo cor confirmatur A; Contritum cor confirmatur B. — 11, 5 Fructus et praesidii AB. — 11, 6 Per quem iuvatur B; cor amatur A. — 11, 7 Fructus desiderii AB. — 11, 8 Quo cor satiatur A; Contrito cor satiatur B. — 12, 1 Ventris tui sanctitas C. — 12, 3 Ventris sancti castitatis B; Ventris tui puritas C. — 12, 4 Evae nuptum demit C. — 12, 5 sq. und 7 sq. umgestellt B. — 12, 5 Ventris mundi B; Ventris tui castitas C. — 12, 6 A fehlt B; Homines redemit C. — 12, 7 Ventris tui claritas C. — 12, 8 luctus B; Eclipsim supplevit C. — 13, 3 Tui veri AB. — 13, 4 Concede AB. — 14, 3 ita intonet B; quoque intonet C. — 14, 4 Vitio remoto C. — 14, 5 Amen omnes resonent C. — 14, 6 Corpore remoto B; Corpore devoto C. —

III. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, mira domina,
De humilitate,
Ave, felix femina,
Nitens puritate,
Ave, scandens culmina
Gloriae beatae. | 5. Dominus ingenitus
Pater te elegit,
Dominus te genitus
Matrem praelegit,
Dominus te spiritus
Fecundat et regit. |
| 2. Maria, culpabili
Carens corruptela,
Maria, laudabili
Affluis medela,
Maria mirabili
Nos servas tutela. | 6. Tecum tota trinitas
Manet deitatis,
Tecum est humilitas
Verbi veritatis,
Tecum est fecunditas
Et flos puritatis. |
| 3. Gratia praeveniens
Te sanctificavit,
Gratia proficiens
Te magnificavit,
Gratia perficiens
Te glorificavit. | 7. Benedicta viscera,
Quae Deo parasti,
Benedicta ubera,
Quibus hunc lactasti,
Benedicta opera,
Quibus coruscasti. |
| 4. Plena verbi numine
Summa creatura,
Plena sacro flamine
Paris, virgo pura,
Plena Dei lumine
Illustras obscura. | 8. Tu in mulieribus
Summe sublimaris,
Tu in mulieribus
Sola virgo paris,
Tu in mulieribus
Es ut stella maris. |

- | | |
|---|--|
| <p>9. Et regnas sublimior
In throno caelorum
Et es gloriosior
Choris angelorum
Et post Christum sanctior
Coetu beatorum.</p> | <p>15. Virgo, flos munditiae,
Stellis coronaris,
Virgo, mater gratiae,
Sole perlustraris,
Virgo, datrix veniae,
Lunae principaris.</p> |
| <p>10. Benedictus praeditus
Pater te creavit,
Benedictus genitus,
Qui de te manavit,
Benedictus spiritus,
Qui te consecravat.</p> | <p>16. Mater Dei hominis,
Capax trinitatis,
Mater expers criminis,
Norma sanctitatis,
Mater veri luminis,
Fons es pietatis.</p> |
| <p>11. Fructus vitae caelicus
Cibus sacramenti,
Fructus est salvificus,
Praebens robur menti,
Fructus est angelicus,
Splendor firmamenti.</p> | <p>17. Dei sponsa fulgida,
Candor lucis verae,
Dei cella nitida,
Nostri miserere,
Dei mater splendida,
Semper nos tuere.</p> |
| <p>12. Ventris in hospitio
Claudis infinitum,
Ventris in sacrario
Fructum fers mellitum,
Ventris almo gremio
Deo paras situm.</p> | <p>18. Ora Christum filium,
Ut vivamus tute,
Ora regem omnium
Pro mentis virtute,
Ora natum proprium
Pro nostra salute.</p> |
| <p>13. Tui vultus claritas
Mirum dat splendorem,
Tui partus novitas
Conservat pudorem,
Tui fructus bonitas
Omnem fert dulcorem.</p> | <p>19. Pro nobis peccantibus
Es sic sublimata,
Pro nobis errantibus
Assis advocata,
Pro nobis precantibus
Posce cuncta grata.</p> |
| <p>14. Iesus, sol iustitiae,
Salus viatorum,
Iesus fons laetitiae,
Dator praemiorum,
Iesus splendor gloriae
Omnium sanctorum.</p> | <p>20. Amen, trino numini
Gloriam canamus,
Amen, Deo homini
Gratias agamus,
Amen, matri virgini
Laudes referamus.</p> |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19824 saec. 15. A. — Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15 zweimal: fol. 35 a. B; fol. 96 a. C. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20001. D. — Orat. ms. Italicum saec. 15 ex. (Privatbesitz) E. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Londinen. Add. 10826. F.

1, 1 nostra domina CF; Maria domina E; Ave, virgo virginum B. — 1, 2 Ex humilitate F; Plena humilitate BE. — 2, 6 Nos salvae C; die ganze Str. in E:

Maria, tu humilis semper exstitisti,
Maria, sic humilis Iesum concepisti,
Maria, es humilis digna mater Christi.

3, 1 perveniens B. — 3, 3 praeveniens B, sufficiens E. — 3, 4 glorificavit E. — 3, 5 sq. fehlen E. — 4, 1 nomine C, vero lumine E. — 4, 4 Patris E. — 4, 6 Illustrans C, illustrasti E. — 5, 6 Fecundando regit C. — 6, 3 Tecum est humanitas C. — 6, 6 Omnis bonitatis C. — 7, 2 Quae tibi (lies sibi) parasti B. — 7, 4 Quibus Deum B. — 7, 5 Benedicta brachia E. — 7, 6 Quibus Deum portasti E. — 9, 2 sanctorum E. — 9, 4 Coronis E. — 9, 5 post natum C. — 9, 6 Sorte B; Plebis perfectorum E. — 10, 1 praedictus C; genitor E. — 11, 2 Cibi B; Vitae sacramenti A. — 12, 2 Claudens E. — 13, 4 Novum praebens morem C; die ganze Str. lautet in E:

Tui benedictio maestis est iuvamen,
Tui intercessio praestat medicamen,
Tui miseratio cunctis est solamen.

14, 6 Lux est beatorum E. — Str. 14 fehlt AB; nach Str. 14 schiebt C noch ein:

Christus sit peccantibus dulcis atque gratus,
Christus sit precantibus mitis et placatus,
Christus sit errantibus pius advocatus.

Str. 15—18 incl. fehlen C. — 15, 4 praelustraris B, circumdatis E. — 16, 1 Ora clemens filium E. — 17, 3 Ora regem Christum E. — 17, 4 Pro meritis E. — 19, 5 matri Domini C. — Vgl. Milchsack p. 88 sqq. — Str. 15—19 stehen als eigenes Lied mit dem Anfange Salve flos munditiae in Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375.

112. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, mitis imperatrix,
Ave, vitae restauratrix,
Ave, gentis advocatrix,
Ave, legis novae latrix. | 7. Benedicta credidisti,
Benedicta concepisti,
Benedicta peperisti,
Benedicta enutristi. |
| 2. Maria, fons pietatis,
Maria, lux claritatis,
Maria, pons naufragatis,
Maria, dux deviatis. | 8. Tu angelorum regina,
Tu mortis es medicina,
Tu es rosa sine spina,
Tu nos voca de sentina. |
| 3. Gratia tu es referta,
Gratia in te est certa,
Gratia in te reperta,
Gratia nobis miserta. | 9. In patre tu es filia,
In filio mater pia,
In spiritu es gratia,
In trinitate media. |
| 4. Plena per influentiam,
Plena per abundantiam,
Plena renovans veniam,
Plena revocans gratiam. | 10. Mulieribus praelata,
Mulieribus lux data,
Mulieribus spes grata,
Mulieribus pax rata. |
| 5. Dominus, qui cuncta regit,
Dominus, qui mortem fregit,
Dominus, qui caelos tegit,
Dominus hic te elegit. | 11. Et quia tu es perfecta
Et Christi virgo electa,
Et es nobis via recta,
Et per te labes abiecta. |
| 6. Tecum est pater caelitus,
Tecum est unigenitus,
Tecum est sanctus spiritus,
Tecum Christus humanitus. | 12. Benedictus incarnatus,
Benedictus ex te natus,
Benedictus cruci datus,
Benedictus elevatus. |

- | | |
|---|---|
| <p>13. Fructus est aeternae vitae,
Fructus ut botrus in vite,
Fructus pro te Sunamite,
Fructus, quo pax est in lite.</p> <p>14. Ventris, quo pavent Iu-
daeï,
Ventris, quo et Pharisei,
Ventris sacri, virginei,
Ventris, qui est templum Dei.</p> <p>15. Tui est beatus fructus,
Tui fructus flos eductus,
Tui fructus perdit luctus,
Tui fructus sedat fluctus.</p> | <p>16. Iesus fructus vitae dictus,
Iesus passus et addictus,
Iesus morti est addictus,
Iesus vivit benedictus.</p> <p>17. Christus noster est creator,
Christus noster reparator,
Christus noster est salvator,
Christus est remunerator.</p> <p>18. Amen, ne velis obesse,
Amen, sed velis prodesse,
Amen, et nobis adesse,
Amen, pia virga Iesse.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Montis S. Georgii (apud Goslarium) saec. 15. Cod. Guelfen-
byteran. 1514 (Helm. 1391) A. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Paulanus
Sanbl. memb. 45. B. — Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruhan.
Aug. 36. C. — Cod. Lichtenthalen. anni 1400 [Mone II, 96] D. — 1, 3 Ave
genitoris advocatrix A; Ave potens advocatrix BC. — 2, 3 u. 4 umgestellt
BC. — 2, 4 dux divinitatis ACD. — 3, 3 in te est reperta A; ex te reperta
C. — 3, 4 fehlt A; nobis nunc C; nobis in te est; inserta B. — 4, 1 fehlt
A. — 4, 3 revocans C. — 4, 4 advocans D. — 5, 2 und 3 umgestellt D. —
5, 3 regit D. — 5, 4 Dominus qui te A. — 6, 1 caelicus D. — 6, 3 est
fehlt D; spiritus sanctus A. — 6, 4 Tecum est Christus humanatus A;
Tecum est homo natus C; Tecum Christus homo natus B. — 7, 4 enutri-
visti D. — 8, 2 es fehlt B. — 8, 3 es fehlt ABCD. — 8, 4 Tu voca me
de A; de ruina B. — 9, 1 tu fehlt AC. — 9, 3 In spiritu sancto gratia
ABC. — 9, 4 medicina G. — 10, 2 u. 3 umgestellt B. — 5, 3 spes rata
D. — 5, 4 fehlt A; pax grata D. — 11, 1 ipsa D; praefecta A. — 11, 2
Et verbo Christi B. — 11, 4 labis B. — 12, 2 u. 3 umgestellt D. — 12, 3
Benedictus Deus datus B. — 13, 1 est fehlt C; es D; vitae aeternae A. —
13, 2 Fructus ut potens in lite B; Fructus nostrae vite A. — 13, 3 per te
AB. — 13, 4 qui est sine lite B; Fructus qui profert ite AD. — 14, 1 quod
pavent C. — 14, 2 quod et C; quo corripiuntur Pharisei A. — 14, 4 qui
fit D; quo fit A. — 15, 1 Tui benedictus fructus B; benedictus est fructus
A. — 15, 2 sq. fehlen A. — 15, 2 Tui hostis est subductus D. — 15, 4
cedit fluctus D; cedit luctus A; cedat luctus BC. — Str. 16 und 17 fehlen
ACD. — 18, 1 nec velis BCD; abesse ABC. — 18, 2 Amen velis et B. —
18, 3 Amen et velis adesse C; Amen et matrem adesse B. — 18, 4 virgo
AC; Amen et cum virga B.

113. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, mundi imperatrix
Atque caelorum regina,
Peccatorum mediatrix
Et culparum medicina.</p> <p>2. Maria, o virgo parens,
Electa prae ceteris,
Mater Dei labe carens
Miserere nunc miseris.</p> | <p>3. Gratia tu paracliti
Fuisti fecundata,
Dum Gabrielis incliti
Suscepisti affata.</p> <p>4. Plena Deo, stella maris
Rutilans virtutibus,
Flore stante fructum paris
Ceteris imparibus.</p> |
|--|---|

- | | |
|--|---|
| <p>5. Dominus te sublimavit
Super omnes in aethera,
In gloria coronavit
Secum super sidera.</p> <p>6. Tecum Christum venerantes
Corde, voce laetitiae
Pertrahas nos iubilantes
Cum sonitu melodiae.</p> <p>7. Benedicta virginitas
Integra, carens macula,
In qua regnat humilitas
Vernans ut rosa primula.</p> <p>8. Tu es regina virginum,
Mater alma redemptoris,
Transcendens culmen ordinum,
Quid ultra dicam dulcoris?</p> | <p>9. In mulieribus pia,
Genetrix ineffabilis,
Cum honore in gloria
Datur incomparabilis.</p> <p>10. Et benedictus uterus
Dia repletus gratia,
Quem elegit Deus verus
Pro nostrae salutis via.</p> <p>11. Fructus, ex te qui processit
Tamquam sponsus de tha-
lamo,
Vitam pacem mundo gessit
Redimens ab hostis hamo.</p> <p>12. Ventris tui pretiosi
Psallentes nunc praeconia
Regno nati gloriosi
Fac frui cum laetitia.</p> |
|--|---|

Orat. ms. Thosanum saec. 15. Cod. Bruxellen. 4948.

114. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, nostrae spes salutis
Et humanae servitutis
Renovans opprobrium,
Maria, spe destitutis
Vitae munus et virtutis
Confer beneficium.</p> <p>2. Gratia tu singularis,
Stella maris, lux solaris,
Dei paris filium,
Plena fluis, immo pluis,
Unde tuis pie luis
Peccati contagium.</p> <p>3. Dominus, qui cuncta regit,
Trinitatis te elegit
Aulam et triclinium,
Tecum manens hostes fregit
Infernales et subegit
Per carnis commercium.</p> <p>4. Benedicta, quae praecellis
In matronis et puellis
Tenens privilegium,</p> | <p>Tu fons roris, stilla mellis,
Tota dulcis, nullum fellis
Habens seminarium.</p> <p>5. In te nihil indecori,
Gloriantur in te chori
Supernorum civium,
Mulieribus honori
Tuus fructus et amor
Nationi gentium.</p> <p>6. Et quis tuae puritatis
Prosequatur digne satis,
O virgo, praeconium?
Benedictus, qui te gratis
Nobis dedit, ut peccatis
Adferres remedium.</p> <p>7. Fructus pulcher ex colore,
Fructus dulcis ex sapore
Refectivus cordium,
Ventris tui natus flore,
Sed complutus caeli rore
Contra fructum noxium.</p> |
|--|--|

Orat. ms. Carthusiae Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. eccl. 375. — 5, 1 dedecori.

115. Super Ave Maria.

1. Ave, patris camera,
Fili conclave,
Ave, pians scelera,
Melli fluens fave,
Ave, purgans opera,
Quae gessimus prave,
Ave, precor, celera,
Quod te laudemus suave.
2. Maria dulcedinis
Nomine vocaris,
Maria prae ceteris
Cunctis honoraris,
Maria prae dominis
Superdominaris,
Margarita nominis
Verbo ne ve daris.
3. Gratia praegratior
Et praegratiosa,
Gratia praesancior
Et praeclariosa,
Gratia praedignior,
Gratiarum rosa,
Gratia sublimior
Et plus amorosa.
4. Plena pulchritudine,
Plena caritate,
Plena sancto flamine,
Plena deitate
Plenaque dulcedine,
Plena pietate,
Plena rectitudine,
Plena veritate.
5. Dominus in gremio
Tuo dormitavit,
Dominus auxilio
Suo te ditavit,
Dominus in proprio
Suo te donavit,
Dominus in solio
Suo te locavit.
6. Tecum Dei filius,
Verus flos odoris,
Tecum est interius,
Tecum totus foris,
- Tecum fuit socius
In mundo languoris,
Tecum nunc superius
In regno decoris.
7. Benedicta viscera,
Quae tu genuisti,
Benedicta tenera
Membra, quae nutristi,
Benedicta ubera,
Quae tu lactavisti,
Benedicta opera,
Quibus hoc meruisti.
8. Tu es hortus gloriae,
Verus flos odoris,
Tu virgultum gratiae,
Sceptrum redemptoris,
Tu fructus concordiae,
Tu es pax amoris,
Tu es spes laetitiae,
Mater genitoris.
9. In omnibus omnia
Tu es universis,
In fletu solacia
Dans peccatis tersis,
In omni miseria
Subvenis dispersis,
In defectu copia,
Idem universis.
10. Mulieribus omnibus
Tu es praeclarata,
Mulieribus praemium
Tu sola praerogata,
Mulieribus praecontinens
Quia praesentata,
Mulieribus omnibus
Cuncta es lucrata.
11. Et mater et filia
Unicae personae
Et virgo nil conscia
De corruptione
Et sponsa, sed nescia
Viri laesione,
Et virtutum omnium
Illustratione.

- | | |
|--|--|
| <p>12. Benedictus filius
Talis creaturae,
Benedictus nuntius
Talis geniturae,
Benedictus socius
Ioseph talis curae,
Benedictus obuius
Talis offerturae.</p> <p>13. Fructus tuus, domina,
Cibus angelorum,
Fructus lavans crimina,
Fructus creditorum,
Fructus dans vermicula,
Fructus est iustorum,
Fructus dans libamina,
Fructus delictorum.</p> <p>14. Ventris tam mirabilis
Et tam pretiosi,
Ventris tam laudabilis
Et tam fructuosi</p> | <p>Ventrisque tam fertilis
Et tam generosi,
Ventris tam amabilis
Et tam honorosi.</p> <p>15. Tui, mater, filii,
Tui peccatores,
Tui mercenarii,
Tui servitores,
Tui via devii,
Tui erratores,
Tui sunt auxilii
Desideratores.</p> <p>16. Virgo, mater omnium,
Maestos consolare
Et pro nobis filium
Tuum deprecare,
Ut non per iudicium
Velit nos damnare,
Sed aeternum gaudium
Nobis erogare.</p> |
|--|--|

Orat. ms. ss. Udalrici et Aerae anni 1469. Clm. Monacen. 3702. —
2, 3 Mariae prae ferens. — 2, 7 sq. scheinen verdorben. — 6, 4 totum. —
7, 2 Quae genuisti. — 8, 7 es fehlt — 10, 3 Lies praemio? — 10, 4 Te
sonum. — 10, 6 Quam praesadata. — 10, 8 Cunctis. — 11, 8 Perfekte illu-
stratione. — 13, 7 dans ergänzt. — 15, 4 et tui. — 16, 7 aeterni.

116. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Ave, per quam filius
summae maiestatis
Sacco se circumdedit
nostrae paupertatis,
Pacem dans hominibus
bonae voluntatis,
Audi preces exsulum,
mater pietatis.</p> <p>2. Maria, tu domina
sive stella maris
Syra vel hebraica
lingua nominaris,
Et hoc non immerito,
quia Deum paris
Et mundum illuminans
ipsi dominaris.</p> | <p>3. Gratia, qua ceteros
omnes superasti,
Delevit chirographum
Adae protoplasti,
Tu regis amplexibus
frueris pro Vasthi,
Fac nobis placabilem
ipsum, quem lactasti.</p> <p>4. Plena cunctis opibus
et virtutum rosis,
Vas ornatum undique
gemmis pretiosis,
Orantes te petimus
manibus complosis,
Ut frui nos facias
locis amoenosis.</p> |
|---|--|

5. Dominus non quilibet,
sed rex angelorum
In tuis visceribus
fecit sibi thorum,
Tu decus et species
et exemplar morum,
Bonorum participes
fac nos aeternorum.
6. Tecum Dei filius
foedus innovavit,
Quod antiquis patribus
totiens iuravit,
Ipse te per spiritum
sanctum impraegnavit,
Ut dicatur, quod ex te
Dominus regnavit.
7. Benedicta series
Davidicae prolis,
Per quam ad nos prodiit
iubar veri solis,
Tu amicta variis
gratiarum stolis,
Da, ne nos decipiat
Satan suis dolis.
8. In cunctis hominibus
vel in creatura
Non habes consimilem
nec es habitura,
Virgo, cui data est
miserorum cura,
Ne sis tuis famulis
aspera vel dura.
9. Mulieribus inest
quoddam naturale,
Quod in partu rumpitur,
alvi penetrabile,
Sed tu post vel antea
nihil passa tale,
Pudoris signaculum
habes aeternale.
10. Et quidem quis valeat
te digne laudare,
Per quam Deus voluit
mundum visitare?
- Tu es super sidera
maius luminare,
Per quod transit naufragus
procellosum mare.
11. Benedictus thalamus
uteri materni,
Quo quievit filius
regis sempiterni,
Fac tuos a reprobis
in fine secerni,
Ne sint partes vulpium
aut cibus inferni.
12. Fructus tui palmitis
viti comparatur,
Cuius haustu dulciter
cor inebriatur,
Totum leve reputans,
quidquid patitur,
Nam in Iesu nomine
totum levigatur.
13. Ventris haec integritas
nunquam est audita,
Quod in partu castitas
non est impedita,
Nullus hoc exprimere
potest in hac vita,
Totum tamen verum est
et factum est ita.
14. Tui ergo filii
redempti cruore
Perungi nos petimus
gratiae liquore,
Quo credentes in Iesum
gratiae amore
Coronemur gloria
simul et honore.
15. Amen dicant singuli,
quibus sacrum flamen
Per Mariae meritum
tribuat iuvamen,
Auferat a cordibus
criminum gravamen
Cum patre et filio
regnans semper. Amen.

Orat. ms. Domus Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. eccl. 375. — Vor der letzten Strophe ist die vorletzte des Liedes *Ave, mater Dei, ave* eingeschoben. — 4, 2 virtutum moribus. — 8, 2 creaturis. — 9, 5 ante. — 11, 3 In quo convenit. — 12, 2 vite. — 13, 5 Nullus homo exprimere.

117. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, plena gratia,
beata Maria,
Ave, Dei genetrix,
ave, virgo pia,
De te sine semine
processit sophia. | 3. Tu in mulieribus
a dextris Dei sita,
Et per te aperta est,
porta caeli, vita,
Et per te remissa sunt
omnia delicta. |
| 2. Dominarum domina,
rogo te, sis mecum,
Sanctarum sanctissima,
Dominus est tecum,
Et me miserum famulum
fac adesse tecum. | 4. Atque benedictus est
fructus ventris tui,
Assit tibi laus, honor,
virtus et gloria
Per infinita saecula
saeculorum. Amen. |

Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Londinen. Add. 10826. — Nach 1, 4 noch: Ave, rosa paradisi, lilia. — 1, 6 processit fehlt. — Vgl. die folgende Nummer.

118. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, plena gratia
beata Maria,
Ave, Dei genetrix,
ave, virgo pia,
Ave, rosa, lilium,
paradisi via,
De te sine semine
processit sophia. | 4. Atque benedictus est
fructus ventris tui,
Laus, honor et gloria
semper assunt cui,
Qui salvavit saeculum
passione sui,
Me salvari facias,
qui peccando rui. |
| 2. Dominantis domina,
Dominus est tecum,
Piarum piissima,
et tu manes secum,
Sanctarum sanctissima,
rogo te, sis mecum,
Me miserum famulum
fac adesse tecum. | 5. Ista salutatio
tibi est portata
Gabriele angelo
et annuntiata,
Voluntate Domini
sic es salutata,
Sis mea custodia,
virgo coronata. |
| 3. Tu in mulieribus
vere benedicta,
Nam per te sunt remissa
omnia delicta,
Vera via Domini
erat derelicta,
Sed per te directa est,
porta caeli, vita. | 6. Tu es virgo virginum,
virgo salutaris,
Domina tu gentium
atque stella maris,
Omnibus virginibus
sola dominaris,
Tu salus fidelium,
virgo singularis. |

7. O felix puerpera,
caelorum regina,
O virgo pulcherrima,
stella matutina,
Pauperum refugium,
spes et medicina,
Tu flos florum omnium,
rosa sine spina.
8. Sedes super Cherubim,
virgo gloriosa,
Iuxta tuum filium,
pulchra velut rosa,
Redolens aromata,
nardus pretiosa,
Plus quam solis radiis
fulges speciosa.
9. O mea spes unica,
clara lux diei,
Per quam mundus salvus est,
et salvantur rei,
Succurre velociter,
miserere mei,
Me salvari facias
in conspectu Dei.
10. Adiuva celeriter,
mater pietatis,
Quae portasti filium
summae bonitatis,
Munda me a sordibus
culpae et peccatis,
Omnibus a vitiis
atque sceleratis.
11. Sum peccatis omnibus
miser involutus,
Intus et exterius
fortiter indutus,
Velut porcus undique
foret revolutus,
Pessimis operibus
undique pollutus.
12. Innumerabilia
mea sunt peccata,
Turpida et foetida
sicut menstruata,
Ergo tibi supplico,
felix advocata,
Ut mihi sint omnia
per te relaxata.
13. Ab omni me scelere
semper tu defende,
Ne me possit laedere,
super me extende
Pietatis dexteram
mihique protende,
Ut ad tuam gloriam
ducas me colende.
14. O virgo pulcherrima,
me tibi commendo,
Patri atque filio
gratias agendo
Sanctoque spiritui
culpas confitendo,
De peccatis omnibus
veniam petendo.

Cod. Carollsruhan. Augien. 36. saec. ¹⁴/₁₅. — 3, 3 Nam ergänzt. — 3, 7
Sed ergänzt. — 13, 5 Dexteram pietatis.

119. Super Ave Maria.

1. Ave, praeclarissima
Mater salvatoris,
Maria dulcissima
Cura peccatoris.
2. Gratia per omnia
Maxime divina
Plena es, o domina,
Nobis hanc propina.
3. Dominus monarchiae
Spiritus virtute
Tecum, quem ora pie
Nostra pro salute.
4. Benedicta, caelitus
Manus quam creavit,
Tu, prout angelicus
Testis declaravit.

- | | |
|---|--|
| <p>5. In termino, quo noto
Inter, super eas,
Mulieribus toto
Sexu fari queas.</p> <p>6. Et in hoc adiungitur
Sanctum consecrato,
Benedictus fungitur
Ille se beato.</p> | <p>7. Fructus quam sit utilis,
Veritas testatur,
Ventris almae virginis,
Ubi sustentatur.</p> <p>8. Tui matris, Domine,
Cui simus grati,
Amen patris nomine,
Spiritus et nati.</p> |
|---|--|

Cod. Carolsruhan. s. n. anni 1438, bei Mone II, 83. — 4, 2 Manu quae. — 8, 4 Spiritusque.

120. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, pudoris lilium,
Candor virginitatis,
Ave, salus humilium,
Lux lucens claritatis,
Ave, tibi vox filium
Univit deitatis,
Ave, et auxilium
Fers lapsis in peccatis.</p> <p>2. Maria, tu es medium
Nostrae redemptionis,
Maria, per te taedium
Datur peccandi bonis,
Maria, tu remedium
Es damnationis,
Maria nos ad praedium
Duc veri Salomonis.</p> <p>3. Gratia profundius
Te, virgo, pertransivit,
Gratia abundius
Te totam amicitvit,
Gratia iucundius
Te consentire scivit,
Gratia fecundius
Tibi Deum univit.</p> <p>4. Plena Dei divitiis
Es rivus gaudiorum,
Plena sacris deliciis,
Nam binus fons hortorum,
Plenaque pudicitis
In claritate morum,
Plena lux amicitis,
Nos duc ad caeli chorum.</p> | <p>5 Dominus condoluit,
Plasma suum damnari,
Dominusque sed noluit
Plus ira dominari,
Dominus sed voluit
In te humanari,
Dominus recoluit
Sic hominem beari.</p> <p>6. Tecum manendo Dominus
Semper delectabatur,
Tecum delectando minus
A te separabatur,
Tecum est vere comminus,
Qui ex te incarnatur,
Tecum nihilominus
Corregnans gloriatur.</p> <p>7. Benedicta prae ceteris
Te virginem commendo,
Benedicta es veteris
Legis vera docendo,
Benedicta lux aetheris
Et sidus relucendo,
Benedicta, dum peteris,
Ades exaudiendo.</p> <p>8. Tu in mulieribus
Es virgo singularis,
Tu in mulieribus
Innupta fecundaris,
Tu in mulieribus
Sola virgo praegnaris,
Tu in mulieribus
Virgo Deum paris.</p> |
|--|---|

9. Et benedictus caruit
Ovicula centena,
Et benedictus paruit
Ex te nascens, serena,
Et benedictus aruit
In cruce mortis poena,
Et benedictus claruit
Hanc ducens ad amoena.
10. Fructus prodit laudabilis
Ex te venusto flore,
Fructus quidem mirabilis
Absque naturae more,
Fructus hic delectabilis,
Mellifluus dulcore,
Fructus inaestimabilis,
Omni plenus sapore.
11. Ventris claustra subtilia
Replentur deitate,
Ventris cum cubilia
Tument intemeratae,
Ventris hic tumor, filia,
Fit sine gravitate,
Ventrisque domicilia
Manent virginitate.
12. Tui sinus sacrarium
Sacratum est per flamen,
Tui cordis aerarium
Petenti dat solamen,
Tui nos hic per varium
Defendimur levamen,
Tui nati denarium
Diurnum confer. Amen.

Scala caeli saec. 14. ex Cod. Pragen. XIII E 3.

121. Super Ave Maria.

1. Ave, puella regia,
Virgo immaculata,
Virtutum insignia
Te reddunt Deo grata,
Per te nunc Evae taedia
Sint nobis oblata,
Tu Eva transversata
Mutans luctum in gaudium,
Ex hoc Ave vocata.
2. Maria, dux errantium,
Maria, stella maris,
Maria, caeli lilium,
Maria, lux solaris,
Maria, mundi gaudium
Et mater salutaris,
Audi, pro quo rogaris,
Praebe nobis solacium
In pressuris amaris.
3. Gratia tua mittitur
Tibi, inviolata,
Gratia tibi iungitur,
Antequam esses nata,
Gratiae fons dirigitur
Ad te, virgo sacrata,
A quo es fecundata,
Ex te gratia oritur
Gratis omnibus data.
4. Plena divinis laudibus,
Laetare, virgo pura,
Ditata donis omnibus
Prae omni creatura,
In terris nec caelestibus
Non est Dei factura
Nec post te est futura
Sic ornata virtutibus,
Sic pulchra in figura.
5. Dominus caeli solium
Nobis, virgo, paravit,
Supra suum imperium
Te matrem exaltavit,
Te gratiarum omnium
Datricem ordinavit,
Da, quod ipse mandavit,
Ora pro nobis filium,
Ne perdat, quos creavit.
6. Tecum in caeli gloria,
Tecum est Dei bonitas,
Tecum patris potentia
Tecum et tota trinitas,
Tecum persona media,
Quam induit humanitas
Et attraxit humilitas,
Tecum in caeli curia
Assit nobis societas.

7. *Benedicta in milibus*
Tu, virgo, comprobaris,
Hinc a Christi fidelibus
Mater Dei vocaris
Et in choris caelestibus
Prae cunctis exaltaris,
Ab omnibus laudaris,
Iunge nos tuis precibus
Gloriae, qua ditaris.
8. *Tu sponsa sacri flaminis,*
Tu virginum regina,
Tu rosa pulchritudinis,
Tu mundi medicina,
O virgo, salus hominis,
Serva nos a ruina,
A morte repentina,
In nostrae vitae terminis
Nos iuvare festina.
9. *In te sponsus est virginum,*
In te laus beatorum,
In te mundator criminum,
In te salus iustorum,
In te creator omnium,
Plasmator angelorum,
Fons omnium bonorum,
In te sit nostrum gaudium
In choris supernorum.
10. *Mulieribus gaudium*
Per virginem donatur,
Laus, honor, decus, praemium
Per hanc eis praestatur,
Mulierum opprobrium
In honorem mutatur,
Quia recte probatur,
Quod per mulieris filium
Omnis homo salvatur.
11. *Mulier, salus hominis,*
Angelorum regina,
Haec est lavatrix criminis,
Peccati medicina,
Haec arca sacri flaminis,
Haec est vitae doctrina
Servans verba divina,
Haec est totius numinis
Camera crystallina
12. *Mulier omnem hominem*
excellit sanctitate
Angelorumque ordinem
Transcendit puritate
Daemonumque voraginem
Restrigit potestate,
Dei auctoritate
Salvat Adae propaginem
A mortis vastitate.
13. *Mulier auro purior*
Maria comprobatur,
Ista sole lucidior
A nobis praedicatur,
Cunctis sanctis excelsior
Vere praeconizatur,
Ergo hic concludatur,
Quod muliere melior
Nulla factura datur.
14. *Et benedictus rex omnium*
Nunc a suis facturis,
Qui per te dat solacium
Omnibus creaturis,
Per te praestat suffragium
Et liberat a curis
Et a malis venturis,
Per te donet remedium
Hic in mortis pressuris.
15. *Fructus in te colligitur*
Ex virgineo flore,
Ex te, virgo, producit
Fructus fragrans odore,
Quisquis hoc fructu vescitur,
Vivit fructus sapore
Et cum mentis dulcore
Ad regnum caeli mittitur,
Ut pleno gustet ore.
16. *Ventris fructum esurio*
Nec possum satiari,
Hunc fructum semper sitio
Et peto mihi dari
Hic in mortis passagio,
Ne possim contristari,
Sed in fructu laetari
Et fructus tandem gaudio
A poena liberari.

17. Tui sim, virgo regia,
Me tibi dedicavi,
Spernens mundana gaudia
Hunc ordinem intravi,
Filii tui praemia
Diu desideravi,
Da, quod semper optavi,
Et in mortis angustia
Me iuva, ut rogavi.
18. Iesus, sanctorum gloria,
Virgo, ad nos attendat,
Per te det caeli gaudia
Seque nobis ostendat,
Dictanti haec dictamina
Dona caeli impendat,
Pro munere rependat,
In hora mortis anxia
Nos a metu defendat.
19. Sancta in mulieribus
Tu, mater pietatis,
Pura, plena virtutibus,
Camera trinitatis,
Praelata caeli civibus
Et omnibus beatis,
Virgo, fons bonitatis,
Iunge nos tuis precibus
Luci aeternitatis.
20. Maria, mater gratiae,
Te semper invocamus,
In hac valle miseriae
Ad te semper clamamus,
O regina clementiae,
Audi voces, quas damus,
Concede, quod rogamus,
Redde nos luci gloriae,
Ut tecum gaudeamus.
21. Mater Dei gratissima,
Mater caelestis roris,
Iesu mater carissima,
Mater nostri amoris,
Mater Iesu sanctissima,
Praesta dona honoris
In supernorum choris
Et in morte durissima
Pelle damna terroris.
22. Ora pro peccatoribus,
Peccati medicina,
A malis salva omnibus
Et a mortis ruina,
Iuva nos tuis precibus,
Nam per nos es regina,
Ergo aurem inclina
Sanctisque caeli civibus
Nos iungere festina.
23. Nobis praedicatoribus
Per te gratia detur,
Qua in mentis aspectibus
Verbum recte formetur,
Et tandem in sermonibus
Nomen Christi laudetur
Saneque praedicetur,
Et a Christi fidelibus
Postea operetur.
24. Virgo, caelesti gloria
Christus sic te dotavit,
Sic et replevit gratia,
Monilibus ornavit,
Quod sanctorum donaria
Nunc in te congregavit,
Divisa copulavit,
Unita tua praemia
Distinctis adaequavit.
25. Iesum pro nobis miseris,
Mater Dei, exora,
Cum nos a morte tuleris,
Vitam nobis implora,
Auctorem huius operis
Virtutibus decora,
In diversis honora,
Cum sibi bona dederis,
Suscipe mortis hora.

Cod. Taurinen. K V 31. saec. 14/15. A. — Orat. ms. Italicum saec. 15.
 Cod. Londinen. Add. 10826. B. — 1, 6 Sunt B. — 1, 8 Mutas B. — 2, 8
 te nobis AB; nobis nunc et A; solacium fehlt A. — 3, 2 mater inviolata
 B. — 3, 4 omnes nata B. — 4, 3 bonis B. — 4, 7 est fehlt AB. — 5, 2
 aperuit B. — 6, 3 Secum B. — 6, 5 Tecum et B. — 7, 1 in mulieribus A. —
 7, 3 Hic B. — 9, 8 angelorum A. — 10, 7 Quare recte B. — 11, 4 Ponci
 medicina A, Mundi medicina B. — 13, 3 fulgidior B. — 14, 4 Suis creat
 creaturis B. — 14, 6 Et liberet a nocivis AB. — 15, 8 caeli fehlt AB. —
 17, 5 Tui et filii tui praesentia AB. — 18, 4 Seque et te AB. — 19, 5
 caeli virtutibus AB. — 21, 8 in fehlt A. — 23, 3 Quam A. — 23, 5 tandem
 fehlt A. — 24, 3 Sic replevit gratia et AB. — 25, 3 tolleris AB. — Nach
 17, 4 und 23, 1 gehört der unbekannte Verfasser dem Dominikanerorden an.

122. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, quae per angelum
 ave suscepisti,
 Cuius verbis credula
 statim concepisti
 Redemptorem omnium,
 nec sic amisisti
 Virginales flosculos,
 quibus micuisti.</p> | <p>5. Dominus, qui condidit
 caelum, terram, mare,
 Cuius nutrix fueras,
 se vult inclinare
 Tuis sanctis precibus
 et, quod petis, dare,
 Domina, pro servulis
 igitur precare.</p> |
| <p>2. Iure tibi convenit
 hoc nomen Maria,
 Quod interpretatum est
 stella maris pia,
 Esto navigantibus
 taetrum mare via,
 Quod cum pertransierint,
 fruantur Messia.</p> | <p>6. Tecum sine termino
 tuus est amator,
 Tuus natus genitor
 tuus et plasmator,
 Tua prece nostri sit
 criminis purgator,
 Quem venturum concinit
 quondam legislator.</p> |
| <p>3. Summa fulges gratia,
 tota gratiosa,
 Paradisi viola,
 caeli vernans rosa,
 Vernans supra sidera,
 gemma pretiosa,
 Quae nos premunt, remove,
 quaeque vitiosa.</p> | <p>7. Benedicta virgula,
 quae produxit florem,
 Quem fructus subsequitur,
 qui nescit marcorem,
 Per hunc purga, domina,
 sordium foetorem,
 Qui inextinguibilem
 minatur ardorem.</p> |
| <p>4. Plena sancto pneumate,
 cuius celsis donis
 Celsior effecta es
 Cherubim et Thronis,
 Rogamus, dulcissima,
 mentibus te pronis,
 Nos purgatos vitiis
 colloques cum bonis.</p> | <p>8. Tu, quae magis coruscas
 quam fulgor solaris,
 Quae in summis, mediis,
 imis dominaris,
 Salva nos a fluctibus
 huius mundi maris
 Et duc ad palatium,
 ubi gloriaris.</p> |

9. In te ancoravimus
fluctibus gravati
Procellarum acrium
crebro nostrae rati
Ruinam minantibus,
non sumus quassati,
Qui redempti sanguine
sumus tui nati.
10. Tu in mulieribus
obtines primatum,
Quae secundum veterem
pariunt reatum,
Cuius rei nescia
peperisti natum,
Qui nostrum celeriter
meliores statum.
11. Et ut haec maturius
per te consequamur,
Repelle, quod impedit,
ne exaudiamur,
Ut solutis nexibus,
quibus implicamur,
Ad perenne gaudium
te duce ducamur.
12. Benedictus parvulus,
quem mammae paverunt,
Quae caelestis gratiae
rore stillaverunt
Huic enim serviunt,
favent et faverunt
Omnia, quaecunque sunt,
fuerant et erunt.
13. Fructus quondam vetitus
vita nos privavit,
Quam fructus virgineus
nobis restauravit,
Et qui caelos condidit,
angelos creavit,
Thalamum virgineum
humilis intravit.
14. Ventris sacrae virginis
clausa sunt secreta,
Caelestis consilii
gestantes decreta,
Et in suo gremio
clausum tenet laeta,
Caeli, terrae, marium
quae non claudit meta.
15. Tui demum servuli,
virgo, te laudamus
Atque tuum filium
supplices rogamus,
Ut in huius stadio
vitae sic curramus,
Ut post cursum bravium
regni capiamus.
16. Amen dicant singuli
fide concurrentes,
Passuum non motibus
et bene credentes,
Et sic cursum finiant
non deficientes,
Ut cum Christo maneant
iugiter gaudentes.

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. saec. 14/15. — 6, 7 consivit. — 10, 3 Quo. — 16, 2 fice.

123. Super Ave Maria.

1. Ave, regina beata,
Quae es virgo consecrata,
Dei mater ordinata
Ante mundi principium.
2. Maria, caeli ducissa
Virginum et principissa,
Martyrum corona ipsa
Et sanctis peculium.
3. Gratia es praedotata,
Super omnes exaltata,
Ab angelis honorata
In supernali curia.
4. Plena salutis amore,
Honestate et candore,
Claritate cum splendore
Es, felix sponsa regia.

5. Dominus te procreavit
Et ornatam coronavit,
Coronatam ordinavit
Suo dilecto filio.
6. Tecum qui inhabitavit,
Requievit et cubavit,
Carnem sumptam immolavit
Crucifixus pro populo.
7. Benedicta porta caeli
Facta es omni fidei
Gratiosa dicens: veni,
Intra regnum cum gaudio.
8. Tu regina, imperatrix,
Dei, nostrum mediatrix
Ac maestorum consolatrix
Electa ab exordio.
9. In mulieribus lux es,
Virginibus semper ades,
Continentibus tu praees
Reginali imperio.
10. Et benedictus hic coetus,
Qui te adorat, sit laetus,
Qui te orat, est adeptus
Sedem in summo thalamo.
11. Fructus tuus est amoenus,
Redolens, dulcis et plenus,
In dulcore est supremus
Praegustato edulio.
12. Ventris tui illustravit
Ortus mundum, consecravit,
Peccatores liberavit
Sparso cruore roseo.
13. Iesus a patre genitus
Ex te natus humanitus,
Operatus est spiritus
Sanctus in hoc commercio.
14. Sancta, pia, iusta, bona,
Tu sola digna corona,
Quae das nobis multa bona
Omni cessante merito.
15. Maria, tu meruisti
Pura mater esse Christi,
Sola virgo peperisti
Foeno strato pro lectulo.
16. Ora pro nobis nunc Deum
Et rogare velis eum,
Quod dignetur istum reum
Recipere in gremio.

Collect. ms. Italicum anni 1476. Cod. Mediolanen. AD IX 43. — 2, 4
Et sanctis speculum, Dittographie; Mone korrigiert Et sanctis speculum,
wodurch eine Silbe verloren geht. — 8, 2 Dei et nostrum. — 10, 2 sit
lectus. — 10, 3 Qui te ornat. — Mone II, 90 u. f.

124. Super Ave Maria.

1. Ave, regina caelorum,
Pia virgo tenella,
Maria, candens flos florum,
Christique clausa cella.
2. Gratia, quae peccatorum
Dira abstulit bella,
Plena odore unguentorum,
Stirpis David puella.
3. Dominus, rex angelorum,
Te gignit, lucens stella,
Tecum manens, ut nostrorum
Tolleret saeva tela.
4. Benedicta mater morum,
Nostrae mortis medela,
Tu signatus fons hortorum,
In aure dulcimela.
5. In [te lucet] lux cunctorum,
Quo promo de te mella,
Mulieribus tu chorum
Regis [virgo bella].
6. Et vincula delictorum
Frangis nobis rebella,
[Benedictus]
. potatus fella.
7. Fructus dulcis, quo iustorum
Clare sonat cimella,
Ventris sibi parat thorum,
Nec in te corruptela,

Tui zelo fabri horum

Languescat animella.

Cod. Oxonien. Canonic. Lat. 112. saec. 14. mit Mel. — 1, 4 Christique ergänzt. — 3, 2 gigni. — 4, 4 dulci mella. — 6, 2 sq. stehen vor 5, 1. — 6, 2 re bella. — Nach 6, 2 folgt:

Mater innocentiae, aula venustatis,
Rosa pudicitiae, cella deitatis,
Vera lux munditiae, manna probitatis,
Porta oboedientiae, arca pietatis,
Datrix indulgentiae, virga puritatis,
Arbor fructus gratiae, nostrae pravitatis,
Virtus tuae clementiae me solvat a peccatis.

Die letzte dieser Zeilen steht indessen erst nach 7, 4, gehört aber, wie der Reim zeigt, hieher. — 7, 3 celo fabris horum.

125. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, rosa sine spinis,
Quae ab omnibus ruinis
Pura et liberrima,
Maria, tu stella maris,
Excellenter illustraris,
Summae luci proxima. | 5. In te fulgor meritorum
Lucet et honestas morum,
Omnis decor gratiae,
Mulieribus ablata
Mors per te sit et collata
Magna spes laetitiae. |
| 2. Gratia superabundans
In nos fluens et redundans
Rivis sis assiduis,
Plena spiritus dulcore,
In nos stilla caeli rore
Ex venis mellifluis. | 6. Et, o lampas salutaris,
Procellosi lumen maris
Felix ac christifera,
Benedictus, qui creavit
Teque mire praeornavit
Intrans tua viscera. |
| 3. Dominus et auctor rerum
Statuit te specierum
Cellam pigmentariam,
Tecum Deus, vis virtutis,
Versans fecit te salutis
Largam thesaurariam. | 7. Fructus tuus angelorum
Cibus est et beatorum,
Quo fruuntur caelici,
Ventris tui dulci fructu
Gaudent ac felici gustu
Spiritus angelici. |
| 4. Benedicta, per quam redit
Vitae salus et accedit
Evae culpis perdita,
Tu, quae sola meruisti
Mater esse Iesu Christi,
Virgo parens inclita. | 8. Tui fructus in sapore
Nos crescamus in amore
Iesu ferventissime,
Iesus, salus animarum
Suae matri devotarum,
Sanet has largissime. |
| 9. Christus, forma speciosus,
Mortis victor gloriosus,
Ducat nos ad aethera;
Amen dicant hic salvati
Tibi, Iesu qui sunt grati,
Virgo salutifera. | |

Orat. ms. Carth. Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Script. eccl. 375. — 1, 2 ve ab omnibus ruinis. — 3, 2 in te. — 6, 4 qui te creavit.

126. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, rosa sine spinis,
Tu, quam pater in divinis
Maiestate sublimavit
Et ab omni vae purgavit. | 4. Dominus tecum miro pacto
Verbo in te carne facto
Opere trini conditoris;
O quam dulcis vis amoris! |
| 2. Maria stella dicta maris,
Tu a nato illustraris
Luce clara deitatis
Qua praefulges cunctis natis. | 5. Benedicta tu in muli-
eribus,
Hoc testatur omnis tribus,
Caeli fantur te beatam,
Super omnes exaltatam. |
| 3. Gratia plena te perfecit,
Spiritus sanctus dum te fecit
Vas divinae bonitatis
Et totius pietatis. | 6. Et benedictus fructus
ventris tui,
Quo nos semper dona frui,
Nunc per gustum hic internum
Et post mortem in aeternum. |
| 7. Amen, hunc salutis sensum,
Tuae laudis gratum pensum,
Conde tuo sinu, pia,
Clemens, dulcis o Maria. | |

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt Eccl. 375. A. — Offic. B. M. V. sec. usum Romanae Curiae imp. in Castro Lauro 1503. B. — Hortulus animae imp. Argentinae 1508. C. Orat. ms. saec. 15. Cod. Stuttgart. 1 b 108. D. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Bero-
linen. IV 29. E. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Guelfenbyteran. Aug. 85. F. —
1, 2 Te quam pater C. — 1, 4 servavit C. — 2, 4 datis AC. — 4, 4 dulce
vas C. — „Oratio aurea de beata virgine“ C; BD haben folgende Notiz:
„Sequens oratio dicitur aurea eo, quod nulla ea dulcior et beatae Mariae
virgini acceptior sensu humano dictari potest, si cum devotione dicatur,
prout ipsamet, habens eandem salutationem aureis litteris in pectore suo
scriptam, cuidam devotae personae legitur revelasse.“ — Vgl. Mone II, 111.

127. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave, rubus visionis,
Ave, vellus Gedeonis,
Ave, victrix Pharaonis,
Ave, thronus Salomonis. | 4. Plena summis divitiis,
Plena summis deliciis,
Plena divinis gratiis,
Plena divinis gaudiis. |
| 2. Maria, ver suavitatis,
Maria, vas pietatis,
Maria, flos puritatis,
Maria, fons bonitatis. | 5. Dominus te praeamavit,
Dominus te subarrhavit,
Dominus te desponsavit,
Dominus te coronavit. |
| 3. Gratia te segregavit,
Gratia te praeparavit,
Gratia te decoravit,
Gratia te sublimavit. | 6. Tecum fuit vivens,
Tecum fuit sanans,
Tecum fuit, fac sit mecum,
Tecum fuit, nunc es secum. |

- | | |
|--|---|
| <p>7. <i>Benedicta lux fidei,
Benedicta tutrix rei,
Benedicta sporta spei,
Benedicta sponsa Dei.</i></p> <p>8. <i>Tu daemonum es ruina,
Tu reorum medicina,
Tu unica es divina,
Tu caelestis es regina.</i></p> <p>9. <i>In te Deus latitavit,
In te Deus se armavit,
In te carne se velavit,
In te homo mortem stravit.</i></p> <p>10. <i>Mulieribus es via,
Mulieribus venia,
Mulieribus gratia,
Mulieribus gloria.</i></p> <p>11. <i>Et hinc nobis remedium,
Et hinc cessat exsilium,
Et hinc nobis solacium,
Et hinc beatum gaudium.</i></p> | <p>12. <i>Benedictus, quem eligis,
Benedictus, quem diligis,
Benedictus, quem dirigis,
Benedictus, quem erigis.</i></p> <p>13. <i>Fructus tuus vivificat,
Fructus tuus sanctificat,
Fructus tuus salvificat,
Fructus tuus glorificat.</i></p> <p>14. <i>Ventris candet virginitas,
Ventris placet humilitas,
Ventris patet fertilitas,
Ventris regnat fecunditas.</i></p> <p>15. <i>Tui amor hostes pungat,
Tui amor nos compungat,
Tui amor nos inungat,
Tui amor nos coniungat.</i></p> <p>16. <i>Amen oris proferamus,
Amen cordis adiungamus,
Amen in te concludamus,
Amen, ut te videamus.</i></p> |
|--|---|

Orat. ms. Eberspergense saec. 15. Clm. Monacen. 6053. A. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 19636. B. — 3, 1 praesegregavit B. — 3, 2 praeparaeparavit B. — 3, 3 praedecoravit B. — 3, 4 praesublimavit B. — 7, 2 und 3 umgestellt B.

128. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| <p>1. <i>Ave, salus omnium,
Norma sanctitatis,
Ave, caeli gaudium,
Splendor claritatis,
Ave, decus virginum,
Mater deitatis,
Ave, obex criminum,
Clastrum trinitatis.</i></p> <p>2. <i>Maria, solacium
Dulce captivorum,
Maria, refugium
Patens peccatorum,
Maria, praesidium
Tutum viatorum,
Maria tripudium
Suave beatorum.</i></p> | <p>3. <i>Gratia inseruit
Culmen naturale,
Gratia consuluit
Votum virginale
Gratiaque tribuit
Onus filiale,
Gratia exhibuit
Regnum aeternale.</i></p> <p>4. <i>Plena ergo floribus
Morum venustate,
Plena es coloribus
Mentis castitate
Plena et liquoribus
Proles dignitate,
Plena es odoribus
Ac iucunditate.</i></p> |
|---|--|

5. Dominus his omnibus
Te locupletavit,
Dominus in omnibus,
Virgo, adamavit,
Dominus ex omnibus
Sponsam subarrhavit,
Dominus prae omnibus
Matrem exaltavit.
6. Tecum est redemptio,
Spes compeditorum,
Tecum miseratio,
Salus infirmorum,
Tecum iniblatio,
Iubar angelorum,
Tecum delectatio,
Dos universorum.
7. Benedicta angeli
Benedictione,
Benedicta parvuli
Exsultatione,
Benedicta filii
Parturitione,
Benedicta populi
Veneratione.
8. Tu fiscella Mosaica,
Thronus Salomonis,
Tu virga Aaronica,
Vellus Gedeonis,
Tu terra Davidica,
Mandibula Samsonis,
Tu virga prophetica,
Mater Salvatoris.
9. Intra te reponitur
Manna suavitatis,
In te nam concipitur
Flos divinitatis,
In te quoque oritur
Fons satietatis
In teque conficitur
Pastus sanitatis.
10. Mulieribus priscos
Contemptus mutasti,
Mulieribus odo
Novum inchoasti,
Mulieribus chaos
Taetrum obdurasti,
Mulieribus polos
Potens reserasti.
11. Et sic contumelia
Per te terminatur,
Et melos et gratia
Ex te innovatur,
Et limbi miseria
In te obseratur,
Et caelestis patria
Per te reseratur.
12. Benedictus Dominus
Ex te incarnatur,
Benedictus populus,
Qui te veneratur,
Benedictus animus,
Qui te meditatur,
Benedictus oculus,
Qui te conspicatur.
13. Fructus tuus croceus,
Virgo, te colorat,
Fructus tuus melleus,
Mater, de dulcorat,
Fructus tuus lacteus
Omnes nos irrorat,
Fructus hic virgineus
Superos decorat.
14. Ventris te virginitas
Reddit speciosam,
Ventris te fecunditas
Facit fructuosam,
Ventris te capacitas
Facit miraculosam,
Ventris singularitas
Probat gloriosam.
15. Tui ergo populi,
Mater, miserere,
Tui causa filii,
Virgo, nos tuere,
Tui callem meriti
Fac nos obtinere,
Tui finem praemii,
Iesum da videre.

16. Amen patri Domino
Una iubilemus,
Amen nato unico
Laeti concrepemus,

Amen pneumati sacro
Simul resonemus,
Amen choro caelico
Omnes conclamemus.

Clm. Monacen. (ol. Alrispacen.) 2873. saec. 15. — 1, 7 luminum. — 3, 5 que fehlt. — 13, 4 te colorat. — 15, 5 gallem.

129. Super Ave Maria.

1. Ave, sidus clarissimum,
Templum Dei sanctissimum,
Virtutum vas mundissimum,
Maria, Mater Christi,
Ave, virgo pulcherrima,
In gratia uberrima,
Salutem, saluberrima,
Gignebas mundo tristi.
Ave, praecelsa femina,
Quae non per viri semina,
Sed castitate gemina
Mater Dei fuisti.

4. Plena virtute fueras
Divina, cum praebueras
Consensum, ut debueras,
Ad Ave Gabrielis;
Plena laetaris gratia
Intra caeli palatia,
De quibus et nos satia,
Quae imperas in caelis;
Plena cum sis clementia,
In iudicis praesentia
A praedura sententia
Defendere nos velis.

2. Maria, quando claruit
Tua virtus, tunc aruit
Peccatum et disparuit
Id, quod serpens suggessit;
Maria, Deo placuit,
Quod in te natus iacuit,
Ordo naturae tacuit,
Dum virgo prolem gessit.
Maria tunc felicior
Fuit et complacitor,
Dum se prae cunctis mitior
Matrem Deo concessit.

5. Dominus huic dominae
In trinitatis nomine
Carnem sumens pro homine
Se filium donavit,
Dominus ingreditur
Hanc portam et regreditur,
Virginitas non laeditur,
Sed casta generavit;
Dominus sic diluit,
Quod iam per Evam viluit,
Furor paternus siluit,
Quem haec virgo placavit.

3. Gratia, non meritum
Tunc sustulit interitum,
Ne peccatum praeteritum
In posteros saeviret;
Gratia emicuit,
Et culpa tunc conticuit,
Cum tua vox explicuit
Verbum, quod oboediret;
Gratia plenarium
Fuisti et sacrarium,
Sanctorum sanctuarium,
Quod caelitus subiret.

6. Tecum pax, iustitia
Parentum post flagitia
Salutis ad initia
Per osculum venerunt;
Tecum concives caelici
Gaudent, chori angelici,
Caeli panem famelici
Tecum reperierunt;
Tecum est omnis copia,
Nulla prorsus inopia,
Pauperibus dato, pia,
Qui tua dona quaerunt.

7. *Benedicta puellula,
Soli Dei cellula
Et radiosa stellula,
Quae portum das salutis;
Benedicta prae ceteris,
Tu legis umbram veteris,
Per veritatem diceris
Deificae virtutis;
Benedicta, qui nascitur
Ex te et per te pascitur,
Hic parcat nec irascitur
A sordibus exutis.*
8. *Tu in mulieribus
Sola casta visceribus,
Caelo plenis uberibus
Deum lactas et paris;
Tu in mulieribus
Sola caeli sideribus
Et regis muneribus
In partu veneraris;
Tu in mulieribus
Sola Christi verberibus
Praedurisque vulneribus
In mente cruciaris.*
9. *Et benedictus Dominus,
Qui licet patri comminus
Hic semper nihilominus
In te matre quievit,
Et benedictus reperit
Modum, quo virgo peperit,
Et castitas non deperit,
Hoc usus non consuevit;
Et benedictus statuit,
Quod salus matri latuit
In te, et ex te patuit,
Qui crimina deleuit.*
10. *Fructus inaestimabilis,
Dulcoris ineffabilis,
Quem virgo venerabilis
Maria generavit;
Fructus superni stipitis,
Quem fide si recipitis,
Credentes non desipitis,
Nos perpetim beavit;
Fructus hic semper reficit,
Reficiens non deficit,
Fastidium non efficit
His, quos se satiavit.*
11. *Ventris in habitaculo
Pudoris sub signaculo,
Qui nos a mortis iaculo
Exsolveret portasti;
Ventris claustrum distenditur,
Quo Deus comprehenditur,
Evae lapsus rependitur
Adaeque protoplasti;
Ventris in domicilium,
Supremi patris filium
Petentem hoc exsilium
Dignanter hospitasti.*
12. *Tui partus mysterio
Ex nati desiderio
Praefecta es imperio
Et gaudiis caelorum;
Tui cordis benignitas
Et corporis insignitas
Fecit, ut tibi dignitas
Serviret angelorum,
Tuique nobis filii,
Qui angelus consilii,
Confer donum auxilii
In fine saeculorum.*

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3. A. — Cod. Carols-
ruhan. Augien. 36. saec. 14/15. B. — Cod. Scotorum Vindobonen. 50 f 27. saec.
15. C. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen IV° 29. D. —
1, 5—8 und 9—12 umgestellt C. — 1, 8 Mundo gignebas CD. — 2, 1—4
und 5—8 umgestellt C. — 3, 2 Tunc fehlt C. — 4, 3 quem debueras B. —
5, 6 Hanc sacratissimam portam C. — 6, 2 Post parentum C. — 7, 6 In
legis B. — 8, 10 uberibus B. — 9, 3 Semper hic B. — 9, 4 te beatissima
mater C. — 9, 6 virgo fehlt C. — 9, 10 Quod nostra salus B. — 9, 11 et
fehlt A. — 9, 12 Ac crimina B. — 10, 3 virgo fehlt C. — 10, 6 Quem
digne si B. — 10, 8 beatificavit C. — 10, 12 His quibus se sociarunt B. —
12, 10 Qui est angelorum C.

130. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| <p>1. Ave, splendor mentium,
Flos vernans decoris,
Maria, tu remedium
Totius doloris,
Gratia currentium,
Spes, ductrix cursoris,
Plena redolentium
Virtutum, mel oris.</p> | <p>3. In tuum corpusculum
Ipse subintravit,
Mulieribus pium
Natum se monstravit
Et tuum in gremium
Totus se prostravit,
Benedictus hominum
Statum reformavit.</p> |
| <p>2. Dominus, rex omnium,
Te sanctificavit,
Tecum per auxilium,
Sanctam conservavit,
Benedicta filium
Fers, qui te creavit,
Tu candoris lilium,
Deus te plantavit.</p> | <p>4. Fructus de te prodiens
Pascentem se pavit,
Ventris claustrum muniens
Auster te perflavit,
Tui clam ingrediens
Hortum fecundavit,
Amen, hinc egrediens
Hostem debellavit.</p> |

Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 20015. anni 1500—1508. — 3, 2 Ipse fehlt.

131. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Ave, stella matutina,
Virgo semper illibata,
Fons hortorum et piscina,
Aqua vitae irrorata,
Flos producens florum florem,
Cuius succi per dulcorem
Nostra mors est morti strata,
Flexa flexum naufragantum,
Fac, ut vota te laudantum
Sint auribus Dei grata.</p> | <p>3. Gratia te praeditavit,
Rerum decus, inaudita,
Quando tibi obumbravit
Virtus, quae est infinita,
Ex te voluitque nasci
Atque tuo lacte pasci
Via, veritas et vita;
Propter eius sacrum ortum
Ad tuum ducatur portum
Omnis credens, quod sit ita.</p> |
| <p>2. Maria, praeordinata
Christi cella ab aeterno,
Tibi salus nuntiata
Est de solio superno,
Necnon quibus in scripturis
Praefixa est et figuris
Has completas in te cerno,
Ut pro noxa condemnati,
Per te reconciliati
Liberemur ab inferno.</p> | <p>4. Plena morum venustate,
In ventre sanctificata,
Praeexcellens dignitate,
Per prolem deificata;
O felix puella, plaude,
Maior omni nostra laude,
Cui sunt subpeditata
Clara agmina sanctorum,
Hominum et angelorum
Et cuncta sub his creata.</p> |

5. Dominus nam ille magnus,
Per quem mundus est formatus,
In te factus mitis agnus
Et in cruce immolatus,
Postquam vere resurrexit,
Semetipsum sursum vexit
Sublimans et sublimatus,
Te tandem ad se levando
Atque secum collocando
In throno ad dextrum latus.
6. Tecum hinc non sine causa
Esse evangelizatur.
Tu es enim porta clausa,
Rubus, qui non concrematur,
Auri urna, manna plena,
Tu es caeli philomena,
Cuius cantu mulcebatur
Is, qui terram fabricavit,
Quando caelos inclinavit
Et in te incarnabatur.
7. Benedicta, benedicta
Sumens Ave Gabrielis,
Per quam est potestas victa
Inimici tam crudelis
Et antiqui proditoris,
Mendacis accusatoris,
Iam cessantibus quaerelis
Dudum lapsis per peccatum
Firmum foedus innovatum
Cunctis gentibus in caelis.
8. Tu nam foederis es arca
Mystica intentione,
Per quam huius patriarcha
Gaudet de remissione,
Dum Dei omnipotentis,
Pontum terramque regentis,
Clementi provisione
Ipse est exortus de te,
In quo omnes sunt repletae
Gentes benedictione.
9. In conceptu singularis
Partum paris singularem,
In supremis principalis
Nullum, nullam habens parem,
Digna admiratione.
Firma nam assertione,
Si in fide non errarem.
Tanto poetarum more
Te persequerer honore,
Quod te Deum appellarem.
10. Mulieribus beata,
Dignior es universis,
Regi regum consecrata,
Quam baptismate conspersis
Data es auxiliatrix
Sedulaque consolatrix
Mundi huius universis,
Quare gratias implora
Ac pro nobis natum ora,
Ut det veniam conversis.
11. Et errantes ut reducat
Ad se, qui est lumen verum,
Mundo calleque deducat
Populum et omnem clerum
In timore, sanctitate
Ac perfecta caritate,
Donans cunctis cor sincerum
Sitque noster tutor fortis,
Ut in hora nostrae mortis
Nil occurrat nobis ferum.
12. Benedictus benedictae
Matris pater, natae natus,
Per quem culpa maledictae
Evae tersus est reatus,
Recta semita parata,
Error pulsus, nox fugata,
Honor primo restauratus
Hominum, qui fuit reus,
Ex quo fuit homo Deus
In carne manifestatus.

13. Fructus alvi gloriosi,
 Per fructum intoxicatum
 Arteque hostis dolosi
 In mortem praecipitatum,
 Reddit vitam moriendo
 Et ad ima descendendo
 Limbum liquit spoliatum
 Confuso tyranno diro,
 Scandens, quo est omni viro
 Iusto regnum praeparatum.

14. Ventrīs ergo virginalis
 Decus semper collaudetur,
 Cui plausus maternalis
 Non abesse perhibetur,
 Sic ut nec nascente prole
 Sicut neque vitrum sole
 Casta parens violetur,
 Sed ut puram et intactam
 Mulierem matrem factam
 Omne saeculum miretur.

15. Tui, mater, exstas iuris,
 Quam implevit sanctum flamen,
 Ut succurras parituris
 Et eis praestes iuvamen,
 Unde ad te suspiramus
 Et gementes exoramus,
 Tuum pium per precamen
 Ut nos firmet in virtute,
 Qui servorum pro salute
 Ex te carnem sumpsit. Amen.

Orat. ms. Carth. Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl.
 375. — 3, 4 inaudita. — 7, 3 quem. — 8, 4 de fehlt. — 10, 4 Quem. — 11, 6
 Asperfacta caritate.

132. Super Ave Maria.

1. Ave, terra, quae non sata,
 De qua virens herba nata
 Per praeceptum Domini,
 Maria, tu reparatrix,
 Orbis es illuminatrix,
 Unde salus homini.
 2. Gratia, quam repperisti,
 Toti mundo subvenisti,
 Gloriosa domina,
 Plena benedictionis
 Praesides in caeli thronis
 Habens mille nomina.
 3. Dominus te decoravit
 Ac mirifice dotavit,
 Sponsus amantissimus,
 Tecum filius est patris,
 Eligens te vice matris
 Princeps potentissimus.
 4. Benedicta virga Iesse,
 Valens volensque prodesse
 Supplici populo,
 Tu laetitia iustorum,
 Deo, regi angelorum,
 Lac dedisti parvulo.

5. In te habens nil pollutum
 Nobis iter para tutum
 Post illud exsilium,
 Mulieribus et viris,
 Quae donasti modis miris
 Deicum consilium.
 6. Et tu, caeli margarita,
 Peccatorum lux et vita,
 Parens sine macula,
 Benedictus sit creator
 Tuus atque gubernator,
 Deus ante saecula.
 7. Fructus tuus est sublimis,
 Quamvis sumitur ab imis
 In salutem saepius,
 Ventrīs pleni novi musti
 Nec non rubi incombusti
 Memoremur amplius.
 8. Tui cordis innocentis,
 Filio commorientis
 Recordemur dulciter,
 Iesus, flosculus suavis,
 Amovendo nos a pravis
 Recreet feliciter.

9. *Christus regnans in supernis*

Festis aptet nos aeternis

Cum beatis omnibus;

Amen dicat matri piaae,

Sacrae virgini Mariae,

Quivis ex fidelibus.

Orat. ms. Domus. Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. eccl. 375.

133. *Super Ave Maria.*

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, thronus Salomonis,
Ave, victrix Pharaonis,
Maria, fons pietatis,
Maria, vas puritatis. | 5. In te Deus se armavit,
In te mortem vita stravit,
Mulieribus praelata,
Mulieribus es grata. |
| 2. Gratia te praeparavit,
Gratia te sublimavit,
Plena summis gaudiis,
Plena divinis gratiis. | 6. Et hinc nobis remedium
Et confer vitae spatium,
Benedictus per te mundus,
Benedictus et fecundus. |
| 3. Dominus te desponsavit,
Dominus te coronavit,
Tecum fuit, es nunc secum,
Tecum fuit, fac, sit mecum. | 7. Fructus tuus est amoenus,
Fructus tuus laude plenus,
Ventris gaudet humilitas,
Ventris placet virginitas. |
| 4. Benedicta mater Dei,
Benedicta tutrix rei,
Tu caelestis es regina,
Tu miseris medicina. | 8. Tui sumus, nos defende,
Tui sumus, tuis intende,
Amen, amen, repetamus,
Amen, ut te videamus. |

Orat. ms. Pollingense saec. 15. Clm. Monacen. 11917. A. — Cod. S. Floriani XI 122. saec. 16. B. — 1, 3 vas pietatis B. — 1, 4 flos puritatis B. — 3, 3 nunc es B. — 3, 4 ut sit B. — 4, 2 tutrix Dei A. — 4, 4 miserorum B. — 5, 3 placata A. — 6, 2 Et fehlt B. — 7, 4 ventris tui B.

134. *Super Ave Maria.*

1. Ave trinitatis flos,
Troft vnd gnade vns aws dir flos,
Dum Gabriel dulci ore
Gotes botschafft wonet in dem ore.
2. Maria, stella fulgens mane,
Dein grundlos gnade bete ich vnd mane,
Ob amorem laudis merae
Erlofe mich aws iomers mere.
3. Gratia tua nunquam vane
Scheinet aws deynes herczens vane,
Quare peto valde plane,
Hilf mir off dez hemels plane.
4. Plena laude atque rore,
Gevs mir gnade aws deynes herczens rore
In cor meum siccum valde,
Slews mich in deynes mantels valde.

5. Dominus noster atque frater
Der funder wart ny so frater
Quaerens lumen verae stellae
Her gebit ym des hemeles stelle.
6. Tecum in aeternum stat
Gat, mwer der himels stat,
Caelum tibi pro dote dans
Do her mit blute vnd mit vleifche [d]ans.
7. Benedicta mater, in hac valle
Leyte mich vos des tewfels valle,
Desint per te mentis notae,
Und hilf mir aws iommers note.
8. Tu lux fulgens sine labe,
Meyn arme fele trofte vnd labe,
Assis mihi pio more,
Das mich nicht die helle more.
9. In mulieribus venit verbum tale,
Das wart czu vleifche in defem tale,
Cuius vires crucis totae
Loften vns von grimmen tote.
10. Et benedictus non est vile,
Daz dich nu dy gatliche vile
Expolivit te tam munde,
Dez lobe ich dich mit fwachem munde.
11. Et nunc precor valde grate,
Behute mich vor der hellen grate,
Saevum hostem mentis sterne,
Sint du bist der engel sterne.
12. Benedictus ortus purae cerae,
Dem gatlich honik mit mir cere
Atque angelorum veste
Cleid mich in des hemels veste.
13. Fructus hic, qui non cor terret
Vnd die funden vewchte terret,
Mihi detur, desint minae,
Des bete ich, genedege vrawe myne.
14. Ventrīs alvus sine fine
Yft geschont vnd so fyne,
Quod Deus solus, nullus alter
Dor ynne waz alz off dem alter.
15. Tui ergo inest pure,
Daz du lohans, deynen armen pure,
Ex ore divinae cannae
Gnade schenkest mit deynes herczens canne.

16. Amen dico hora cenae,
Schick, daz meynes herczen czene
Gustent favum vivi mannae,
Vnd gnade werd mir armen manne.

Orat. ms. S. Mariae ad Scotos saec. 15. Cod. Scotor. Vindobonens. 50 f 29. — 13, 1 terret cor. — 15, 3 tanna. — 15, 4 tanne. — „Hanc orationem sequentem cum salutatione angelica edidit Iohannes de Gelnhusen, Moguntinensis dioecesis, notarius reverendissimi in Christo patris, Domini Pilei, tituli sanctae Braxedis presbyteri cardinalis, archiepiscopi Ravennensis, qui orationem eandem latino et thewtunico finalibus dictionibus mirifice concordantem per plurimos sacrae paginae professores examinari decrevit atque ad hanc auctoritate sua et apostolica nec non aliorum apostolicorum interveniente gratia duos annos et LXXX dies indulgentiarum gratiose concessit, praeter quod adhuc ab aliis mundi praelatis plurimae indulgentiae conquirentur.^a

135. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| 1. Ave, tu es paradisus,
in quo Deus graditur,
Ave, audis os loquentis,
quo Adam corrigitur,
Ave, capis verbum fantis,
quo serpens conteritur,
Ave, verbum habes entis,
quo daemon convincitur,
Ave, ex te fructus vitae,
quo vita perficitur. | 5. Dominus in pectore
tuo commoratur,
Dominus ex utero
tuo nobis datur,
Dominus ex ubere
tuo tuo satiatur,
Dominus officio
tuo procuratur. |
| 2. Maria tu viribus
inclitis ditaris,
Maria tu moribus
Ethicis amaris,
Maria virtutibus
Herois vocaris,
Maria charismatibus
Omnibus bearis. | 6. Tecum est in gremio,
ubi consolatur,
Tecum est in brachio,
in quo baiulatur,
Tecum in exsilio,
in quo transportatur,
Tecum in imperio,
in quo coronatur. |
| 3. Gratia sublimior
caelis comparata,
Gratia splendidior
sole illustrata,
Gratia capaciosior
totum comprehensa,
Gratia fecundior
Deum es enixa. | 7. Benedicta divino
munere gloriaris,
Benedicta angeli
famiae salutaris,
Benedicta humano
carmine praeaudaris,
Benedicta imagine
rerum praesignaris. |
| 4. Plena temperantia
innata fundaris,
Plena tu prudentia
mox sanctificaris,
Plena intelligentia
Deum contemplaris,
Plena sapientia
ipsum amplexaris. | 8. Tu es nubes montis legis,
qua maiestas loquitur,
Tu es vellus Gedeonis,
quo Christus induitur,
Tu es spica septiformis,
qua Aegyptus pascitur,
Tu es Cherub, templum Dei,
quo deitas panditur. |

9. In rubo virginitas
igne non crematur,
In fornace deitas
igne temperatur,
In virga viriditas
sicca fecundatur,
In prole integritas
sincera sacratur.
10. Mulieribus piis
praees bonitate,
mergens caritate,
Mulieribus praees
iustis probitate,
vincens dignitate,
Mulieribus puris
praees castitate,
nitens claritate,
Mulieribus sacris
praees sanctitate,
sistens deitate.
11. Et ut ligno vermiculus
in te figuratur,
Et in aquae igniculus
nube reservatur,
Et in terra secretius
lapis impraegnatur,
Et ex Maria parvulus
gigas demonstratur.
12. Benedictus exitus
talis producturae,
Benedictus vasculus
talis recepturae,
Benedictus flosculus
talis floriturae,
Benedictus titulus
talis perfecturae.
13. Fructus enim Mariae
emittit odorem,
Fructus huius abunde
excellit dulcorem,
Fructus cuius valide
abicit languorem,
Fructus tui fervide
Inflamat amorem.
14. Ventris,
quem pater praeordinavit,
ut thalamus fieret,
Ventris,
quem pneuma sanctificavit,
ut virgo conciperet,
Ventris,
quem filius subintravit,
ut sponsus procederet,
Ventris,
quem Phanuel aperuit,
ut nobis afflueret.
15. Tui, crater Salomonis
non indigens poculo,
Tui, calix Pharaonis,
pincernae salvatio,
Tui, vitis sponsionis,
vini nobis potio,
Tui palmes trinitatis
monstratur in filio.
16. Iesus, patris filius,
matrem fecundasti,
Iesus, verbum verius,
nos illuminasti,
Iesus, dux es praevious,
recte gubernasti,
Iesus, Mariae filius,
pie nos salvasti.
17. Sancta quia germine,
sancta es et prole,
Sancta es et corpore,
sancta es et mente,
Sancta es et opere
et intentione,
Sancta vitae ordine
et integritate.
18. Maria, praesagine
re et ratione,
Maria, ex flumine
foedos emundare,
Maria ex lumine
nos illuminare
Maria, progenie
natos adoptare.

19. Ora, ancilla Dominum,
cui placuisti,
Ora, mater, filium,
quem tu genuisti,
Ora, casta, spiritum,
per quem concepisti,
Ora, nupta, sponsum,
quem apprehendisti.

20. Pro tui clementia,
qua sic dilexisti,
Propter nati vulnera,
quibus redemisti,
Propter tui viscera,
quibus doluisti,
Pro nostri miseria,
cui subvenisti,

Amen, tuum obumbramen,
da nobis solamen,
quod est sanctum flamen

Amen, sit tuis iuvamen,
Securum tutamen,
tuum deprecamen.

21. Nobis dones meritum
iustificatorum,
Nobis reddas terminum
glorificatorum,
Nobis reddas praemium
omnium sanctorum,
Nobis praestes bravium
vere coronatorum,
Nobis des imperium
regni aeternorum.

22. Amen, angelicum carmen,
sit nobis in omine
per sacrum spiramen,
Amen, gloriosum lumen,
verum habet numen
nostrum expiamen,

Orat. ms. Cluniacense saec. 15. Cod. Parisin. Nouv. acq. 933. A. —
Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl.
375. B. — 1, 3 laudis B. — 1, 7 verbum Dei sentis B. — 2, 8 ornaris
B. — 3, 4 comparata B. — 5, 5 sq. Dominus exsultet tuo partu saturatur
A. — 6, 1 in fehlt B. — 7, 7 sq. rerum imagine A. — 9, 5 Qui virga A. —
9, 6 sic ea A. — 10, 3 ingens B. — 14, 11 Phanuel adprobavit A. —
15, 1 Salomon A. — 15, 7 palmos AB. — 16, 8 Iuste nos B. — 17, 1
Salve, quae germine B. — 17, 2 sis AB; et fehlt A. — 19, 7 fehlt eine
Silbe AB. — 21, 3 meritum B. — 22, 2 in oratione B; lies omen? — 22, 5 habet
munere A. — 22, 10 Amen, quoniam sis tuis iuvamen A. — 22, 11 tutamen
fehlt A. — 22, 12 deputamen B. — Der zweite Teil (Str. 17 ff.) steht in B
als selbständiges Lied abgetrennt.

136. Super Ave Maria.

1. Ave, tu per angelum
magnum sumens Ave,
Modo per me miserum
sume parvum Ave,
Ut cum vultu placido
meum sumat Ave,
Tuo dilecto filio
funde tuum Ave.

2. O de Deo genita
genetrix Maria,
O curatrix omnium,
medela Maria,

O decus angelicum
gaudium Maria,
O regina virginum,
domina Maria.

3. Te divina gratia
mire procreavit,
Te virtutum gratia
privilegiavit,
Ventrem tuum gratia
prole fecundavit,
Cuius mira gratia
damnatos salvavit.

4. O plena munditiis,
cella puritatis,
O plena laetitiis,
porta pietatis,
O plena divitiis,
portus voluptatis,
O plena deliciis,
hortus ubertatis.
5. Te solam prae ceteris
Dominus dilexit,
Ultra sumens angelos,
Dominus te vexit,
Te dulcoris oculo
Dominus respexit,
De dulcoris pallio
Dominus contextit.
6. Nam in ventris alveo
requievit tecum,
Iacens in praesaepio
colludebat tecum,
Qui prius in stadio
laborabat tecum,
Nunc sedens in solio
gratulatur tecum.
7. Benedicto nomine
gaudens benedicta,
Nam Maria nomine
tu es benedicta,
Lumen Dei reserat
haec vox benedicta,
Tecum claudis nomine
tuo benedicta.
8. Tu es arca continens
manna beatorum,
Tu es virga dirigens
gressus viatorum,
Tu es urna aurea
claritate morum,
Tu geris in tabulis
verba praeceptorum
9. In te nova gratia
novo modo spirat,
Et in tua gratia
peccator respirat,
- In tuis deliciis
devotus suspirat
Et in tuis meritis
ad regnum aspirat.
10. Tu in mulieribus
non habes reatum,
Tu in mulieribus
habes principatum,
Tu in mulieribus
tenes caelibatum,
Tu in mulieribus
paris Dei natum.
11. Tu primam et ultimam,
naturam unisti
Tu Deum et hominem
in ventre tulisti,
Angelos et homines
concordes fecisti,
Gratiam et gloriam
nobis invenisti.
12. Benedictus uterus,
de quo processisti,
Benedictus Dominus,
cui patuisti,
Benedictus filius,
quem tu genuisti,
Benedictus spiritus,
de quo concepisti.
13. Fructus tuus suavior
omni blandimento,
Fructus tuus dulcior
omni nutrimento,
Fructus tuus pulchrior
omni ornamento,
Fructus tuus carior
auro et argento.
14. Ventris tui lectulus
tactum viri nescit,
Ventris tui hortulus
gratia florescit,
Ventris tui flosculus
sopore dulcescit,
Ventris tui thalamus
liliis albescit.

15. Tui fructus gratiam
 fac nos impetrare,
 Tui fructus gloriam
 da desiderare,
 Tui fructus gratiam
 da nos degustare,
 Tui fructus praemia
 da participare.

16. Amen dico rogans te
 Iesu electricem,
 Meam, quaeso, animam
 praevaricatricem
 Tuis sanctis precatibus
 fac hostium victricem,
 Et aeternis sedibus
 tecum assistricem.

Orat. ms. Monsis s. Georgii saec. 15. Cod. Guelfenbyteran 1514. (Helmst. 1391). — 5, 1 sq. Dominus prae ceteris. —

137. Super Ave Maria.

1. Ave tu, sponsa regalis,
 Praelecta, specialis,
 Soli Deo dedicata,
 Maria, quae cum angelo
 Es a salutari vero
 Feliciter salutata.

2. Gratia salvationis
 Ac nostrae redemptionis
 Per te nobis reformata,
 Plena de patris favore,
 Dei filii amore,
 Sanctissima caritate.

3. Dominus ad te veniens,
 Dei verbum te diligens
 Pro nostra felicitate,
 Benedicta, laudabilis
 Et semper venerabilis
 De sancta conceptione.

4. Tu innupta virgo mater,
 Omnipotens Deus pater
 Christi incarnatione,
 In mulieribus felix,
 Quia Iesu Christi nutrix
 In purificatione.

5. Et benedictus, qui venit,
 Qui totum mundum redemit
 Per amaram passionem,
 Fructus, radix aeternalis,
 Resurrexit immortalis,
 Tendens ad ascensionem,

6. Ventris tui, qui portavit
 Regem, qui te coronavit
 Ad caelorum regionem;
 Iesus Christus, filius tuus
 Sit nobis peccatoribus
 Omnibus propitius.

Miss. ms. Hildeshemense saec. 13. Cod. Capit. Treviren. 153. add. saec. 14. Als „hymnus“ bezeichnet.

138. Super Ave Maria.

Ave tu, virgo Maria,
 Tota repleta gratia,
 Dei filius est tecum,
 Tota virtus eius secum.
 Inter omnes benedicta
 Virgo mater et inclita,
 Fructus tuus benedictus

Nam caelestis exercitus
 Hunc, mater, tuum filium
 Collaudat in perpetuum.
 Ergo, virgo mater Dei,
 Miserere, precor, mei,
 Ora pro toto populo,
 Qui vivit in hoc saeculo.

Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruhan. Aug. 36.

139. Super Ave Maria.

- | | |
|--|--|
| 1. Ave venerabilis
Venustate moris,
Virgo delectabilis
Sine vae doloris. | 7. Benedicta domina,
Regina caelorum,
Tibi laudes agmina
Canunt angelorum. |
| 2. Maria tu proprio
Nomine vocaris,
Sonat vocis ratio,
Quod es stella maris. | 8. Tu in mulieribus
Semper benedicta,
Gratior es omnibus
Sanctiorque dicta. |
| 3. Gratia te spiritus
Sancti fecundavit
Verbo, quod humanitus
In carnem formavit. | 9. Et cum desideriiis
Optabant prophetae
Te, per quam miseriis
Imponuntur metae. |
| 4. Plena Dei filium
Virgo concepisti,
Nec pudoris pallium
Partu dirupisti. | 10. Benedictus omnium
Machinas rex fecit,
Caeli, terrae, marium
Quas tibi subiecit. |
| 5. Dominus signaculo
Te sponsam signavit,
Quam sponsus in annulo
Suo subarrhavit. | 11. Fructus tuus creditur
Cibus angelorum,
Pascit nec depascitur
Esu commestorum. |
| 6. Tecum habens filium
Forma deitatis
Contrahis conubium
Summae trinitatis. | 12. Ventris in sacrario
Deum inclusisti,
Quem mannae mysterio
Mundo compluisti. |
13. Tui sint in gaudio
Servi tecum, pia,
Quo mater cum filio
Frueris, Maria.

Cant. ms. Tegurinum saec. 15. Cgm. Monacen. 716. A. — Orat. ms. Carth. Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Script. Eccl. 375. B. — Orat. ms. Salisburgense anni 1474. Cod. S. Petri Salisburgen. III 10. C.

2, 4 Quae es A. — 4, 4 Partu perdidisti C. — 5, 3 Quod sponsus B. — 6, 1 habes A. — 7, 3 Ubi laudes A. — 9, 2 Optabant te prophetae B. — 9, 3 Per quam nostris miseriis B. — In B sind noch zwei Strophen über die Worte Iesus Christus angefügt, die aber andern Liedern entlehnt sind. Vgl. Mone II, 97 u. f.

140. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| 1. Ave, virginum regina,
Rosa florens sine spina,
Ave, clemens et divina,
Peccatorum medicina. | 2. Maria, virgo tenella
Diceris inter agnella,
Decus morum, maris stella,
Caelica propinans mella. |
|---|---|

3. Gratia tu gratiosa,
Mater Dei generosa,
Digna laude gloriosa,
Veri veris rubens rosa.
4. Plena angelorum laude,
Nos ab hostis salva fraude,
Cum supernis semper plaude,
In Dei visione gande.
5. Dominus te matrem sibi
Elegit commendans tibi
Egenos, quos vult ascribi
Participes caeli cibi.
6. Tecum manet in aeternum
Iesus, quem nos coaeternum
Famus patri et supernum,
Te regens in sempiternum.
7. Benedicta, quae portasti
Christum Iesum, quem lactasti
Gaudens, quando dilatasti
Corque Deo praeparasti.
8. Tu virtutibus ornata,
Summae Hierusalem nata,
Virgo Deo semper grata,
Prophetarum complens fata.
9. In mulieribus decora,
Semper rubens ut aurora,
Pro nobis Deum exora
In suprema mortis hora.
10. Et benedictus tuus natus,
Qui propter nostros reatus
Clavis duris vulneratus
Est et spinis coronatus.
11. Fructus iste spiritalis,
Generosus et regalis,
Pro nostris oblatus malis
Nunquam est perceptus talis.
12. Ventris sponsus de cubili
Procedens modo subtili
Nos visitat, non hostili,
Amictus vestitu vili.
13. Tui condolentes nati,
Passione liberati,
Ab ipso pie renati
Laudem demus summitati.

Orat. ms. Carth. Erphesfurten. saec. 15. Cod. Rossian. VIII 56. — 2, 1
virgo ergänzt. — 8, 1 Tu in mulieribus. — 13, 4 summi nati.

141. Super Ave Maria.

1. Ave, virgo domina,
Plena pietate,
Ave, felix femina,
Nitens puritate,
Ave, scandens culmina
Gloriae beatae.
2. Maria culpabili
Carens corruptela,
Maria laudabili
Affluis medela,
Maria mirabili
Nos servas tutela.
3. Gratia praeveniens
Te sanctificavit,
Gratia perveniens
Te magnificavit,
Gratia perficiens
Te glorificavit.
4. Plena verbi numine
Summa creatura,
Plena sacro flamine
Paris, virgo pura,
Plena Dei lumine
Illustras obscura.
5. Dominus ingenitus
Pater te elegit,
Dominus te genitus
Matrem praelegit,
Dominus te spiritus
Fecundat et regit.
6. Tecum tota trinitas
Manet deitatis,
Tecum est humanitas
Verbi veritatis,
Tecum est fecunditas
Et flos puritatis.

- | | |
|---|---|
| <p>7. Benedicta viscera,
Quae Christo parasti,
Benedicta ubera,
Quibus hunc lactasti,
Benedicta opera,
Quibus coruscasti.</p> <p>8. Tu in mulieribus
Summe sublimaris,
Tu in mulieribus
Sola virgo paris,
Tu in mulieribus
Es ut stella maris.</p> <p>9. Et regnas sublimior
In throno caelorum
Et es gloriosior
Choris angelorum
Et post Christum sanctior
Sorte beatorum.</p> <p>10. Benedictus praeditus
Pater te creavit,
Benedictus genitus,
Qui te de manavit,
Benedictus spiritus,
Qui te consecravit.</p> | <p>11. Fructus vitae caelicus,
Cibus sacramenti,
Fructus est salvificus
Robur praebens menti,
Fructus est angelicus
Splendor firmamenti.</p> <p>12. Ventris in hospitio
Claudis infinitum,
Ventris in sacrario
Fructum fers mellitum,
Ventris almi gremio
Deo paras situm.</p> <p>13. Tui vultus claritas
Mirum dat splendorem,
Tui partus novitas
Conservat pudorem,
Tui fructus bonitas
Omnem fert dulcorem;</p> <p>14. Iesus, sol iustitiae,
Salus viatorum,
Iesus, fons lactitiae,
Dator praemiorum,
Iesus, splendor gloriae
Et lux beatorum.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Domus Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl. 375.

142. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Ave, virgo dulcissima,
Virgo placens amabilis,
Ave, virgo pulcherrima,
Virgo genere nobilis,
Ave, virgo purissima,
Virgo, tota laudabilis,
Ave, virgo gratissima,
Virgo, mater mirabilis.</p> <p>2. Maria, praeter opera
Carnis portasti Dominum,
Maria, mortis onera
Destruis, virgo virginum,
Maria, plus quam sidera
Refulges, salus hominum,
Maria, tu puerpera
Culmen transcendis ordinem.</p> | <p>3. Gratia sancti spiritus
Dulcem ornavit loculum,
Gratia Dei caelitus
Replevit habitaculum,
Gratia te divinitus
Transformavit in vasculum,
Gratia cuius ambitus
Attulit pacis osculum.</p> <p>4. Plena fuisti gratia,
Plena caeli dulcedine,
Plena Deo dans omnia,
Plena divino flamine,
Plena desuper in via,
Plena manens in lumine,
Plena nunc es in patria,
Plena sedens in culmine.</p> |
|---|---|

5. Dominus, rex regnantium,
 Contraxit amicitiam,
 Dominus in sacrarium
 Dulcem elegit filiam,
 Dominus in hospitium
 Tractus propter munditiam,
 Dominus domicilium
 Intrans et dans custodiam.
6. Tecum fuit infantulus
 Inclusus in visceribus,
 Tecum hic legis baiulus
 Dignis portatus manibus,
 Tecum dulcis puerulus
 Ablactatus uberibus,
 Tecum immensus parvulus,
 Totus plenus dulcoribus.
7. Benedicta salubriter
 Cunctis fulta virtutibus,
 Benedicta totaliter
 Carens cunctis criminibus,
 Benedicta feliciter
 Illustrata fulgoribus,
 Benedicta perenniter
 Et praefulgens honoribus.
8. Tu dulcis, felix femina,
 Caeli digna fastigio,
 Tu gloriosa domina,
 Regali sedens solio,
 Tu pusillorum intima
 Dulcoris foves gaudio,
 Tu caelestium agmina
 Dulci reple solacio.
9. In nullis tanta puritas
 Ab initio saeculi,
 In nullis tanta dignitas
 Signati dulcis hortuli,
 In nullis sic fecunditas
 Absque tactu signaculi,
 In nullis haec nobilitas
 Singularis vehiculi
10. Mulieribus haec pia
 Praefertur singulariter,
 Mulieribus socia
 Se dat sororem dulciter,
- Mulieribus gloria
 Mater Dei veraciter,
 Mulieribus curia
 Caeli defert humiliter.
11. Et qui fructus puerperae
 Mea dicet fragilitas,
 Et quid possum describere,
 Ubi fontalis bonitas,
 Et quid possum hic quaerere,
 Ubi tanta profunditas,
 Et quid possum plus dicere?
 Doceas, felix trinitatis.
12. Benedictus superius
 Est in caeli palatio,
 Benedictus inferius
 In mirando commercio,
 Benedictus interius
 In puellae triclinio,
 Benedictus exterius
 Omni dignus praeconio.
13. Fructus hic speciosior
 Cunctis aliis fructibus,
 Fructus iste suavior
 Miris fragrans odoribus,
 Fructus hic amabilior
 Pius devotis mentibus,
 Fructus hic efficacior
 Dulcis marcens virtutibus.
14. Ventris matris praeclaritas
 Relucet in ecclesia,
 Ventris mira suavitas
 Et odoris fragrantia,
 Ventris dulcis felicitas,
 Ubi Iesu praesentia,
 Ventris felix haec novitas
 Iunxit imis caelestia.
15. Tui corporis propria
 Deo grata possessio,
 Tui, virgo, sacrarii
 Suavis contemplatio,
 Tui templi eximii
 Paradisus emissio,
 Tui dulcis hospitii
 Fructum miratur ratio.

16. Amen, Iesus dulcissimus,
 Bonus essentialiter,
 Amen, excelsus infimus,
 Propinquus personaliter,

Amen, hic frater minimus,
 Rubricatus poenaliter,
 Amen, ergo dignissimus,
 Benedictus perenniter.

Orat. ms. Domus Novae Lucis saec. 15. Cod. Ultraiectin. Scriptt. Eccl.
 375. A. — Orat. ms. Caelestin. saec. 15. Cod. Parisin. 18571. B. — Orat.
 ms. Gallicum saec. 15. Cod. Vatican. 3767. C. — 1, 7 gloriosissima C. —
 2, 1 Maria mater opera C. — 3, 2 Ornavit dulcem B. — 4, 3 Deo fehlt
 A. — 4, 5 insuper B. — 4, 7 et in C. — 5, 2 coniunxit A. — 6, 4 tractatus
 B. — 6, 6 Et lactatus B. — 6, 7 puerulus C. — 8, 1 Tu dulcissima femina
 BC. — 8, 8 Magno reples B; dulci C. — 9, 1 tanta dignitas C. — 9, 5 haec
 fecunditas BC. — 9, 8 ferculi C. — 11, 1 quid B. — 11, 3 possim C. —
 11, 5 possim C. — 11, 7 possim C. — 11, 8 Deceat C. — 13, 2 fontibus
 C. — 13, 6 Pius C. — 13, 8 marces C. — 14, 8 Imis iunxit C. — 15, 6
 Paradisi B. — 15, 8 Factum B, Fatim C. — 16, 8 Qui est Christus A. —
 C fügt noch weitere drei Strophen bei:

17. Maria, te suppliciter
 Mea salutat parvitas,
 Mater misericorditer
 Reddas coronas perditas,
 Ut laetemur feliciter,
 Ubi dulcis iucunditas,
 Regnemus aeternaliter,
 Ubi iugis sollemnitas.
 18. Per te donetur venia,
 Sis expiatrix scelerum,
 Sopiatur discordia
 Sis reformatrix foederum,

Ad te clamat inopia,
 Sis pia datrix munerum,
 Nos coartat miseria,
 Sis consolatrix pauperum.

19. Cupio, mater, cernere
 Tui splendoris speciem,
 Feliciter quiescere
 Post timendum mortis diem,
 Fac nos sursum ascendere
 Ad illam dulcem requiem,
 Dulcem Iesum respicere
 Et eius gratam faciem.

143. Super Ave Maria.

1. Ave, virgo gloriosa,
 Peccatorum consolatrix,
 Ave, dulcis speciosa,
 Ave, nova reparatrix,
 Ave, scandens velut rosa,
 Castitatis conservatrix,
 Ave, mater fructuosa,
 Miserorum miseratrix.
 2. Maria, plena gratiae,
 Ab angelo salutata,
 Maria, pulchra facie,
 Super caelos exaltata,
 Maria, regis gloriae
 Mater et virgo beata,
 Maria, precor hodie,
 Dilue mea peccata.
 3. Gratia Deus replevit
 Te per hoc verbum suave,
 Gratia totam complevit,
 Cum Gabriel dixit Ave,

Gratia in te quievit,
 Qui nos liberavit a vae,
 Gratia tua delevit
 Parentum reatum grave.
 4. Plena virtutum Maria,
 Virgo Deum concepisti,
 Plena oboedientia
 Cum ancillam te dixisti,
 Plena caelesti gratia,
 Virgo Deum peperisti,
 Plena misericordia,
 Summo Deo placuisti.
 5. Dominus praevidit sibi
 In te suum sacrarium,
 Dominus elegit ibi
 Suum reclinatorium,
 Dominus hic, non alibi,
 Fecit suum palatium,
 Dominus donavit tibi
 Unicum suum filium.

6. *Tecum Deus, virgo pura,
Fecit suum obumbramen,
Tecum sua genitura
Venit per angeli flamen,
Tecum divina natura
Habet suum respiramen,
Tecum omnis creatura
Postulat suum iuvamen.*
7. *Benedicta virginitas
Viget in te in aeternum,
Benedicta sit castitas,
Quae dedit Deum aeternum,
Benedictaque unitas,
Quae fecit tempus moder-
num
Benedicta nos trinitas
Conservet in sempiternum.*
8. *Tu es stella matutina,
Quae illuminas patriam,
Tu sola stella marina,
Quae nos reducis ad viam,
Tu sola vera regina,
Quae quaeris sapientiam,
Tu dulcissima domina,
Quae portas auri copiam.*
9. *In te, virgo, sunt sperantes
Adflicti et peccatores,
In te fugiunt clamantes
In hoc mundo viatores,
In te exsultant cantantes
Omnes viri bellatores,
In te, mater, deviantes
Recipiunt bonos mores.*
10. *Mulieribus pulchrior,
Virginum serenissima,
Mulieribus sanctior,
Sanctarum beatissima,
Mulieribus altior,
Cunctarum nobilissima,
Mulieribus dulcior,
Omnium suavissima.*
11. *Et dignior omni laude,
Ab omnibus veneranda,
Et permanens sine fraude
Super omnes praeamanda,*
- Et tu, mater virgo, gaude,
Quia tu es adoranda,
Et in throno sedens plaude,
Quia semper es laudanda.*
12. *Benedictus sit creator,
Qui te Mariam elegit,
Benedictus sit bellator,
Qui in cruce pugnare egit,
Benedictus sit salvator,
Qui inferni claustra fregit,
Benedictus gubernator,
Qui caelum et terram regit.*
13. *Fructus Mariae virginis
Ecclesiam restauravit,
Fructus superni numinis
Synagogam excaecavit,
Fructus aeterni luminis
Nos caecos illuminavit,
Fructusque sui sanguinis
In se credentes salvavit.*
14. *Ventris partus mirabilis
Fide et flore floruit,
Ventris porta tam nobilis,
Nunquam homo te polluit,
Ventris fructus spectabilis
Nos sacram fidem docuit,
Ventris cibus amabilis
In Bethlehem emicuit.*
15. *Tui filii sanguine,
Maria, sumus lavati,
Tui nati certamine
Sunt daemones spoliati,
Tui fructus iuvamine
Sunt captivi liberati,
Tui partus in nomine
Sunt omnes iusti salvati.*
16. *Amen debemus dicere
In fine huius operis,
Amen, fac nos recurrere
Ad partem tui foederis,
Amen, fac nos te edere,
Qui panis vitae crederis,
Amen, fac nos quiescere
Tecum cum sanctis ceteris.*

Orat. ms. saec. 15. Cod. Capit. Toletan. 34—28. A. — Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15. B. — 1, 1 generosa B. — 1, 4 nostra B. — 1, 7 gloriosa B. — 1, 8 Omnium sanctorum amatrix A. — 2, 6 sacrata B. — 2, 8 nostra B. — 3, 1 replevit Deus A. — 4, 2 Verbo Deum B. — 4, 7 oboedientia A. — 6, 2 umbramen B. — 6, 4 angelum A; Per angeli venit B. — 6, 6 Suum habet B. — 6, 8 Spectat suum A. — 7, 2 Quae viget A; In te viget in B. — 7, 4 Quae concepit Deum trinum A. — 7, 6 Quae dirigit tempus A. — 7, 7 nos fehlt A. — 7, 8 Quae conservet nos in A. — 8, 2 illuminat. B. — 8, 4 reducit B. — 8, 5 caeli regina B. — 8, 6 Regens nostram pro sapiam B. — 8, 7 Tu sola mundi B. — 9, 6 Omnes veri creatores A. — 9, 7 matrem B. — 10, 2 clarissima A. — 10, 6 Cuuctarumque altissima A. — 10, 8 es dulcissima A. — 11, 3 permanes A. — 11, 7 sedes B. — 12, 2 te virginem B. — 12, 3 pugnator B. — 12, 4 bella egit B. — 12, 8 et fehlt B. — 13, 3 superne nominis B. — 13, 4 renovavit B. — 13, 5 aeterne B. — 13, 7 Fructus veri sui B. — 13, 8 salutavit A. — 14, 6 Novam legem nos B. — 15, 2 Sumus, Maria B. — 15, 4 Diaboli sunt B. — 15, 8 Omnes chori sunt B. — 16, 3 nos recitare B. — 16, 4 patrem B.

144. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, virgo nobilis,
caelica regina,
Praeter Deum quoslibet
gloria divina
Superas, mirabili
formula concepta,
Sola Dei genetrix
digna es reperta,
Abs viro spiramine
sancto gravidata,
Sedes hinc seraphicis
superexaltata,
Absque vae parturiens
verum Dei natum,
Supra choros agminum
locum nacta gratum,
His potenter imperas,
paritant mandatis,
Laudes canunt iugiter
tuae dignitatis,
Prona es cuipiam
supplici precanti,
Quavis in angustia
tete postulanti. | Mens refecta dulcius
laeta iubilaret;
Vocibus precantium
aures praebe pia,
Tui propter nominis
laudes, o Maria,
Quaeque nostra tristia
mitiga benigne,
Ut in hoc exsilio
sufferamus digne
Et post carnis transitum
deviis vitatis
Perfruamur gaudiis
aevae claritatis. |
| 2. Maria dulcissima,
virginum corona,
O si tua perfruar
facie decora,
Cura quaevis grandior
penitus cessaret, | 3. Gratiam non denegas
mera bonitate,
Quam deposcunt miseri
in necessitate,
Et si grandis fuerit
moles egenorum,
Prorsus eam reprimis,
mater orphanorum,
Tuo in servimine,
praesta, sic vivamus,
Iuge ut supplicium
laeti evadamus,
Erue a doloribus,
spes desolatorum,
Gaudia des cordibus
maestis afflictorum. |

4. Plena et plenissima
omni pietate,
Serva nos gratissima
tua suavitate,
Mentes, da, irradiet
gratiae splendore
Pneuma divum, saciet
fecundando rore,
Teque tuum filium
semper ut laudemus,
Quaeque transitoria
vana refutemus.
5. Dominus prae ceteris
te elegit matrem,
Castis e visceribus
tuis ut nasceretur,
Conferens solacium
maestis et egenis,
Quos redemit sanguine
infernici a poenis,
Ictus diros tolerans,
vulnera cruenta,
Famam, sitim, alapas,
varia tormenta;
Cruciatus auferas
mentis sine mora,
Spiritus suscipias
nostras mentis hora.
6. Tecum almi gratia
spiritus quiescit,
Sacro tuo scrinio,
maculam quod nescit;
Natum unigenitum
roges, o Maria,
Pium ut auxilium
nobis sit in via,
Hoc cum ab exilio
simus transitori,
Redeamus patriam
laetique securi.
7. Benedicta domina,
virginum corona,
Quovis a facinore
praeservata bona,
Gabrielem nuntium
pater supernorum

Misit, absque macula
quavis peccatorum
Verum suum filium
e te nasciturum
Nuntiantem caelitus,
mundum redempturum,
Est ob hoc integritas
tuae castitatis
Laesa sic nullatenus
dono deitatis.

8. Tu, quae caeli porta es
iugiter serrata,
Verbo sola territa
eras, salutata
Angeli oraculo
continentis Ave;
Incontacta concipis,
gignis onus suave,
Iesum, abs peccamine
Qui te conservavit,
Virtus nam altissimi
tibi obumbravit;
Quavis in angustia
nos placare, pia,
Virginum castissima,
mater Dei dia.
9. Inque mulieribus
tamquam sol candescis,
Ullam in te maculam
prorsus, pia, nescis,
Omnes mulierculas
sola tu praeclara
Excellis nec est mundior
virgine te cara
Unquam a femineo
sexu procreata;
Igitur te poscimus,
mater Dei grata,
Tuam ut ob regiam
dones dignitatem
Aeva nobis gaudia
ac felicitatem.
10. Benedictus prodiit
aula paternali,
Procreatus tempore
aula virginali

Genetricis optimae,
virginis Mariae,
Nomen cuius personant
Christiani mire
Collaudando suavius
fantes: o Maria,
Dona nobis gaudia
caeli hierarchia.

11. Fructus, qui virgineo
utero profluxit,
Agnus Dei innocens
crimina destruxit,
Iesus Christus agnus est
oves aberrantes
Patri reconcilians,
ipsum invocantes;
Agnus is pulcherrimam
virginem beavit
Et prae cunctis feminis
tete sublimavit;
Confer vitae spatium
culpas conterendi,
Post da frui iugiter
gaudio perenni.

12. Ventrīs tui puritas
nunquam violata,
Ast virtutum pondere
mire decorata,
Nunc et ante saecula
semper praelecta,
Dei habitaculum
exstat iam effecta,

Rogo, virgo inclita,
ut in fine vitae
Caro Christi nobilis,
potus sanguis insons,
Quis cibati levius
caelos conscendamus.

13. Tui nos auxilii
gratiam poscentes,
Virgo Dei genetrix,
miseros et flentes
Ultimo in examine
stricto rigoroso
Praesentatos iudici,
o si favoroso,
Iuva, pie promove,
ut ad dextram Christi,
Nati tui unici,
mereamur sisti,
Ubi latro nequior
gratiam adeptus
Conterens peccamina
caelos ad receptus.

14. Amen, ut ad patriam
provehamur veram,
Clare Dei faciem
intuendo meram,
Cuius in intuitu
gaudia sunt vera,
Gressus nostros dirige,
dia caeli hera.

Cod. Berolinen. (ol. S. Petri Erfordien.) IV° 164. saec. 15. — 3, 9 sermine. — 6, 4 scruneo. — 9, 16 ast felicitatem. — 10, 8 Christi boni. — Aufschrift: „Salutatio angelica, quam auream vocant.“

145. Super Ave Maria.

1. Ave, virgo,
regina gloriae,
Vitae via,
dux sanctimoniae,
Spes salutis,
flos pudicitiae,
Fons dulcoris,
mater munditiae,
Labe carens.

2. Maria, tu
es virgo omnium,
Virgo prudens,
prima prudentium,
Invenisti
salutis gaudium,
Quod amisit
per gulae vitium
Prima parens.

3. Gratia, quam
nulla promeruit,
Tibi datur,
et gratis adfuit
Gratiarum
dator, dum voluit
De te nasci,
hunc, qui te genuit,
Genuisti.
4. Plena fulges
virtutum gratia,
Nam fit in te
carnis substantia
Verbum patris
et sapientia,
Sine patre
dum patrem filia
Peperisti.
5. Dominus te
sacrans in utero
Educavit
amore tenero
Et a gressu
conservans aspero
Pedem tuum
semper in prospero
Dirigebat.
6. Tecum fuit
in hoc itinere
Dux et comes
firmato foedere,
Orto sole
de suo sidere
Ius naturae
partu puerperae
Obstupebat.
7. Benedicta,
quae Dei filium
Concepisti
aure per nuntium,
In conceptu
viri consortium
Non experta
carnis incendium
Nesciebas.
8. Tu es, in qua
miro commercio
Fit et verbi
et carnis unio,
Semper vernans
pudore proprio
Poenam partus
in puerperio
Non habebas.
9. In hoc partu
natura siluit,
Caelum canit,
sidus apparuit,
Magus credit,
pastor obstupuit,
Bos cognovit,
asellus docuit
Adorare.
10. Mulieribus
aufert opprobria
Partus ille
dans mundo gaudia,
Obierunt
mors et miseria
Nato Iesu,
qui venit vitia
Relaxare.
11. Et tu, felix
virgo puerpera,
Gaude, cuius
intacta viscera
Ediderunt,
lactarunt ubera,
Quem non valent
tellus et aethera
Continere.
12. Benedictus
sit Dei filius,
Factus nobis
per te propitius,
Carne frater,
natura socius,
Culpa carnis
expers et nescius
Erat vere.

13. Fructus venit
de te, christifera,
Per quem perit
virus et vipera,
Quae infixit
peccati vulnera
Et a morte
stirps Adae misera
Liberatur.

14. Ventrīs tui
fructificatio
Mundi salus
est et redemptio,
Animarum
vera refectio,
Panis vivus,
quo caeli contio
Satiatur.

* * *

17. Fīli Dei
nostraeque virginis,
Mediator
Dei et hominis,
Miserorum
tuaē propaginis,
Quos redemit
crux tui sanguinis,
Miserere.

18. Iesu pie,
patris potentia,
Piae matris
prece propitia
Solve reos
a faecis scoria
Et solutos
tecum in gloria
Fac gaudere.

Cod. Parisin. 11343 saec. 15.

15. Tui, mater,
honoris dignitas
Laudes nescit
habere tacitas,
Tibi preces
offerre placitas
Opem nobis
det sancta trinitas
Et virtutem.

16. Amen dicant
omnes et singuli,
Ordo, sexus,
senes et parvuli,
Gens Iudaea,
fidelis populi,
Quos perducit
salvator saeculi
Ad salutem.

19. Alma virgo,
da mihi misero
Te laudanti,
ut cursu propero
Litus tendam,
quo timens propero,
Tutus tamen,
si tuum sensero
Aduvamen.

20. Teque rogo,
mi dulcis domina,
Ut quicumque
haec laudum fragmina
Tibi psallunt,
eorum nomina
Conscribantur
in vitae pagina;
Fiat, Amen.

146. Super Ave Maria.

1. Ave, virgo virginum,
Ave, mater Dei,
Ave, mater luminum,
Ave, salus rei,

Ave, culmen culminum,
Memor esto mei,
Mihī placā Dominum
Me reformans ei.

2. Maria, clementiae
Vera lux divina,
Imperatrix regiae
Lucis et regina,
De lacu miseriae,
Faecis de ruina
Me duc et ad gratiae
Callem pie mina.
3. Gratia, quae floribus
Fulcit te virtutum,
A peccati sordibus
Reddat me solutum,
Ut cum sanctis omnibus
Iter nactus tutum,
Quo resistam hostibus,
Spei feram scutum.
4. Plena pigmentario
Cella tu liquore,
Portus in naufragio,
Quies in labore,
Medicinam saucio
Mihi tuo more
Confer, tuo filio
Iungar in favore.
5. Dominus, quæ conditur
Omnis creatura,
Christus ex te nascitur,
Virgo, mater pura,
Per quem mundo tollitur
Moles mortis dura,
Quæ peccato laeditur,
Mentem meam cura.
6. Tecum tota trinitas,
Tecum sanctitudo,
Tecum morum claritas,
Tecum mansuetudo,
Fides, spes et caritas,
Mundi fortitudo,
Absit mihi foeditas,
Assit pulchritudo.
7. Benedicta domina,
Decus mulierum,
Caeli super agmina,
Super culmen rerum,
Promptum ad peccamina,
Ad virtutes serum,
Me tecum illumina
Lumen donans verum.
8. Tu in mulieribus
Summa nominaris,
Immo prae virginibus
Virgo nuncuparis,
Quæ pro nobis omnibus
Sola proeliaris,
Me de mundi fluctibus
Tolle, stella maris.
9. Et benedictus dominus,
Qui te benedixit,
Dum Gabriel caelitus
Ave tibi dixit,
Abstersisti gemitus,
Eva quos infligit,
Iuva, ne sim perditus,
Satan quem affligit.
10. Fructus tuus, domina,
Sinu de paterno
In hanc vallem saliens
Mundi de superno
Cunctos est reficiens,
Illum saepe cerno,
Virgo, fac ut moriens
Solvar ab inferno.
11. Ventris in sacrarium
Tui rex ingressus,
Fraudes vicit hostium
Caelitus egressus,
Famem, sitim, taedium,
Mortemque perpessus,
Mihi da subsidium,
Meos rege gressus.
12. Tui nati sanguine
Peccator lavetur
A parentum crimine
Lotusque salvetur
Et in caeli culmine
Salvus iucundetur,
Tibi laus cum carmine,
Mihi salus detur.

Cod. Lambacen. CLXXXVI. saec. 14. A. — Cod. S. Petri Salisburgen.
b VI 3. saec. 14. B. — 1, 7 Tuum placans dominum A. — 2, 6 faecis et
ruina B. — 2, 8 Collem B. — 5, 5 mundi B. — 6, 8 Absit AB. — 7, 1
Benedicta tu A. — 7, 7 secum A. — 8, 1 Tu fehlt A. — 10, 1 Fructas tui
veniens A.

147. Super Ave Maria.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Ave, virgo virginum,
digne salutata,
Salutis exordium,
salus exspectata,
Salutantes respice
salvatori grata,
Sana cordis intima
male sauciata.</p> <p>2. Ave, sidus rutilans
Maria praeclare,
Stella maris, tenebras
potens illustrare,
Tui stillicidio
mellis dulcorare
Veni, quos amaritat
hoc amarum mare.</p> <p>3. Ave, grata Domino
gratiam merendo,
Erui a vitiis
te rogamus flendo,
Gratiosa nobis sis
gratos faciendo,
Gratiae restitutens
ingratis parcendo.</p> <p>4. Ave, mundi gloria,
Plena caeli porta,
Tua plenitudine
dirige detorta,
Plenitudo gratiae
cum ex te sit orta,
Ut mors in victoria
plene sit absorpta.</p> <p>5. Ave, mater Domini,
Domino devota,
Dominorum dominus
per te nostra vota</p> | <p>Dirigat, ne fluctuet
in se mens aegrota,
Timens, quod non praeterit
nec apex nec iota.</p> <p>6. Ave, tecum Dominus,
trinitas patenter,
Qui cum sanctis omnibus
vivit et decenter,
Tecum tamen voluit
esse differenter,
A quo sic repletus est
animus et venter.</p> <p>7. Ave, mater Domini,
mater virgo dicta,
Signanter exprimeris
esse benedicta,
Benedici flagitat
a te plebs afflicta,
Circumventa fraudibus,
per suasum victa.</p> <p>8. Ave, tu puerpera
sed divinae prolis,
Tu nata, tu genetrix,
tu aurora solis,
Nostris aufer mentibus
usum pravae molis,
Non est spes auxilii,
si iuvare nolis.</p> <p>9. Ave, beatissima,
Deo praelecta,
Inter Adae filias
maxime dilecta,
Immo super angelos
celsior effecta,
A supernis miseros
elementer aspecta.</p> |
|---|---|

- | | |
|---|---|
| <p>10. Ave, motus nesciens
molientes serum,
Mulier, sed transiens
metas mulierum,
Ortum est in tenebris
ex te lumen verum,
Pium redde servulis
iudicem severum.</p> <p>11. Ave, cuius utero
Deus humanatur,
Homini divinitas
in te copulatur,
Copula nos civibus
caeli, quibus datur,
Quo ruina superum
per te reparatur.</p> <p>12. Ave, de qua prodiit
bellator invictus,
Qui est super omnia
Deus benedictus,
Pio vultu respice
tironum conflictus,
Hostiles insidias
repellas et ictus.</p> | <p>13. Ave, virgo germinans
pietatis fructus,
Gemebundos terminans
matris Evae luctus,
Involventes miseros
placa maris fluctus,
Homo miser zabulo
ne cadat seductus.</p> <p>14. Ave, gerens Dominum
ventris in cubili,
Qui caelorum terminos
ambitu subtili
Continet, in stabulo
positus est vili,
Per te nos ab opere
redimat servili.</p> <p>15. Ave, mater filii,
genitoris tui.
Super nos signatum est
lumen vultus sui,
Fac nos tuis precibus
pace vera frui,
Ut simus perenniter
coheredes tui.</p> |
|---|---|

Cod. Londinen. Reg. 7 A VI. saec. 14/15 — 3, 3 Cruci gratuitis. — 4, 4 devorta. — 6, 4 vidit. — 10, 2 mollientis erum. — 10, 5 Situm est. — 12, 8 repelles. — 13, 3 Gemebundus. — 13, 4 matris ei luctus. — 14, 8 reclinat. — 15, 4 lumen fehlt; vultus tui.

148. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| <p>1. Ave, virgo virginum,
Flos et maris stella,
Sordes terge criminum
In vita novella,
Lumen gestans luminum
Puritatis cella,
Semper apud Dominum
Pro nobis interpella.</p> <p>2. Maria, fons veniae,
Fons mellis et roris,
Fons misericordiae,
Puteus dulcoris,
Porta regis gloriae,
Parens salvatoris,
Grata tuae gratiae
Sit laus mei oris.</p> | <p>3. Gratia multiplici
Prole venustaris,
Quae dono semptempli,
Spiritus ornaris,
Credens verbo simplici
Virgo, sanctum paris
Et mereris effici
Parens expers maris.</p> <p>4. Plena medicamine
Sole purpurata,
Refecta libamine,
Nimis delicata,
Omni pulchritudine
Siderum ornata,
Lucis plenitudine
In matrem ditata.</p> |
|---|--|

5. Dominus, rex omnium,
Te, vas puritatis,
Sibi fecit solium,
Domum maiestatis,
Spiritus sacrarium,
Templum trinitatis,
Ut purgares lolium
Meae pravitatis.

6. Tecum iuncto numine
Verbum incarnavit
Genitor cum flamine,
Per quod liberavit
Nos ab omni crimine
Teque consecravat,
Quod lucens in virgine
Sol praefiguravit.

7. Benedicta, dirige
Nos ad te clamantes,
Pia mater, corrige
Filios errantes,
Concinentes dilige
Teque collaudantes,
Fluctuantes erige,
Doce ignorantes.

8. Tu in mulieribus
Tenes principatum,
Dignior es omnibus
Pariendo natum,
Celsior sideribus
Teste lingua vatam,
Constipata floribus,
Hortus voluptatum.

9. Et vallata liliis,
Rosis decorata,
Affluens deliciis,
Summo regi grata,

Virtutumque variis
Flosculis ornata,
In polorum gaudiis
Regnas exaltata.

10. Benedictus genitus
Patri coequalis,
In secreto conditus
Aulae virginalis,
Descendit divinitus
Fieri mortalis,
Cuius nos interitus
Conservet a malis.

11. Fructus venerabilis
Matri gratosus,
Gustu delectabilis,
Visu speciosus,
Cibus ineffabilis,
Cunctis fructuosus,
Defunctis est utilis,
Vivis pretiosus.

12. Ventris habitaculum
Digne commendatur,
In quo pacis osculum
Nobis propinatur,
Qui non novit masculum,
Alvus fecundatur,
A quo vitae pabulum
Nobis ministratur.

13. Tui ergo parvuli
Flumine renati
Supplicamus seduli
Sanctae trinitati,
Ut in fine saeculi
Simus ei grati
Et regnemus singuli
Secum coronati.

Scala caeli saec. 14. ex. Cod. Pragen. XIII E 3. A. — Orat. ms. saec. 15. Cod. Sangallen. 482. B — Praeparationes devotae ad digne celebrandum seu communicandum per Iulium Accoltum primitus collectae. Tegernsee 1577. fol. 58. b ssq. C. — 1, 3 sq. und 1, 5 sq. umgestellt C. — 1, 3 tergens BC. — 1, 5 luminis A; hominum C. — 1, 7 sq. Pro nobis ad Dominum semper interpella C. — 2, 4 Puritas dulcoris B; Pincerna dulcorum C. — 2, 6 salvatorum C. — 2, 8 Mei sit laus B; Mei sis laus C. — 3, 2, Plena venustatis C. — 3, 3 Et dono C. — 3, 4 Pulchre adornaris B. — 3, 6 Virgo sacra paris B; Sacra virgo pacis C. — 3, 8 Parens singularis B. — 4, 1 Pura medicamine C. — 4, 2 Sola praeparata A. — 4, 3 Refecti A; Perfecto B. — 4, 3 Multum delicata B; decorata A. — 4, 7 In polorum culmine BC. — 4, 8 Regnas coronata BC. — 5, 1 rex divinum B. —

5, 5 sq. und 5, 7 sq. umgestellt B. — 5, 5 Nobile triclinium B. — 5, 6 Sanctae trinitatis B. — 5, 8 Nostrae pravitatis C. — 6, 1 Te coniuncto C; Tecum iunctum A; iuncto munere B. — 6, 7 Qui lucens C; in lumine B. — 6, 8 Sol purificavit C. — 7, 3 dirige C. — 7, 4 Populos B; precantes BC. — 7, 5 Continentes BC; dirige B. — 7, 8 Docens C. — 8, 5 sideribus fehlt B. — 8, 7 Circumfulta floribus B. — 8, 8 voluptatis A. — 9, 2 coronata BC. — 9, 4 Regi summo C. — 9, 7 polorum culmine A. — 9, 8 Fulgens C. — 11, 2 Ventris B. — 11, 3 sq. fehlen B. — 11, 7 Defunctus A; et B. — 11, 8 Vivus B. — Str. 11 fehlt C. — 12, 1 Fructus habitaculum C. — 12, 3 vasculum B. — 12, 4 sq. fehlen B. — 12, 5 Venter C. — 12, 7 poculum A. — 12, 8 Cunctis propinatur C. — 13, 1 famuli A. — 13, 2 Funere C. — 13, 3 singuli C.

149. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, virgo virginum,
mater Iesu Christi,
Maria, divinitus
quae sola fuisti
Gratia prae ceteris
electa, fuisti
Plena sancto spiritu,
quando concepisti.</p> | <p>3. In virtute concipis,
in virtute paris,
Mulieribus, paris
quando, dominaris,
Et manens castissima
expers paris maris,
Benedictus filius,
per quem sic ditaris.</p> |
| <p>2. Dominus ex virgine
tunc sic procreatur,
Tecum sancta trinitas,
ut fides testatur,
Benedicta virgo es,
quae sic fecundatur,
Tu, qua nostro generi
vera salus datur.</p> | <p>4. Fructus quidem dulcis est
in conceptione
Ventris, sic nos liberet
in assumptione
Tui, sic nos faciat
in resurrectione,
Iesus nos emittat in
contemplatione.</p> |

Orat. ms. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 917. — 1, 5 Gratia pro sequeris. — 2, 2 tu sic creatur. — 2, 5 es fehlt. — 3, 6 maris fehlt. — 4, 7 verdorben. — Nach 4, 8 folgt noch: O dulcis, o pia, o dulcis virgo Maria; dann:

Fluit stilla de mamilla
Gloriosae virginis,
Fundens rorem quae ardorem
Exstinguit libidinis.

150. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, virgo virginum,
Quae verbo concepisti,
Ave, lactans filium
Virgo permansisti,
Ave, caeli gaudium,
Nutrix Iesu Christi,
Salva nunc me miserum
In hoc mundo tristi.</p> | <p>2. Maria, mater Dei,
Thalamus amoris,
Maria, requiei
Sinus, fons dulcoris,
Maria, nostrae spei
Portus, pons terroris
Memento, quaeso, mei,
Caeci peccatoris.</p> |
|--|---|

3. Gratia plenissima,
Virgo, te refecit,
Gratia gratissima
Matrem te perfecit,
Gratia firmissima
In te non defecit,
Ille me reficiat,
Qui te talem fecit.
4. Plena pudicitiae,
Virgo singularis,
Plena laus ecclesiae,
Parens expers paris,
Plena vena veniae,
Clara stella maris,
Iunge me laetitiae,
Quae sic iucundaris.
5. Dominus in utero
Tuo procreatus,
Dominus ab utero
Manans incarnatus,
Dominus pro populo
Sic humiliatus,
Sit mihi miserrimo
Per te dux placatus
6. Tecum manet deitas,
Nam Deus est tecum,
Tecum sancta trinitas
Et tu manens tecum,
Tecum summa sanctitas,
Fac salutem tecum,
Errantem per tenebras
Illumina me caecum.
7. Benedicta domina
In concipiendo,
Benedicta femina
In parturiendo,
Benedicta virgula
Virgo permanendo,
Me, te precor, adiuva
Saltem moriendo.
8. Tu sedes in solio,
Virgo, coronata,
Tu gaudes cum filio,
Mater, iucundata
- Tu repleris gaudio
Prole sublimata,
Esto tuo famulo,
Mater, advocata.
9. In caelo te glorificat
Angelorum decus,
In terra te invocat
Latinus et Graecus,
In luce te collocat
Iesus ipsum secus,
Lux eadem luceat
Mihi, qui sum caecus.
10. Mulieribus piis
Tu es gubernatrix,
Mulieribus reis
Tu es sublevatrix,
Mulieribus cunctis
Es auxiliatrix,
Tu tanta, tam nobilis,
Sis mihi salvatrix.
11. Et tu, virgo, quanta sis,
Non potest enarrari,
Et quantum vales miseris,
Quis potest meditari?
Et ideo prae ceteris
Volo te precari,
Ne sinas me daemonis
Dolo defraudari.
12. Benedictus Dominus,
Qui tibi oboedivit,
Benedictus filius,
Qui de te exivit,
Benedictus spiritus,
Qui ambos univit,
Ille me reficiat,
Qui te sic munivit.
13. Fructus fervens floruit
De te cum dulcore,
Fructus fulgens exiit
De te cum decore,
Fructus fulgens prodiit
Repletus odore,
Fructus ille liberet
Me semper a languore.

- | | |
|---|---|
| <p>14. Ventris sic integritas
 Dat floris odorem,
 Ventris ponderositas
 Nescivit dolorem,
 Ventris puri clausitas
 Produxit hunc florem,
 Meum tua bonitas
 Minuat laborem.</p> <p>15. Tui sacri nominis
 Laus volat ubique,
 Tui famam nominis
 Dinoscunt plerique,
 Tui spes iuvaminis
 Nos regat undique,
 Ne demum cum impiis
 Damnemur inique.</p> <p>16. Iesus nos eripiat
 A coetu damnatorum,
 Iesus nos edoceat
 Passus electorum,
 Iesus nos custodiat
 In fine saeculorum,
 Iesus nos promoveat
 In regno caelorum.</p> <p>17. Mater Dei et hominis,
 Capax trinitatis,
 Mater expers criminis,
 Norma sanctitatis,
 Mater veri luminis,
 Fons es puritatis,
 Fac me sequi iugiter
 Viam veritatis.</p> | <p>18. Dei sponsa fulgida,
 Candela lucis verae,
 Dei stola nitida,
 Nostri miserere,
 Dei mater splendida,
 Semper nos tuere,
 Ut in meo obitu
 Possim te videre.</p> <p>19. Ora clemens filium,
 Ut vivamus tute,
 Ora regem omnium
 Pro mentis virtute,
 Ora natum proprium
 Pro nostra salute,
 Fac me tuum servulum
 In tua servitute.</p> <p>20. Pro nobis peccatoribus
 Tu es sublimata,
 Pro nobis orantibus
 Assis advocata,
 Pro nobis paenitentibus
 Posce cuncta grata
 * *</p> <p>21. Amen dicat clericus
 Postulans solamen,
 Amen dicat laicus
 Cupiens levamen,
 Amen dicant omnia,
 Quae poscunt iuvamen,
 Amen sit per saecula
 Saeculorum, amen.</p> |
|---|---|

Cod. S. Petri Salisburgen. III 10. saec. 15. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. b VI 3 B. — Cod. Carlsruhan. s. n. anni 1440. [bei Mone II 107 ff.] C. — 2, 4 Summi fons AB. — 2, 6 pons timoris AB. — 4, 5 Plena bona veniae AB. — 5, 4 Manens increatus C. — 5, 7 Sit mihi caeco misero C. — 6, 4 manes B. — 6, 5 sanitas B. — 6, 8 tecum B. — 7, 8 Saltim C. — 8, 5 Tu repleta AB. — 9, 6 Iesum Christum secus A; Iesus Christus secus B; Iesus ipsam secum C. — 9, 7 eodem B. — 10, 4 tu auxiliatrix C. — 10, 6 tu es sublevatrix C. — 11, 5 cum ceteris AB. — 12, 2 Qui fehlt AB; Qui tali oboedivit C. — 12, 7 Sit mihi propitius AB. — 12, 8 sic te AB. — 13, 2 Lucis cum decore AB. — 13, 4 dolore AB. — 13, 5 Fructus sanctus prodiit AB. — 13, 7 Ille me fructus liberet C. — 13, 8 Me fehlt C. — 14, 2 Produxit hunc odorem AB. — 14, 3 Ventris clausi puritas AB. — 14, 4 Dat floris odorem AB. — 14, 5 Ventris ponderositas AB. — 14, 6 Nescivit dolorem AB. — 15, 1 sacri corporis AB. — 15, 2 Spes volat C; Laus evolat AB. — 15, 7 Daemonis cum C. — Nach Str. 16 AB:

Christus patris dextera Per te nos emundet,
Christus suam gratiam In nobis fecundet,
Christus sua opera Largius secundet,
Ut per nova sidera Cordis pax abundet.

Str. 17—21 fehlen AB. — Das Gedicht steht auch in Cod. Londinen. Eger-
ton 746. saec. 14.

151. Super Ave Maria.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, virgo virginum,
Spes desperatorum,
Rosa, flos et lilium,
Decus angelorum,
Tuum placa filium,
Principem caelorum,
Ut sit memor omnium
Pauperum suorum. | Per te regnum reddidit
Pascidam nutricem,
Quod olim Adam perdidit
Per Evam seductricem. |
| 2. Maria, mater gratiae,
Mater filialis,
Verus sol iustitiae
Lucis aeternalis,
Larga vena veniae,
Pudor virginalis,
Obstrue miseriae
Poenas gehennalis. | 6. Tecum Dei filius,
Sanctae trinitatis
Septiformis spiritus
Plenae sanctitatis,
Te implevit Dominus
Summae castitatis
Intus et exterius
Flamma caritatis. |
| 3. Gratia te providam
Angelo testante
Fecit atque fulgidam
Domino praestante
Virginemque floridam
Spiritu rorante,
Dei matrem candidam
Ipso adiuvante. | 7. Benedicta domina,
Mater Iesu Christi,
Te collaudant agmina,
Quia meruisti
Ferre solis lumina
Et non defecisti,
Lavantem mundi crimina
Tibi subiecisti. |
| 4. Plena es dulcedinis,
Virgo gloriosa,
Mirae pulchritudinis,
Tota luminosa,
Laudes huius carminis
Suscipe, formosa,
Terge culpas criminis,
Ne sit mens rugosa. | 8. Tu in mulieribus
Sancta creatura,
Carior virginibus,
Nobilis factura,
Dei facta manibus
Speciali cura,
Nobis peccatoribus
Veniam procura. |
| 5. Dominus te condidit
Sibi genetricem,
Nobis vero edidit
Piam adiutricem, | 9. Et benedictus nuntius,
Qui te salutavit,
Eo nil ardentius,
Qui te obumbravit,
Nihil verbo dulcius,
Quod te fecundavit,
Ipso nihil sanctius,
Qui te consecrav. |

10. Fructus tuus habilem
 Suum det amorem,
 Ut non exstinguibilem
 Tribuat fervorem
 Nobis et illabilem
 Augeat ardorem
 Et immarcessibilem
 Conferat decorem.
11. Ventris obumbracula
 Virginis intravit
 Deus sine macula,
 Haec beatificavit,

Contra hostis iacula
 Ibi se armavit,
 Mortis bibens pocula,
 Quibus mundum lavit.

12. Tui ergo famuli,
 Dulcis et benigna,
 Sumus atque servuli,
 Mater valde digna,
 Iram placa parvuli,
 Quia non privigna,
 Fraude ne diabuli
 Gaudeant maligna.

Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. 14/15.

152. Super Ave Maria.

1. Nec carmen nec titulus
 neque prophetia
 Posset nobis dicere
 de dulci Maria,
 Quam mitis, quam valida
 quam dulcis, quam pia,
 Sed ut loquar breviter,
 haec est vitae via.
2. Ave, Dei genetrix
 et immaculata,
 Virgo, caeli gaudium,
 toti mundo nata,
 Ad salutem omnium
 in exemplum data,
 Dignare me laudare
 te, virgo sacrata.
3. Maria, miseria
 per te terminatur,
 Et misericordia
 per te renovatur,
 Per te navigantibus
 stella maris datur,
 Lumen viae panditur,
 portus demonstratur.
4. Gratia te reddidit,
 virgo, gratiosam,
 Te vestivit lilio,
 in te sparsit rosam,

- Te virtutum floribus
 fecit speciosam,
 Intus et exterius
 totam luminosam.
5. Plena medicamine,
 abundans unguentis,
 Audi preces populi
 coram te plangentis,
 Respice in faciem
 lacrimas fundentis
 Et livoris vulnera,
 plagas sana mentis.
6. Dominus, rex omnium,
 de te nobis fecit
 Cellam pigmentariam
 et in te confecit
 Medicinam omnium,
 quae sibi subiecit
 Morbos aegrotantium,
 salutem perfecit.
7. Tecum tota trinitas
 fecit mansionem,
 Plenitudo, sanctitas
 tecum, stationem
 Elegerunt intra te
 ad perfectionem,
 Spectandam te omnibus
 praebes lectionem.

- | | |
|--|---|
| <p>8. <i>Benedicta, benedic</i>
 <i>te benedicentes,</i>
 <i>Ut in tuis laudibus</i>
 <i>sint proficientes,</i>
 <i>Affice dulcedine</i>
 <i>tua horum mentes,</i>
 <i>Ut in tuis laudibus</i>
 <i>semper sint ferventes.</i></p> <p>9. <i>Tu in mulieribus</i>
 <i>optima figura,</i>
 <i>Angelorum omnium</i>
 <i>regem paritura</i>
 <i>A creante Domino</i>
 <i>singulari cura</i>
 <i>Dignior es condita</i>
 <i>omni creatura.</i></p> <p>10. <i>Et benedictus Dominus</i>
 <i>Deus, qui creavit</i>
 <i>Te in matris utero-</i>
 <i>que sanctificavit,</i>
 <i>Benedictus genitor,</i>
 <i>qui te generavit,</i>
 <i>Et beata ubera</i>
 <i>matris, quae te pavit.</i></p> <p>11. <i>Fructus tuus, domina,</i>
 <i>fructus angelorum,</i>
 <i>Ex quo cibo fruitur</i>
 <i>contio sanctorum,</i></p> | <p><i>Ipse delectatio,</i>
 <i>dulcedo eorum,</i>
 <i>Qui suorum ambulant</i>
 <i>viam mandatorum.</i></p> <p>12. <i>Ventris habitaculum</i>
 <i>regum rex intravit,</i>
 <i>Quasi tabernaculum</i>
 <i>hoc inhabitavit,</i>
 <i>Pugnaturus propter nos</i>
 <i>ibi se armavit</i>
 <i>Armis condecensibus,</i>
 <i>quibus hostem stravit.</i></p> <p>13. <i>Tui ergo filii</i>
 <i>redempti cruore,</i>
 <i>Qui crucis in proelio</i>
 <i>sparsit nos liquore,</i>
 <i>Ac peruncti gratia</i>
 <i>te laudamus ore,</i>
 <i>Ut in tuo Iesuque</i>
 <i>crescamus amore.</i></p> <p>14. <i>Amen, virgo caelica</i>
 <i>det nobis solamen</i>
 <i>Et sancti similiter</i>
 <i>pium confortamen,</i>
 <i>Omnes sanctae virgines,</i>
 <i>sanctum quoque flamen,</i>
 <i>Qui regnat in saecula</i>
 <i>saeculorum. Amen.</i></p> |
|--|---|

Orat. ms. Germanicum saec. 15. Cod. Parisin. 11343. A. — Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Scriptt. eccl. 375. B. — Orat. ms. Italicum saec. 14. in. Cod. Capit. Veronen. 750. C. — Orat. ms. S. Mariae ad Scotos saec. 15. Cod. Scotor. Vindobonen. 50 f 27 D. — Cod. S. Petri Salisburgen. a I 14. saec. 15. E. — Cod. S. Petri Salisburgen. a IV 38. saec. 14. F. — Cod. S. Petri Salisburgen. b VI 3. saec. 15. G.

Ferner: Orat. ms. Emmeramense saec. 14. Clm. Monacen. 14940. H. Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruhan. Aug. 36. — Cod. Laudunen. 263. saec. 12. add. saec. 14. — Orat. ms. S. Wiperti saec. 15. Cod. Quedlinburgen. 75. — Scala caeli saec. 14. Cod. Pragen. XIII E 3. — Orat. ms. Germanicum saec. 13/14. Cod. Londinen. Ar. 374. — Orat. ms. Italicum saec. 15. Cod. Londinen. Add. 10826. — Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV° 29.

Lesarten: Str. 1 nur in AC. — 1, 1 Rivus [1: rhythmus?], carmen, titulus A. — 1, 2 neque fehlt C. — 1, 3 Nescit mihi dicere A. — 1, 5 Quanta sit propitia A. — 1, 6 quam clemens quam A. — 1, 8 vita C. — 2, 6 exemplo A. — 2, 7 verletzt den sonst beobachteten Wortaccent, wohl um den bekannten V. wörtlich beibehalten zu können. Me dignare te laudare D. — 2, 8 O virgo sacrata D. — 3, 1 Maria o miseria D. — 3, 3 Per te et miseria G; Et Evae culpa gravis F. — 3, 4 per te revocatur DE;

per te reparatur F; virgo revocatur G. — 3, 7 Lumen via A, vitae G; Et lumen viae D. — 4, 3 Et vestivit F. — 4, 4 Sparsit in te BDFG. — 4, 5 Te in tuis floribus A; Te virtutum moribus E. — 4, 6 fecit sponsam E. — 5, 1 medicaminum D. — 5, 2 redundans G; ungentis EFG. — 5, 3 sq. stehen hinter 5, 8 F — 5, 3 Audi preces pauperis BEG. — 5, 7 Sana cordis vulnera D; Et plagas atque vulnera F; Et livores vulnerum G. — 5, 8 placa sana mentis A; Et dolores mentis D; mater, sana mentis F. — 6, 2 ex te nobis ED; in te sibi fecit E. — 6, 4 quam in te AF; ac in te D; dum in te E. — 6, 5 Medicinas D. — 6, 6 quam sibi AF; qua sibi G; per quam sibi refecit E; qui tibi subiecit D. — 6, 7 Morbum A; Morbis F; aegrotanti E. — 6, 8 salute DE. — 7, 2 facit B. — 6, 3 Pulchritudo BEG; Deitas sanctitas D. — 7, 4 degustationem AFE; decus stationem B; praelibationem D. — 7, 5 intra se A; intra te fehlt E; Elegerunt pariter G. — 6, 6 ad refectionem E. — 7, 7 Et fecerunt omnibus A; Spectandam te in omnibus B; Sectandam te moribus E; Sanctam dono omnibus D; Aspectanda facta es F. — 7, 8 praelectionem A; benedictionem D; da perfectionem E; per electionem F. — 8, 3 Et in tuis laudibus F; Ut in tuis precibus A; Ut in sanctis moribus D; Fac in sanctis moribus B; Fac ut sanctis moribus EG. — 8, 5 Effige dulcedinem A; Affice dulcedinem G; Respice tua dulcedine E; Et fac te dulcedinem F. — 8, 6 in eorum mentes A; horum mentes E. — 8, 8 sint semper AE; viventes A. — 9, 2 optima futura D; factura G. — 9, 3 Angelorum domina D; dominum F. — 9, 5 A creante omnium E; Et in mente omnium F. — 9, 6 singularis AF. — 9, 7 Dignior est cognita A; Dignior est propter te F. — Statt Str. 9 und 10 hat B:

Tu post partum unica virgo comprobata,
Sola tui filii parens atque nata,
Partu cuius humili, morte gladiata,
Ipsius es humilis simul (et) advocata.

In pulchris pulcherrima geus [1: genis] generosis,
Ditior ditissimis, praelata morosis,
Castior, stabiliior virgineis rosis
Melior, fecundior omnibus formosis.

Mulieribus in bonis optima figura,
Angelorum omnium regem paritura,
A creante Domino singulari cura
Dignior es condita omni creatura.

Et prae cunctis pulchrior fructibus decoris,
Suavitate debrians gustus et odoris,
Vernans levitatibus floris atque roris,
Virens indeficiens omnibus in horis.

Benedictus omnium Deus, qui creavit
Te, in matris utero qui sanctificavit,
Benedictus genitor, qui te generavit,
Benedicta viscera matris, que portavit.

10, 1 Et benedictus omnium EF; Et benedictus Deus A. — 10, 2 ventris utero D; sit qui te creavit AG. — 10, 3 Et beatus genitor A. — Ac beata viscera F; Benedicta et mater G. — 10, 4 Mariae quae portavit F; qui te generavit A; quae sic generavit G. — 10, 5 Atque matris utero F; Et beata ubera A; Benedicta ubera G. — 10, 6 te sanctificavit F; matris quae lactavit AG. — 10, 7 Et beata genetrix E; Benedictus genitor F; Et beata viscera A; Regem regum omnium G. — 10, 8 quae te lacte pavit; qui te generavit F; quae sanctificavit A; qui mundum intravit G. — 11, 1 Dominus D. — 11, 3 Quo fruuntur cibus est B; Qui fructus cibus est F; Quo vescuntur cibus G; Dulce est edulium D. — 11, 4 omnium sanctorum EDEFG — 11, 5 sq. und 7 sq. umgestellt F. — 11, 5 Suaveque viaticum D. — 11, 6 dulcedoque G; dulcedo est E; ipse salvandorum D. — 11, 7 sq. Qui viam suam ambulant mandatorum. — 12, 2 rex regum AG. — 12, 3 Quam in

tabernaculum E; Quod tabernaculum F. — 12, 4 hunc sanctificavit A; hoc inhabitavit E; hoc fehlt F; testificavit F. — 12, 6 ubi se A. — 12, 7 clementissimis D; decentissimis BEF. — 13, 1 Tui mater filii B. — 13, 2 Sanati livore D. — 13, 3 in crucis B; crucis patibulo E; Quos et in crucis proelio G; Qui suo amabili D. — 13, 4 fudit nos B; livore AF; fudit cum liquore E; perfudit liquore G; nos emit cruore D. — 13, 5 A perenni gaudio A; Hoc peruncti gratiae B; Te perennis gloriae F; Operante gratia D. — 13, 6 laudemus BD; collaudemus F. — 13, 7 Ut tuo Iesu pie A; Actu, mente et Iesu B; Actu, mente in Iesu FG; Actu, mente E; in Iesu fehlt E. — 13, 8 in amore BE; pandamus amore A. — Str. 14 fehlt DEG. — 14, 1 Ad hoc virgo BF. — 14, 3 sanctae A. — 14, 5 Sanctae quoque virgines A. — 14, 7 Quod regnat A; per saecula F.

Bemerkungen: Honorius episcopus, servus servorum Dei, praesentem paginam inspecturis salutem et apostolicam benedictionem. Dominus Ho[n]orius primo[!] papa misit istam praedictam salutationem in gloriam, et si quis eam legerit vel didicerit vel retinuerit sibi ad legendum omni die tertiam partem purgatorii ei plenarie remittit sibi que adiungit suam benedictionem C.

Urbanus papa VI. concessit CCC dies indulgentiae. Similiter Martinus V. totidem ad sequentem orationem eam devote dicentibus E.

Hoc Ave Maria compilavit Parisiensis cancellarius regis Franciae et obtinuit a domino papa XXX dierum indulgentiam, quotiescunque ab aliquo recitatur H.

Die Kollation der drei Salzburger Handschriften verdanke ich der Güte des Hw. Herrn P. Willibald Hautaler O.S.B. Die Kollationen Mones zu diesem Liede sind nämlich aus einem mir unerklärlichen Grunde völlig irrig.

153. Super Ave Maria.

- | | |
|---|--|
| <p>1. O regina caelestina,
Caeli via, mater dia,
Multa te devota
Corda bene lota
Laude proclamabant,
Precibus pulsabant,
Sed cor meum pollutum
Et os malis obrutum
Te digne collaudare
Nequit et commendare,
Atque summi dictatores
Tis dixere laudis flores,
Hinc offiaperdi more
Fingo carmen abs valore.</p> | <p>4. Gratia praedestinavit
Teque sibi praeservavit
Uni, ab initio
Vas purum a vitio.</p> |
| <p>2. Ave, vena peniae,
Fons misericordiae,
Castitatis lilium,
Trinitatis solium.</p> | <p>5. Plena deitatis rore,
Salvo castitatis flore
Genetrix efficeris,
Nata patrem peperisti,
Gloriosa mater Christi,
Patris tui, diceris.</p> |
| <p>3. Maria, mater gratiae,
Tu pietatis facie
Tibi psallentes respice,
Butsarios ne despice.</p> | <p>6. Dominus cum dominorum
Terrae, maris et astrorum,
Hominum et angelorum
Miseris condoluit,
Ipsos mortis a ruina
Passionis plaga quina
Ac salutis medicina
Liberare voluit.</p> |
| | <p>7. Tecum ergo se univit
Ipsummet exinanivit,
Ecce, quam nos sitivit
Quam ardentem vel cupivit
Relevamen hominis.</p> |

Benedicta tu, salutis
Porta clausa, fons virtutis,
Nam peccatis involutis
Prece praestas et obrutis
Tenebrarum dominis.

8. In mulieribus alma
Redemptionis palma,
Felix Sion filia,
Deo nos concilia.
Te reginae dilexerunt,
Vultum tuum laudaverunt,
Quas omnes divitiis
Vincis et deliciis.

9. Et benedictus El,
Quem fortis Gabriel
Nuntiavit oraculo,
Cui virgo credis
Aulam et concedis
Cordis habitaculo.

10. Fructus mitis,
Vera vitis,
Fons totius veniae,
Cod. Mellicensis 711. saec. 15.

In te pluuit,
Ex te fluit
Nobili progenie.

11. Ventrīs et in cellula
Christus habitavit,
Moysis fiscellula
Sicut figuravit.

12. Tui nati suffragio
Sordis victos obstagio
Ab hostibus defende,
Nobis post hoc exsilium
Tuum dilectum filium
Perenniter ostende.

13. Amen dicat pariter
Nostra politia,
Quam post mortem capiat
Caelestis hierarchia,
Sed interim qui currimus
Erroris in hac via,
Nos cum prole pia
benedicat virgo Maria.

154. Super Ave Maria.

Semper ave, dia genetrīx et virgo Maria,
Es fontis vena vivi, quoque gratia plena,
Dulcedo mecum tua sit, Dominus quia tecum;
Tu benedicta feres laudem supra mulieres
Atque tui virtus fructus ventris benedictus,
Per te solamen habeat meus exitus. Amen.

Cod. Zwettalen. 36. saec. 12. add. saec. 12.

155. Super Ave Maria.

1. Silere non valeo
Virginem laudare
Nec cessare debeo
Ipsam salutare,
Quae ventre corporeo
Meruit portare,
Qui cruore roseo
Venit nos salvare.

2. Ave, porta glōriae,
Flos virginitatis,
Arbor patientiae,
Radix caritatis,
Virga sapientiae,
Via veritatis,
Fons misericordiae,
Hortus voluptatis.

3. Maria, quae maria
Dulcia fecisti
Atque potibilia,
Quando concepisti
Hunc caelesti gratia,
Quem post peperisti,
Fletus tunc in gaudia
Vera convertisti.
4. Gratia, qua canticum
Gloriae cantatur,
In terris angelicum
Poculum potatur
Atque manna mysticum
De caelis gustatur,
Ut hoc per Leviticum
Liquide probatur.
5. Plena et plenissima,
Regina caelorum
Et laude dignissima,
Decus angelorum,
Piarum piissima,
Laus apostolorum,
Sanctorum sanctissimu,
Gemma electorum
6. Dominus, rex omnium,
Voluit venire
Et in te triclinium
Nobile condire
Sacrumque palatium
Tuum introire,
Te virtutum iubare
Undique munire.
7. Tecum fuit unio
Facta deitatis,
Quod non novit ratio
Et humanitatis,
Dum portasti filium
Summae bonitatis,
Totum fecit actio
Sanctae trinitatis.
8. Benedicta domina,
Virgo gloriosa,
Super omnes femina
Tu es gratiosa,
Nobis mundi crimina
Te sint odiosa
Et caelorum agmina
Multum gaudiosa.
9. Tu in mulieribus
Virginum regina,
Cunctis es languoribus
Prompta medicina,
Omnibus errantibus
Fides et doctrina
Et periclitantibus
Stella matutina.
10. Benedictus filius,
Qui te visitavit,
Pneumatis te concito
Virtus obumbravit,
Nuntius cum Gabriel
Te sic salutavit:
Ave, plena gratia,
Deus te dotavit.
11. Fructus tuus, domina,
Agnus Dei dictus,
Est sol veri luminis
Atque benedictus,
Cuius unda sanguinis
Homo derelictus
Lotus labe criminis
Est et daemon victus.
12. Ventris tui viscera
Iesum portaverunt,
Et beata ubera
Ipsam lactaverunt,
Iudaei cui vulnera
Multum intulerunt
Et ipsum post verbera
Morti tradiderunt.
13. Tui nom seuoomina,
Daemp e'ue'xpellit,
Sanat nostra vulnera,
Robore praecellit,
Sordida ab anima
Vitia propellit,
Deus te puerpera
Satanam fefellit.

14. Iesus tam mirabilis
 Rebus in creatis
 Per te parcat famulis
 Toto mundo satis,
 Eis sis praestabilis
 Ecclesia renatis
 Dimissisque debitis
 Vivant cum beatis.

15. Mater Dei, filia
 Pulchra et decora,
 Quae sunt mihi noxia,
 Tolle sine mora,
 Pro tua familia
 Filium exora,
 Ut in sua gloria
 Nos ditet mortis hora.

Orat. ms. saec. 15. Cod. Londinen. Harl. 2894. — 4, 3 sq. Qua in
 terris poculum angelicum. — 13, 7 tu puerpera.

156. Super Ave Maria.

1. Tu quondam per angelum
 sumens magnum Ave,
 Modo per vernaculum
 sume parvum Ave,
 Tu dilecto filio
 funde tuum Ave,
 Ut cum vultu placido
 sumat meum Ave.

2. O de Deo geniti
 genetrix, Maria,
 O coetus angelici
 gaudium, Maria,
 O regina virginum,
 domina Maria,
 O curatrix omnium,
 medica Maria.

3. Te divina gratia
 mire procuravit,
 Te virtutum gratia
 privilegiavit,
 Ventrem tuum gratia
 prole fecundavit,
 Cuius mera gratia
 damnatos salvavit.

4. O plena munditia,
 cella puritatis,
 O plena laetitia,
 porta pietatis,
 O plena divitiis,
 portus ubertatis,
 O plena deliciis,
 hortus voluptatis.

5. Te solam prae ceteris
 Dominus dilexit,
 Ultra summos angelos
 Dominus te vexit,
 Te decoris pallio
 Dominus contextit,
 Te dulcoris oculo
 Dominus respexit.

6. Nam in ventris alveo
 Requievit tecum,
 Iacens in praesaepio
 Colludebat tecum;
 Qui prius in stadio
 Laborabat tecum,
 Nunc sedens in solio
 Gratulatur tecum.

7. Benedicto nomine
 gaudes benedicta,
 Nam Maria nomine
 tu es benedicta,
 Lumen Dei resonat
 haec vox benedicta,
 Deum tuo nomine
 claudis benedicta.

8. Tu es arca continens
 manna beatorum,
 Tu es virga dirigens
 gressus viatorum,
 Tu es urna aurea
 claritate morum,
 Tu geris in tabulis
 verba praeceptorum.

- | | |
|---|---|
| <p>9. In te nova gratia
 novo modo spirat,
 Et in tua gratia
 peccator respirat,
 In tuis deliciis
 devotus suspirat,
 Et in tuis meritis
 ad regnum aspirat.</p> <p>10. Tu in mulieribus
 non habes reatum,
 Tu in mulieribus
 tenes caelibatum,
 Tu in mulieribus
 paris Deum natum,
 Tu in mulieribus
 geris principatum.</p> <p>11. Tu primam et ultimam
 naturam unisti,
 Tu Deum et hominem
 ventre conclusisti,
 Angelos et homines
 concordēs fecisti,
 Gratiam et gloriam
 nobis invenisti.</p> <p>12. Benedictus uterus,
 de quo processisti,
 Benedictus Dominus,
 cui placuisti,
 Benedictus spiritus,
 de quo concepisti,
 Benedictus filius,
 quem tu genuisti.</p> | <p>13. Fructus tuus sanior
 omni nutrimento,
 Fructus tuus dulcior
 omni blandimento,
 Fructus tuus pulchrior
 omni ornamento,
 Fructus tuus clarior
 auro et argento.</p> <p>14. Ventrīs tui lectulus
 tactum viri nescit,
 Ventrīs tui thalamus
 liliis albescit,
 Ventrīs tui hortulus
 gratia flammescit,
 Ventrīs tui flosculus
 sapore dulcescit.</p> <p>15. Tui fructus gratia
 fac nos impetrare,
 Tui fructus gloriam
 da desiderare,
 Tui fructus gaudium
 fac nos degustare,
 Tui fructus praemia
 da participare.</p> <p>16. Sit laus patri Domino,
 omnis dicat Amen,
 Sit laus suo filio,
 omnis dicat Amen,
 Sit laus sancto flāmini,
 omnis dicat Amen,
 Sit laus matri virgini,
 Omnis dicat Amen.</p> |
|---|---|

Cod. Græcen. 1121 saec. 14. A. — Orat. ms. Hospitalense saec. 15. Cod. Paulan. Hospit. cart. 326. B. — Orat. ms. Tegurinum saec. 15. Clm. Monacen. 20124. C. — Orat. ms. Franciscan. saec. 15. Cod. Londinen. Reg. 2 A II. D. — Clm. Monacen. (ol. Tegurin.) 19636 saec. 15. E. —

1, 3 vermiculum BC. — 1, 4 sumens B. — 4, 1 munditiae B. — 4, 3 laetitiae B. — 6, 1 Qui in C. — 6, 4 Colluctabat A. — 7, 1 Benedicta A. — 9, 6 adspirat B. — 9, 8 suspirat B. — 13, 5 sq. und 6 sq. umgestellt B. — Nach Str. 15 schieben CD die folgende ein:

Iesus nos eripiat a coetu damnatorum,
 Iesus nos edoceat passus electorum,
 Iesus nos custodiat in fine saeculorum,
 Iesus nos promoveat in regno caelorum.

Str. 16 fehlt BC. — 16, 5 sancto spiritui A. — D hat die Aufschrift „Laudismus Bonaventurae super Ave Maria.“

157. Ave Maria Aureum

de mirifica virginis Assumptione.

- | | |
|---|---|
| 1. Beata plena gratia,
Maria, Iesu Christi,
Mater, sponsa et filia,
Quae virgo parturisti. | 5. Astra, throni, te angeli
Stupentes admirantur,
Vecta dum sis sic, singuli
Mirando venerantur. |
| 2. Ave, dulcis consolatrix
Orbitatis anxiae,
Angelorum imperatrix,
Para viam gratiae. | 6. Salutem in hoc saeculo
Post miseris ostende
Aeternam ex ergastulo
Dum imus, nos defende. |
| 3. Laetitia septiformi
Tua nos corroborata,
Nostra ex usu enormi
Malis purga pectora. | 7. Afferens securitatem,
Stygis vetans devia,
Lumen et aeternitatem
Praesta, virgo regia. |
| 4. Domina caelis praesidens,
Numinis sacrarium,
Super choros tu residens
Sis nostrum salarium. | 8. Redde tandem solamina
Finale post examen
Tuis, dum omnis anima
Examinatur. Amen. |

Clm. Monacen. (ol. SS. Udalrici et Afrae) 4408 saec. 15. Was das Lied glossiert, zeigen die gesperrten Worte.

158. Super Ave Maria stella.

- | | |
|--|---|
| 1. Ave, maris stella,
In qua digna cella
Deus incarnatur,
Dei mater alma,
Quae sursum ut palma
Iuste exaltatur. | 4. Funda nos in pace
Servans a fornace
Et a miseria,
Mutans nomen Evae
Vae facias breve,
O dulcis Maria. |
| 2. Atque semper virgo,
Salutis origo,
Pacis initium,
Felix caeli porta,
Nos semper supporta
Per patrocinium. | 5. Solve vincla reis
Et ostende eis
Fructum ventris tui,
Profer lumen caecis,
Ut a morsu necis
Eruantur tui. |
| 3. Sumens illud ave
Tamquam procul a vae
Sic es salutata,
Gabrielis ore
Et superno rore
Tu es fecundata. | 6. Mala nostra pelle
Hostemque repelle
A te laudantibus,
Bona cuncta posce
Nobisque ignosce
Saepe peccantibus. |

- | | |
|---|---|
| <p>7. Monstrate esse matrem
 Apud summum patrem
 Interveniendo,
 Sumat per te precem,
 Qui destruxit necem
 Pie moriendo.</p> <p>8. Qui pro nobis natus
 Fuit et est datus
 Ad modum parvuli,
 Tulit esse tuus,
 Rex est perpetuus
 Futuri saeculi.</p> <p>9. Virgo singularis,
 Modo gratularis
 In curia poli,
 Inter omnes mitis,
 Fructificans vitis,
 Nos commenda proli.</p> <p>10. Nos culpis solutos,
 Malis involutos,
 Regina caelorum,
 Mites fac et castos,
 Alimento pastos
 Pane angelorum.</p> | <p>11. Vitam praesta puram,
 Da mentem securam
 In perfectione,
 Iter para tutum
 Et ostende scutum
 In protectione.</p> <p>12. Ut videntes Iesum
 Ad aeternum esum
 In caeli curia
 Semper collaetemur,
 Tecum delectemur
 O virgo regia.</p> <p>13. Sit laus Deo patri
 Atque eius matri
 Ob eius honorem,
 Summo Christo decus,
 Qui nostrum dedecus
 Mutet in decorem.</p> <p>14. Spiritui sancto
 Honor sit pro tanto,
 Quia vivificat
 Tribus honor unus,
 Nobis detur munus,
 quod beatificat.</p> |
|---|---|

Orat. ms. Augiense saec. 14/15. Cod. Carolsruhan. Aug. 36. A. — Orat. ms. Gallicum saec. 15 (bei Mone II, 217.) B. — 4, 1 Fecunda A. — 4, 2 nos a. — 4, 5 faciens A. — 5, 5 Et a morsu AB. — 9, 3 proli A. — 12, 3 caelesti AB. — 12, 4 collecemur A. — 12, 5 dilectemur A. — 14, 3 vivificavit AB. — 14, 4 Trinus honor B. — 14, 6 beatificavit AB. —

159. Super Magnificat.

- | | |
|--|---|
| <p>1. Ave, virgo virginum,
 mater illibata,
 Stella maris, Maria,
 plene fecundata,
 Lux illustrans omnia,
 potens advocata,
 Miserere miseris,
 genetrix beata.</p> <p>2. Magnificat te pia
 mens rite sacrato,
 Nostra advocatrix, fac,
 ut mens cum palato
 Laudis sint capacia
 tibi atque nato,
 Qui per te conumeret
 gregi nos beato.</p> | <p>3. Et quam lingua deficit
 digne praedicare,
 Nec humana ratio
 potest explicare,
 Nobis autem sedulo
 velis applicare
 Et pio oraculo
 filium placare.</p> <p>4. Quia Dei genetrix,
 virgo donis plena,
 Extirpatis vitiis
 intus nos serena
 Et nostrorum scelerum
 hic indulta plena
 Nos caelestis patriae
 ducas ad amoena.</p> |
|--|---|

5. Quia tuus filius
sanitas et vita,
Eius ad laetitias,
pia, nos invita,
Sua nobis mansio
fiat per te sita,
In qua felix requies
consistat unita.
6. Et de tuis gratiis
nobis impertire,
Qui fidem operibus
nequimus unire,
Saltem nos hic doceas
tibi deservire,
Ut ad caeli gaudia
valeamus ire.
7. Fecit te lux gratiae,
per te ut lustremur,
Lumen nobis tribue,
mater, ut salvemur,
Ne culpis aut vitiis
ullis implicemur,
Sed tandem caelestibus
choris aggregemur.
8. Deposuit potentes
per te, virgo grata,
Tua miseratio
nobis sit placata,
Nostra demum anima
a vitiis purgata
Gaudeat angelicae
turbae sociata.
9. Esurientes reple,
caelica regina,
Sana morbos animae
tua medicina,
Et quando progredimur
de mundi sentina,
Nos in caelo collocet
dextera divina.
10. Suscepit te Dominus,
cui supplicamus,
Ut poenas et laqueos
mortis evadamus
Ac tuis obsequiis
nos hic innectamus,
Illuc ut felicia
regna conscendamus.
11. Sicut ab initio
templum trinitatis,
Sidus castimoniae,
flos virginitatis,
Lilium convallium,
mirae caritatis,
Plenitudo gratiae,
fons humilitatis.
12. Ergo excellentior
hominum facturis,
A terrenis omnibus
nos eripe curis
Atque sanctimoniae
circumsaepi muris,
Beatorum gaudiis
perpetim mansuris.

Cod. Carolsruhan. Augien. 36. saec. ¹⁴/₁₅. — Die Strophen beginnen mit denselben Worten, wie die Verse des Magnificat.

160. Super Magnificat.

1. Ave, cuius anima
mente cum devota
Dominum magnificat,
mea in te tota
Semper spes reposita,
domina, non sine,
Ut frustrari debeat
praeoptato fine.
2. Ave, cuius spiritus
in Deo salutari
Exsultat in iubilo,
mundi ne in mari
Patior naufragium,
quaeso, me in prora
Ad portum salutis duc,
virginum decora.

3. Ave, quam sanctificat
ob humilitatem
Omnis generatio,
meam pravitatem
Aufer a me, domina,
mundans a veterana
Labe, ne finaliter
mergar ad inferna.
4. Ave, cuius filius
potens magna fecit,
Qui me saepe corpore
menteque refecit,
Eundem tuum filium
tu pro me exora
Et culparum omnium
veniam implora.
5. Ave, o misericors
filiique mater
Misericordissimi,
qui et meus frater
Caritate factus est
ex te incarnatus,
Pro quo beneficio
semper ero gratus.
6. Ave, Dei filii
mater praelecta,
Ut non cadam, domina,
me in via recta
Ducat tuus filius,
qui dispersit reos
Per terrae circuitum
superbos Iudaeos.
7. Ave, cuius filius
exaltat gentiles,
Quos Iudaei pessimi
reputabant viles,
Fac, ne me cum Israel
deponat de sede,
Sed ut regni superi
collocet in aede.
8. Ave, cuius filius
gentibus dat panes
Et Iudaeos divites
dimittit inanes,
Panem ipsum caelicum
semper esurire
Fontem aquae vivaque
tu me fac sentire.
9. Ave, cuius filius
carnem puerilem
Suscepit ex Israel,
super me ne vilem
Ob peccata plurima,
age, dedignetur,
Sed misericordiae
suae recordetur.
10. Ave, cuius filius
patribus promissus,
Abraham et semini
eius fuit missus,
In cuius patris semine,
ut Genesis dicit,
Omnes gentes utique
Deus benedicit.
11. Qui iam salutavimus
virginem per ave,
Nunc patrem et filium
non minus suave
Laudemus cum gloria,
sanctum quoque flamen
Semper et in saecula
saeculorum. Amen.

161. Aureum Alma B. M. V.

1. Alma puella regia
Et domina egregia,
Virtutibus ornata,
Tua confer auxilia,
Ut depromamus carmina,
Quae utinam sint grata.
2. Redemptoris saeculorum,
Summi regis angelorum,
Placuisti oculis,
Qui salutem populorum
Dedit, ut hos supernorum
Iungeret consortiis.
3. Mater Dei eximia,
Qui de carne virginea
Carnem nostram induit,
Nam gens humana misera
Per Evam erat perdita,
Quam per te eripuit.
4. Quae ut Iudith speciosa,
In aspectu gratiosa
Hostem nostrum perimis,
Hesther nostra tu formosa,
Supplicando mente prona
Nos a morte redimis
5. Pervia viatoribus,
Lassati qui laboribus
Sunt ad te fugientes,
Hos suscipis amplexibus,
Subveniens defectibus,
Sint firmi et constantes.
6. Caeli cives te mirantur,
Vultum tuum venerantur,
Ut matrem sui regis,
Tuo velle munerantur
Hic qui tibi famulantur
Et postea in caelis.
7. Porta cunctis satis lata,
Potestate tibi data
Includis et excludis,
A quocunque sis pulsata,
Sine mora es parata,
Benigne introducis.
8. Manes fixa in promissis,
Verbis veris quibus dicis:
Transite ad me omnes,
Qui ardentem concupistis,
Voci meae oboedistis,
Estote nunc consortes.
9. Et stella nostra praevia
Praecedens, per te devia
Incerti ambulamus,
Directa nostra semita,
Nam nostra per te opera
Ad Deum dirigamus.
10. Maris fluctus tumescentes,
Corda nostra conturbantes
Cogitatus mitiga,
Ne nos poenae absorbentes
Et a Deo separantes
Laedamur in anima.
11. Succurre fragilitati,
Assuefacti pravitati
Nostrae velis compati,
Sunt subiecti vanitati
Omnes mundo procreati
Malisque obnoxii.
12. Cadenti manum protinus
Porrige, ne diutius
In malis delitescat,
Depositis veteribus
Actibus mox celerius
Ad bona convalescat.
13. Surgere nullus quiverit,
Si gratia defuerit,
Qua sibi suffragetur,
Quicumque hanc petierit,
Per te nancisci poterit,
Nam tibi nil negetur.
14. Qui profunde est demersus
In peccatis et aversus
A Deo totaliter,
Toto corde si conversus
Erit, satis et acceptus
Deo fit veraciter.

15. Curat, ne periclitatur,
Qui frequenter infestatur
Mundo, carne, daemone,
Horum quisque superatur,
Si devote invocatur
Maria ex nomine.
16. Populo tuo supplici
Precibus tuis subveni
In pace conservando,
Fac, legem servet Domini
Et caritatem proximi
In corde confirmando
17. Tu quae tanta reputaris,
Quod prae cunctis dominaris
In caelis et in terris,
Quidquid exstat bonitatis,
Per te datur large satis
Ut stillans fave mellis.
18. Genuisti talem mundo,
Qui de monte venit summo
Ovem unam quaerere,
Se infixit in profundo
Limo mundi, ut immundo
Homini det surgere.
19. Natura quidquid produxit,
Ad se ipsum hoc reduxit
In cruce exaltatus,
Tunc sol, terra omnis luxit,
Donec verus sol illuxit
Surgens glorificatus.
20. Mirante tota machina,
Quod Deus mirabilia
Perfecit in te tanta,
Credendum est, quod opera
Non sunt patrata talia,
Ut tu es, mater sancta.
21. Tuum fructum benedictum
Mundi auferens delictum
Habere fac placatum,
Ne nos premat Ite strictum,
Sed Venite, dulce dictum,
Det regnum praeparatum
22. Sanctum illud totum erit,
Ibi clare relucebit
Trinitatis facies,
Congaudere tunc placebit,
Cum ovile unum erit,
Summa pax et requies.
23. Genitorem, qui dat esse
Rebus cunctis manifeste,
Hunc decet, collaudamus,
Pro collatis est necesse
Grates per te indefesse
Iugiter referamus.
24. Virgo stirpis Davidicae,
Exorta mundo splendide,
Pulchra tamquam Cynthia,
Ingressa es pacifice,
Et nomen tuum celebre
Redolet per omnia.
25. Prius eras figurata
Et in lege es velata,
Declarant rem iam gesta,
A prophetis prophetata,
Per auroram designata,
Ut Cynthus electa.
26. Ac posterius lex nova
Habet in textu et glosa
Ut praeclarum speculum,
Nostra dulcis tu es prosa,
Veneranda mente prona
Nunc et in perpetuum.
27. Gabrielis locutio
Te confortavit, quomodo
Adveniret spiritus,
Et summi obumbratio
Fecit, quod gravidatio
Sit portata levius.
28. Ab ore qui altissimi
Prodivit, in te humili
Mansit certo tempore,
Angustia tunc uteri
Est usus loco solii,
Ipsam lactans ubere.

29. *Sumens munus exiguum*
Habeto, quaeso, placitum
A despecto famulo,
Sub tuum qui praesidium
Fugit, videto miserum
Compassivo oculo.
30. *Illud insuper est gratum,*
Si per Ave salutatum
Pectus tuum fuerit,
Mox expandis sinum latum,
Dans odorem sicut pratum,
Plene cum floruerit.
31. *Ave, plena, dulcis valde,*
Salutata per haec, gaude,
Continent mysteria,
Primum signat te abs fraude
Et secundum omni laude
Plenam, o sanctissima.
32. *Peccatorum advocata,*
Intercedis, ne prolata
Feriat sententia,
Quae dum fuerit cassata,
Sint peccata relaxata
Ex Dei clementia.
33. *Miserere, miserere,*
Salus et spes nostra vere,
Da peccata nunc deflere,
Ne post mortem paenitere
Perpetue contingat;
Hora mortis nos tuere,
Dic maligno: hinc recede!
Partem tecum fac habere,
Regnum Dei possidere,
Dicamus: Fiat, fiat.

Orat. ms Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV^o 29.

162. Aureum Patrum S. M. V.

1. *O Maria, mundi salus,*
Te obnixè imploramus,
Exaudi nos benigne,
Laudes tuas recitamus,
Quamvis homo quisque pravus,
Fac, te collaudat digne.
2. *Florens hortus gratiarum*
Plenaque deliciarum,
Nostrum sis solacium,
A te salus animarum
Pendet omnium nostrarum,
Misere viventium.
3. *Rosa fragrans et amoena,*
Contra daemonum venena
Efficax antidotum,
Dulcis Dei es camoena,
Huic decantans voce laeta
Carmen evangelicum.
4. *Mater, maternum animum*
Erga nos gere intimum,
Esto pia filiis,
Nam tibi semper proprium
Est misereri omnium,
Qui sunt lapsi vitiis.
5. *Domini regis omnium*
Velle, nolle sublimium
Tibi semper permanet,
Tenes summum imperium,
Nam trinitati proximum
Solum te continet.
6. *Speciosa feminarum*
Speculumque puellarum,
In te figit lumina,
Quidquid exstat gratiarum,
Ex te manat, ut aquarum
Large fluunt flumina.
7. *O protectrix, fove clerum,*
Plebem serva, ut sincerum
Cor ad Deum habeat,
Mundum istum nimis caenum,
Inimicum quoque saevum,
Carnem fac ut superat.
8. *Virgo mater nominanda,*
Res est nimis admiranda,
Natura stupet omnis,
Magna quoque nostra damna
Per te erant instauranda,
Hinc gaudet totus orbis.

3. Mater regis tu caelorum,
Es regina angelorum,
Mediatrix populi,
Vota pia famulorum
Transfer, virgo, ad caelorum
Regna tui filii.
4. Cum steteris ante thronum
Trinitatis, angelorum
Circumdaris agmine,
Dulcis cantus sonat horum,
Coetus quoque hinc sanctorum
Te honorat sedule.
5. In conspectu regis veri
Per decorem speciei
Super omnes eminens,
Ultra omnes places ei,
Es propinqua eius sedi
Secum laete resides.
6. Dei plena divitiis
Virtute tui nominis,
Qua diceris Maria,
Tuis intende filiis,
Ne maculentur vitiis,
Quae essent his nociva.
7. Ut loquaris, quae sunt grata,
Prece tua natum placa,
Det salutem omnibus,
Et largire, advocata,
Nobis cuncta sint paccata,
Qui ad te confugimus.
8. Pro nobis te exponimus,
Ad Deum te transmittimus
Habentes in te fidem,
Quodcunque per te petimus,
In hoc exaudit filius
Mox suam genetricem.
9. Bona dabit caelestia,
Caduca haec terrestria,
Per omnia spernamus,
Aderit eius gratia,
Ut illi per haec tempora
Securi serviamus.
10. Et avertat temptamenta,
Quae sunt nobis nocumenta,
Mundi, carnis, daemonis,
Pia virgo, nos frequenta,
Nos conforta, nos sustenta
In cunctis periculis.
11. Indignationem Dei
Meruimus omnes rei,
Succurre celerius,
Nostri velit misereri,
Per te pie et mederi
Scelerum vulneribus.
12. Suam demum praesentiam,
Angelorum frequentiam
In morte nobis dabit,
Daemonum vehementiam
Horumque insolentiam
Mox procul effugabit.
13. A nobis fiat minus
In fine nostri exitus,
Quidquid gravat animam,
Adesto, virgo, comminus,
Duc, ubi tuus filius
Patris tenet dexteram.
14. Amen semper exclamare
Libet teque invocare
Matrem Christi inclitam,
Ut a peste et a clade
Nos digneris conservare,
Vitam donans sobriam.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen IV° 29. — 15, 1 Amen libet semper exclamare Hs. —

164. Aureum Regina Caeli.

1. Regina nobilissima,
Suscipe laeta gaudia
Resurgentis filii,
Tota simul ecclesia
Laetatur de victoria
Salvatoris Domini.
2. Caeli cives iucundantur,
Dum inferna spoliantur,
Et mors mortem superat,
Qui captivi tenebantur,
Hi per Christum liberantur,
Eosque laetificat.

3. Laetare summe poterat
Maria, quae dilexerat,
Dum vidit resurgentem,
Sublatum hunc crediderat,
Quem in praesenti viderat
Se pie consolantem.
4. Alleluia hinc cantatur,
Christus surgens videatur
A pia Magdalena,
Ut a suis inquiratur,
Praecessisse nuntiatur
In terra Gallilaea.
5. Quia qui ante planxerant,
In morte dum reliquerant,
Nunc gaudio laetantur,
Resurrexisse viderant
Et manibus palpaverant,
Hinc Deum protestantur.
6. Quem in paschali tempore
Diebusque laetitiae
Cum eis conversantem
Vident adesse sedule,
De regno suae patriae
Multis modis loquentem.
7. Meruisti generare
Dei natum mundo clare,
Virgo semper permanens,
Ipsam velis mitigare,
Dum venerit iudicare
Malos dire puniens.
8. Portare Dei filium
Inter filias hominum
Nulla digna fuerat,
Sed Deus pater omnium
Per summum suum nuntium
Te ad hoc elegerat.
9. Alleluia personemus,
Tantae matri laudes demus,
Nobis talem peperit,
Qui auferret mundi scelus,
Ne periret Adae genus,
Diram mortem pertulit.
10. Resurrexit immortalis,
Rex gloriae aeternalis,
Ultra iam non moritur.
- Per virtutem deitatis
Auctor tantae maiestatis
Ad caelos transvehitur.
11. Sicut patres praedixerunt,
Adimpleta tunc fuerunt
Omnia oracula,
Mira signa claruerunt,
Fidem gentes receperunt,
Baptizantur milia.
12. Dixit daturum spiritum,
Qui illustraret saeculum,
Summa Dei veritas,
Ut populis credentium
Per coetum apostolicum
Esset pia unitas.
13. Alleluia inde sonet,
Paraclitum nobis donet,
Quem suis promiserat,
Omne bonum ille docet
Et expellit, quidquid nocet,
Apud nos permaneat.
14. Ora, virgo eximia,
Ut gaudia paschalia
Tuis prosint famulis,
Et filii victoria,
Qui surrexit in gloria,
Salvet a periculis.
15. Pro nobis sis sollicita,
Ne irruant temptamina
Hostis nostris callidi,
Sed cuncta nostra opera
Sint per te Deo placita
Pacatque singuli.
16. Deum nobis propitium
Per tuum patrocinium
Sentiamus iugiter,
Carmen istud exiguum
Sit, tibi, virgo, placitum,
Suscipe hilariter.
17. Alleluia exclamare
Libet, sacrum tempus clare
Instat nunc fidelibus,
Christe, nobis nunc appare
Et post mortem tecum trahe
Tuis iungens civibus.

165. Super Salve regina.

1. Salve, splendor praecipue
Supernae claritatis,
Regina vincens strenue
Scelus impietatis,
Misericordiae tuae
Munus impende gratis.
2. Vita perennis caelica
Per te nobis donatur,
Dulcedo tua mellica
Maerentes consolatur,
Et spes nostra es unica,
Qua reus reparatur.
3. Salve, salvatrix omnium,
Languentum medicina,
Ad te, Dei triclinium,
Carens peccati spina,
Clamamus, fer auxilium,
Nos serves a ruina.
4. Exsules nos ad patriam
Reducas, ut fruamur,
Filii irae gratiam
Per te nunc consequamur,
Evae matris nequitiam,
Fac, ne experiamur.
5. Ad te sacratam virginem,
Insignem matrem Dei,
Suspiramus, ut turbinem
Tollas saevitiei,
Gementes duc ad cardinem
Caelestis requiei.
6. Et flentes in hac misera
Vita calamitatis
Lacrimarum post aspera
Lamenta gravitatis
Valle de hac nos libera
Et aggrega beatis.
7. Eia ergo conclusio
Mortis nostrae finalis,
Advocata, praesidio
Fac, ne sit gehennalis,
Nostra tunc fiat mansio
Cum Christo aeternalis.
8. Illos, quos gestas, porrige
Nobis sanctos profectus,
Tuos super nos erige
Benevolos aspectus,
Misericordes dirige
Ad nos semper affectus.
9. Oculos tuos placidos,
Sole splendoriosos,
Ad nos, qui culpae sordidos
Amplectimur horrores,
Convertite, ut et nididos
Servemus mentis mores.
10. Et cernere feliciter
Fac nos illum decorum
Iesum, quem chorus iugiter
Adorat angelorum,
Benedictum perenniter
Cum laudibus sanctorum.
11. Fructum, cuius fruitio
Praebet satietatem,
Ventris profers ex gremio
Servans virginitatem,
Tui fructus perceptio
Det plenam sanitatem.
12. Nobis post hoc lubricum,
Fallax, perniciosum
Exsiliū, maleficum,
Nequam, laboriosum,
Ostende tuum unicum
Natum deliciosum.
13. O clemens et propitia,
Fel solve vitiorum,
O pia, pelle proelia
Hostilium malorum,
O dulcis, duc ad dulcia
Nos carmina caelorum.
14. Maria, nos mundifica
In sordibus iacentes,
Maria, nos sanctifica
Ad te confugientes,
Maria, beatifica
Nos in te confidentes.

Orat. ms. Domus Novae Lucis anni 1477. Cod. Ultraiectin. Script. Eccl. 275. A. — Cod. S. Petri Salisburgen. saec. 14. [bei Mone II, 204] B. — 2, 2 datur A. — 2, 5 es fehlt B. — 3, 2 Languentium AB. — 3, 6 serva B. — 5, 5 duc ad patriam A. — 6, 4 Dirae statt lamenta B. — 8, 6 Semper ad nos A. — 9, 5 Converte dans ut nitidos B. — 13, 2 Vim solve A. — 13, 4 Nunc hostium malorum A. — 13, 5 duc nos dulciter A. — 13, 6 Ad gaudia sanctorum A. — 14, 3 nos salvifica A. — 14, 5 Maria nos sanctifica A. — 14, 6 In te iam confidentes A. — A fügt noch folgende Strophe bei, die in den ungeraden Zeilen trochäisch statt iambisch gemessen ist und an einer Stelle des Reimes enträt:

Amen, trino in unum Gloriam canamus,
Amen, Deo homini Gratias agamus,
Amen, matri virgini Sic laudes referamus.

166. Super Salve regina.

- | | |
|---|--|
| 1. Salve, mater nostra pia,
Virgo dulcis, o Maria,
Eduxisti nos de via
Mortis et periculi. | 9. Ad te, dulcis, nos speramus,
Confidenter preces damus,
Ut a te non discedamus,
Ut simus in gloria. |
| 2. Regina, hoc effecisti,
Nos de morte redemisti,
Quando Christum concepisti,
Salvatorem omnium. | 10. Clamamus ad te fidenter,
Nostris precibus clementer
Aurem praebe diligenter,
Ut simus in gloria. |
| 3. Misericordiae planta,
Salus venit ex te tanta,
Exprimi non potest quanta
Nec in mente concipi. | 11. Exsules sumus in mundo,
Maris stamus in redundo,
Nos extolle de profundo
Lacus et miseriae. |
| 4. Vitae nobis lumen dona,
Ut possimus mente prona,
Quae dedisti nobis, dona
Feliciter noscere. | 12. Filii nos sumus tui,
Dona nobis digne frui
De Iesu et regno sui
Per misericordiam. |
| 5. Dulcedo sua conducat
Et ad pacem nos reducat
Et de morte nos educat
Per sui clementiam. | 13. Evae nomen maledixit,
Per te nobis lux revixit,
Christus nobis benedixit
Ventris tui gremio. |
| 6. Spes, quam fide reportamus,
Supplicantes te rogamus,
Ut defendas, ne ruamus
In mortis periculo. | 14. Ad te clamant omnes gentes,
Fac, ut sint proficientes
Et exclara cunctas mentes
In te confidentium. |
| 7. Nostra salus et benigna,
Omni laude certe digna,
Peccatores nos resigna
Ante tuum filium. | 15. Suspiramus et instanter,
Credimus indubitanter,
Quod nobis tu des laetanter
Tui nati gratiam. |
| 8. Salve, caelitus creata,
Per quam salus est parata,
Porta caeli reserata
Clausula peccatoribus. | 16. Gementes sumus turbati,
Passione tui nati,
Fac, ut simus inflammati
Et amore proximi. |

17. Flentes sumus cum dolore
Pro peccatis, cum rubore,
Vivimusque cum sudore
In nostra miseria.
18. In hac vita dum vivemus,
Ut non mala reportemus,
Fac, ut tecum semper stemus
Et cum tuo filio.
19. Lacrimarum sumus pleni,
Regni dulcis et amoeni,
O rex bone, precor, veni,
Da nobis laetitiam.
20. Valle sumus circumdati
Propter nebulam peccati,
Fac, ut simus inflammati
Claritatis munere.
21. Eia ergo, mater poli,
Nos commenda tuae proli,
Ne errores sive doli
Nos supplantent hostium.
22. Advocata nostra semper
Nobis sis indiffidenter,
Ut portemus reverenter
Passionem Domini.
23. Illos, qui te amant, rege
Et ab omni malo tege,
Ut assistant coram rege
Sempiternae gloriae.
24. Tuos servos nos gubernas
Et in pace nos conserva,
Absit a nobis proterva
Daemoniorum rabies.
25. Misericordes fac ut simus,
Ut servire nos possimus
Creatori, quem nescimus
Amare sicut convenit.
26. Oculos iam fide dignos,
Misericordes et benignos
Tu nobis ostende, dignos
Omni reverentia.
27. Ad nos, benigna mater Dei,
Licet mortis simus rei,
Inclina te et bonae spei
Da perseverantiam.
28. Converte, pravae ut mentes
De peccatis sint dolentes
Et veniam deprecantes
A misericordia.
29. Iesum, nostrum redemptorem,
Redde nobis amatorem,
Aufer a nobis dolorem
Inferni miseriae.
30. Benedictum sit, o Christe,
Nomen tuum, crucifixe,
Peccatoribus assiste,
Ut peccatis caveant.
31. Fructum tuum, Iesum Christi,
Culpa nostra crucifixum,
Placa nobis semper istum
Tuis rogaminibus.
32. Ventrīs tui generosi
Concepti miraculosi
Germinisque pretiosi
Fructum fide credimus.
33. Nobis ergo, gloriosa
Virgo, sine spina rosa,
Praebe nobis virtuosa
Munera suscipere.
34. Post hoc naufragium peccati
Per te simus reparati,
Deo reconciliati
Ad habendam gratiam.
35. Exsilium erat grave,
Quando dictum fuit Ave,
Commutatur in suave
Divina providentia.
36. Ostende viam virtutum,
Nobis iter para tutum,
Fervens sit cor et non mutum
Tuis dignis laudibus.
37. O clemens, o cara mater,
Cuius natus est et pater,
Non sufficit nihil quater
Te laudare meritis.
38. O pia, fons pietatis,
O dulcedo caritatis,
Tu nos redemisti gratis
A morte perpetua.

- | | |
|---|--|
| <p>39. O dulcis nostrae salutis
 Recuperatrix, virtutis
 Dona pacem constitutis
 In mundi naufragio.</p> | <p>41. Maria, tu stella maris,
 Super omnes ordinaris,
 Dulce certe veneraris
 Angelorum coetibus.</p> |
| <p>40. Virgo, flos virginitatis,
 Splendor verae caritatis,
 Ante thronum maiestatis
 Recommenda supplices.</p> | <p>42. In extrema mortis hora,
 Benedicta mater, ora,
 Ut possimus sine mora
 Transire ad requiem.</p> |
43. Quod nobis dare dignetur,
 Per quem mundus renovetur,
 Qui regnat et miseretur
 In saeculorum saecula.

Orat. ms. Italicum anni 1489. Cod. Paulan. Sanbl. memb. 45. — 4, 1 Vita. — 5, 1 sua nos; lies tua? — 5, 4 Lies tui? — 6, 3 ne erramus. — 13, 2 lux refulxit. — 15, 3 locanter. — 16, 2 Passionis. — 27, 2 morte. — 28, 1 pravus. — 37, 1 o clara. — 37, 2 est o pater. — 3, 7 Lies nisi quater? — 38, 2 claritatis. — Das Lied ist italienischer Herkunft wie die Quelle. Vgl. Mone II, 208 ff.

167. Super Missus est.

- | | |
|---|---|
| <p>1. Missus est de caelestibus
 Nuntius regis omnium,
 Ut nuntiaret tristibus
 Verum solamen cordium,
 In tenebris sedentibus
 Aeternae lucis radium,
 In peccatis languentibus
 Magnum salutis gaudium.</p> | <p>4. A Deo patre nuntius
 Missus fuit descendere,
 Ordinatus, ut filius
 Spiritus sancti opere
 Homo fiat inferius,
 Indutus carnis vellere,
 Ut homines superius
 Possit ad caelos trahere.</p> |
| <p>2. Angelus non significat
 Naturam, sed officium,
 Cum Deus nobis indicat
 Vel facit beneficium,
 Spiritum, quem vult, indicat
 Ad hoc fieri nuntium
 Et ei nomen applicat
 Iuxta datum mysterium.</p> | <p>5. In civitatem modicam
 Magnae parantur nuptiae,
 Nuntius civem unicam
 Petit pro rege gloriae,
 Ut civitatem caelicam
 Civibus huius patriae
 Cunctis faceret publicam
 Regiae dono gratiae.</p> |
| <p>3. Gabriel ergo dicitur,
 Qui est missus ad virginem,
 Hoc nomen nobis loquitur
 Divinam fortitudinem,
 A qua fortis devincitur,
 Qui iam vicerat hominem,
 Hoc proelium prosequitur
 Sanctus David per ordinem.</p> | <p>6. Gallilaeae vult populum
 Revocare ad propria,
 Transmigratum per zabulum
 In aliena patria,
 Visitans istud saeculum
 Sua Deus praesentia
 Omnem credentem servulum
 Vocat ad caeli gaudia.</p> |

7. Cui nomen imponitur
Conveniens mysterio,
Sicut tempus eligitur,
Sic locus Dei filio,
Quando florum respicitur
Novorum delectatio,
Flos novae vitae mittitur
In florenti pomerio.
8. Nazareth ergo civitas
Floreat novis floribus,
Cuius florum amoenitas
Prosit cunctis mortalibus,
Nostra namque mortalitas
Huius florum odoribus
Reviviscit, et novitas
Vitae datur credentibus.
9. Ad virginem, quae florebat
Omni virtutum genere,
Flos caelicus veniebat,
Qui nescit florem laedere,
Qui odore redolebat,
Florem caelestem legere
Ei digne competeat
Et flori sertum facere.
10. Desponsatam fecit esse,
Ne laedatur infamia
Flos, qui de radice Iesse
Florebat omni gratia,
Ut et sponsus det expresse
Virgini testimonia,
Detque sponsae, quod ne-
cesse,
Paene labor inedia.
11. Viro virgo committitur,
Non pro carnis libidine,
Thesaurus iusto creditur
Sub vero sponsae nomine,
A quo sponsa non tangitur,
Sed spiritus dulcedine
Vir a sponsa diligitur
Utroque stante virgine.
12. Cui nomen est proprium
Semper accrescens meritis,
Usque in sanctum senium
Culpis carens illicitis,
Meruit Dei filium
Missum gentibus perditis
Servare, regem omnium,
Nutrire cibis debitis.
13. Erat iustus et sapiens,
Modestus, castus, humilis,
Omne malum refugiens,
In actibus laudabilis,
Omni bono consentiens,
Exemplo cunctis utilis,
De magna tribu veniens
Vir erat iste nobilis.
14. Ioseph arte et nomine
Designat Dei filium,
Qui nutu et spiramine
Fabricator est omnium,
Qui fabricat in virgine
Intacta corpus proprium,
Ut crescat, non in culmine,
Sed in plebe credentium.
15. De domo et familia
Una fuerunt geniti,
Sunt de tribu egregia
Sponsa et sponsus incliti,
Nam regalis potentia,
Per quam sunt omnes conditi,
Venit de domo regia
Miserta mundi perdit.
16. David tribus est nobilis,
Orta de Iuda genere,
Confessio laudabilis
Scit manu fortem parere,
Intacta virgo humilis
Confiteri et psallere
Scit, ut fortis amabilis
Goliath possit vincere.
17. Et nomen tantae feminae
Non tegatur silentio,
Omni plenum dulcedine,
Summo dignum imperio,
Invocari ab homine
Debet omni negotio,
Ergo in hoc dictamine
Et mihi sit auxilio.

18. Virginis huius precibus
Mihi detur auxilium,
Ut possim dignis laudibus
Eius referre gaudium,
Quod cepit in sermonibus
Dictis ei per nuntium,
Cum in sacris visceribus
Concepit Dei filium.
19. Maria, lumen cordium,
Illuminata gratia,
Illuminatrix omnium,
Stella maris eximia,
Audiat Dei nuntium,
Qui refert ei gaudia,
Mundo passo naufragium
Det salutis remedia.
20. Et ingressus cum lumine
Non fecit magnum strepitum,
Significans in virgine
Verae lucis introitum,
Qui sine viri semine
Ventrem intravit inclitum,
Et contra morem feminae
Inde faciet exitum.
21. Angelus in silentio
Solam invenit virginem,
Quae mundum habet odio,
Omnem refugit hominem,
Fervens eius devotio,
Adpetens solitudinem,
Ingresso Dei nuntio
Magnam confert dulcedinem.
22. Ad eam, quae in saeculo
Vitam ducebat caelicam,
Venit, ut caeli pabulo
Reficiat famelicam,
Carnis et cordis oculo
Videns lucem angelicam
Reverenti vocabulo
Audit salutem deicam.
23. Dixit salutis gaudium,
Quod rex ei transmiserat,
Et perfecit officium,
Propter quod missus fuerat;
- Audiens virgo nuntium,
Magnum pavere tolerat,
Quippe quisquam mortalium
Non tale quid audierat.
24. Ave, o Evae filia,
Quae vae matris mortificum
Ab humana miseria
Tolles, ave salvificum
Per salutis remedia
Mundo dabis in publicum,
Suscipe nova gaudia,
Portabis summum medicum.
25. Gratia infallibili
Tu digna es per merita,
Gratia ineffabili,
Per quam cuncta sunt condita,
Mundo succurras labili
Et sic prae cunctis inclita
Corde gaudebis humili
Gratia cunctis reddita.
26. Plena luna non patiens
Ecclipsum ullis mensibus,
Sed crescens et proficiens
In virtutum luminibus,
Quater decem perficiens
Circulos a natalibus
Lumen solis recipiens
Plene lucebis noctibus.
27. Dominus, rex caelestium,
Te vult sponsam assumere,
Ecce, pulsat ad ostium,
Noli regem renuere,
Para ei hospitium,
Gaude regem recipere,
Qui salutem credentium
Venit in te perficere.
28. Tecum habebis socium,
Qui tua regat opera,
Tecum habebis filium
Formatum intra viscera,
Tecum ferens in gremium
Indutum carne tenera,
Tecum erit rex omnium,
Per te dabuntur munera.

40. Ne timeas a servulo
Parato ad servitium,
Intende cordis oculo
In divinum mysterium,
Non time, quae a saeculo
Tolles timoris taedium,
Omni datura populo
Securitatis gaudium.
41. Maria, mea domina,
Tibi servire venio,
Cuncta caelorum agmina
Tuo subsunt imperio,
Non time propter lumina
Tuo missa servitio,
Totum mundum illumina
Tuo sancto colloquio.
42. Invenisti per merita,
Quem quaerebas affectibus,
Qui respicit abscondita,
Praesens est tuis precibus,
Bona caelorum perdita
A primaevis parentibus
Tibi, virgo, sunt reddita
Ac per te cunctis gentibus.
43. Gratiam per te facere
Vult Deus omni saeculo,
Prius tibi tribuere
Et post credenti populo,
Laborantes vult pascere
Aeternae vitae pabulo,
Sitientes reficere
Verae fidei poculo.
44. Apud Deum, qui me misit,
Reputata es maxima,
In saeculo te dimisit,
Ubi visa es minima,
Qui se a te non divisit,
Nunc de carne purissima
Sumere vult, ut promisit,
Carnem, virgo pulcherrima.
45. Ecce lux, ecce claritas,
Ecce perfectum gaudium,
Ecce, amici caritas
Amicae petit gremium,
- Ecce, sponsi iucunditas
Sponsae pulsat ad ostium,
Ecce, summa felicitas,
Para ei hospitium.
46. Concipies veraciter
Deum verum et hominem,
Felix eris perenniter
Et felicem gravedinem
Laeta portabis leviter,
Dabit tibi dulcedinem
Teque portabit firmiter
Tollens a te formidinem.
47. In utero versabitur,
Quem mundus nequit capere,
A quo mundus recluditur,
Tu poteris recipere,
Utero totus clauditur,
Totus manens in aethere,
Totus in patre creditur,
Totus in ventris carcere.
48. Et paries mirabilem
Ex intactis visceribus
Deumque invisibilem
Dabis humanis visibus,
Excelsum nimis humilem
Et gaudium in fletibus,
Lucem inaccessibilem
Tangens beatis manibus.
49. Filium Dei proprium,
Per quem facta sunt omnia,
Tuum habebis filium,
Cuius prius es filia,
Regem lactabis omnium,
Deferens inter brachia
Summum pastorem ovium,
Qui dat cunctis cibaria.
50. Vocabis novo nomine
Dominum de te genitum,
Quod in caelorum culmine
Ei fuit impositum,
Veniens in certamine,
Christianum exercitum
Hic vocabit in lumine
Ad regnum suum inclitum.

51. Nomen eius laudabile,
Benedictum ab omnibus,
A cunctis adorabile
Cum genuflexionibus,
Satis quoque terribile,
Sed malignis spiritibus,
Ab angelis amabile,
Invocandum a gentibus.
52. Iesum, salutem omnium,
Deum fortem in proelio,
Tuum vocabis filium
Nomine sancto proprio,
Angelorum est gaudium,
Hominum exsultatio,
Hoc sanctum evangelium
Servatum cordis medio.
53. Hic enim salvum faciet
Populum a reatibus,
Hic iudex iustus veniet
Deus in caeli nubibus,
Hic malignos percutiet
Cum damnatis daemonibus,
Hic amicos recipiet
Secum in caeli sedibus.
54. Erit, quod semper fuerat,
Deus, lumen de lumine,
Hominem, quem formaverat,
Assumens in te virgine,
Ut ruinam, quam fecerat
Lucifer fastus fame,
Reparet, caelo conferat
Novos cives de homine.
55. Magnus, qui semper maximus
Erit, qui nescit crescere,
Claudere nequit animus
Quantitatem nec capere,
Humilitate minimus
Magnus erit in opere,
Qui primus est et ultimus,
Vult parvos magnos facere.
56. Et filius, qui medius
Inter patrem et spiritum,
Unus idem, sed alius,
Hominem sumens conditum,
Tuum erit inferius
Pretiosum depositum,
Ut te ponat superius
In locum tibi debitum.
57. Altissimi humilitas
Ordinatur vilescere,
Nec credendum, quod vilitas
Dignum possit inficere,
Summi Dei sublimitas
Sic infimum vult sumere
Ut infirmi obscuritas
Inde possit clarescere.
58. Vocabitur a gentibus,
Quod est semper realiter,
Nam in sanctis operibus
Cognoscetur veraciter
Deus verus, qui omnibus
Praeest regnans feliciter,
Hoc nomen in caelestibus
Est ei aeternaliter.
59. Et dabit ei gloriam
Dei patris auctoritas,
Quam habet semper propriam
Filii vera unitas,
Quo ad carnis substantiam
Minorabitur dignitas,
Hinc decet, per victoriam
Detur ei sublimitas.
60. Dominus Deus omnium,
A quo natus est filius,
Qui nascendi principium
Non habuit superius,
Sic ordinavit filium
Transmittere inferius,
Ut revertens ad solium
Donet amicis melius.
61. Sedem habebit regiam,
Qui erit de te genitus,
Tuae carnis substantiam
Exaltabit divinitus,
Tu mater videns gloriam
Filii tui caelitus
Tunc habebis laetitiam,
Quando erit rex inclitus.

62. David regnum restituet,
Cuius sceptrum iam corrui,
Novam legem instituet,
Nam vetus mortem tribuit,
Hic hostis regnum destruet,
Qui regnum suum diruit,
Vitam populo tribuet,
Qui iam per mortem aruit.
63. Patris eius, veraciter
De cuius erit semine,
Dabitur ei iugiter
Sceptrum, cuius regimine
Laetabuntur communiter
Homines prae dulcedine,
Sub quo vivent feliciter
Cives in caeli culmine.
64. Et regnabit rex sapiens
Et faciet iustitiam,
Abscondita respiciens
Dissipabit malitiam,
Dispersos suos uniens
Revocabit ad patriam,
Regia dona largiens
Suam monstrabit gloriam.
65. In domo Iacob regia
Ponetur eius solium,
Namque sancta ecclesia,
Quae domus est fidelium,
Natus tui praesentia
Cunctis erit in gaudium,
Verae fidei gratia
Rex unus erit omnium.
66. In aeternum ditabitur
Divitiis et gloria,
Ubique laudabitur
Salomonis prudentia,
A quocunque timebitur
Regis fortis potentia,
A civibus amabitur
Pacifica clementia.
67. Regni eius hereditas
Non indigebit lumine,
Perennis agni claritas
Fulgebit caeli culmine,
- Abhinc cedet adversitas,
Et fugata formidine
Pax erit et tranquillitas
In amoris dulcedine.
68. Non erit luctus amplius
Neque clamor sed lacrimas
Tuus absterget filius
Sanctas confortans animas,
Cunctis erit iucundius,
Escas habebunt optimas,
Quas dabit rex egregius
Gubernans oves plurimas
69. Finis est et principium
Rex iste, de quo loquitur,
Regni cuius imperium
Sine fine videbitur,
Si vis habere filium,
Sicut tibi promittitur,
Dic pulsanti ad ostium,
Et, ecce, tibi dabitur.
70. Dixit Maria nuntio
Respondens ei dulciter:
Quamvis tua locutio
Turbaverit me taliter,
Tua tamen promissio
Placet mihi veraciter,
Sed modum ego nescio,
Nisi loquaris aliter.
71. Quomodo Deus faciet
Uterum intumescere,
Quomodo hoc perficiet?
Utrum virili opere?
Vel virginem consentiet
Miraculo concipere?
Scio namque, quod veniet,
Hominem salvum facere.
72. Fiet homo, non dubito,
Deus immensa gratia,
Nam promissum recogito
In lege et prophetia,
Tua tantum te rogitō
Edoceant eloquia,
Quomodo in me subito
Tanta fient mysteria.

73. Istud donum desidero
Deo meo consentiens,
Utinam regi supero
Placeam virum nesciens,
Magnum gaudium genero
Verbum salutis audiens,
Sed respondere differo
Modum audire cupiens.
74. Quoniam vovi Domino
Castitatis propositum,
Dono Dei extermino
Omne, quod est illicitum,
In corde tamen rumino
Sermonem tuum inclitum,
Quomodo in hoc termino
Habeam de me genitum.
75. Virum et viri opera
Ignoro omni tempore,
Promissa Deo foedera
Servo fideli pectore,
Non possunt in me scelera
Ut nec ignis in marmore,
Purgata Deo viscera
Devovi casto corpore.
76. Non cognosco malitiam
Nec propono cognoscere,
Dei benevolentiam
Tantum volo acquirere,
Si mihi det hanc gratiam,
Ut coepisti promittere,
Dico modo: concipiam,
Parata sum recipere.
77. Respondens dixit angelus
Quaerenti satisfaciens:
Sermo tuus egregius
Est quaestioque sapiens,
Florem pudoris filius
Non laedet in te veniens,
Sed conformabit fortius
Exitum de te faciens.
78. Spiritus sanctus gravidam
Te suo reddet opere,
Qui quondam virgam aridam
Fructum fecit producere,
Aream quoque madidam
Fecit siccato vellere,
Virginem suam floridam
Te vult praegnantem reddere.
79. Superveniet dulciter
Non faciendo strepitum,
Faciet in te noviter
Novum, quod est insolitum,
Diversa iungens pariter,
Cum Deo servum subditum,
Cor hominis veraciter
Credet virginis genitum.
80. In te descendet spiritus,
Cuius sancto spiramine
Formatur in te genitus
De tuo puro sanguine,
In te erit absconditus
Tectus carnis velamine
Ac per te cunctis agnitus
Erit Deus in homine.
81. Et virtus infirmabitur,
Ut confundantur fortia,
Filius incarnabitur,
Qui in persona propria
A patre semper gignitur,
Cum quo habet aequalia,
Deus homo videbitur
A tuamet substantia.
82. Altissimi altissimum
Filium debes credere
De te corpus verissimum
Sumpturum, non de aere,
Sed aerem foedissimum
Purgaturus a scelere
Venit, bellum fortissimum
In aere perficere.
83. Obumbrabit lux fulgida
In ventre tuo proprio,
In nube carnis candida
Erit solis absconsio,
Ut temperata fervida
Fiat solis vibratio
Cunctis, qui fide solida
Cernent in solis radio.

84. Tibi, virgo, prae ceteris
Obumbrabit haec claritas,
Nam umbras legis veteris
Per te fugabit veritas,
Tu arca novi foederis,
Per quam Dei benignitas
Tuis lucebit posteris,
Semper ardebit caritas.
85. Ideoque, qui dicitur
Alpha et O perenniter,
A quo mundus hic conditur,
Ad quem tendit finaliter,
Via, qua recte graditur,
Veritas docens dulciter,
Vita, qua semper vivitur,
Tibi datur feliciter.
86. Nascetur in hoc tempore
Natus sine principio,
Vero nascetur corpore,
Clauſo uteri ostio
Exit, fructus in arbore,
In florenti promerio,
Calor erit in frigore,
Fletus erit in gaudio.
87. Ex te magnus dux exiet,
Qui reget Dei populum,
Uterus tuus pariet
Regem, qui fecit saeculum,
Nullam laesuram faciet.
Servans pudoris flosculum,
Ianuis clausis veniet
Deferens pacis osculum.
88. Sanctum lumen de lumine,
Deus de Deo veniens,
Quamvis de terra virgine
Verum corpus accipiens,
Ab ipsa tamen origine
Maculam terrae nesciens,
Tinctum erit in sanguine
In cruce sancta moriens.
89. Vocabitur sanctissimus,
Qui multos sanctos faciet,
Erit in mundo minimus,
In cunabulis vagiet,
- Actor pacis peroptimus
Populos multos uniet,
Vocabitur rex maximus,
Quando regnum accipiet.
90. Filius Dei unicus
Venit fratres acquirere,
Perennis heres caelicus
Coheredes eligere,
In terris erit publicus,
Venit fratres redimere,
Ut velit frater modicus
Tantum fratrem diligere.
91. Et, ecce, tibi dicitur
Illud, quod debes credere,
Nam praecursor concipitur,
Qui debeat praecedere
Regem, de quo nunc loquimur,
Quem tu debes concipere,
Parare vias mittitur
Et semitas dirigere.
92. Elisabeth in senio
Ex viri senis semine
Impraegnatae cum gaudio
Occultatur sub tegmine,
Fungenti sacerdotio
Nuntiatum cum lumine,
Qui privatur eloquio
Tardae fidei crimine.
93. Cognata tua vetula
Habet de viri coitu,
Sed tu, virgo iuencula,
Concipies de spiritu,
Diversa sunt miracula
Et in diverso exitu,
Tu regnantem per saecula
Paries sine strepitu.
94. Ipsa concepit militem,
Sed tu regem concipies,
Nullum peccati fomitem
Amodo, virgo, senties,
Pariet illa divitem,
Sed tu pauperem paries,
Dives parabit limitem,
Quo incedit pauperies.

95. Filium sanctum gratia
Haec portat in visceribus,
De nobili prosapia
Nobiliorem omnibus,
Qui multis dabit gaudia
Eius ortum scientibus,
Qui baptismi mysteria
Clamabit paenitentibus.
96. In sua est senectute
Fecunda prole nobili,
Tu virgo in iuventute
Fructu gaudebis utili,
Nam Iohannes in virtute
Hunc praecedet laudabili,
Iesus pro mundi salute
Carne pugnabit humili.
97. Hic mensis primus mensium,
Quo mundus fuit conditus,
Primum tibi dat gaudium
Conditor de te genitus,
Et in te hortum regium
Fructus vitae fit insitus,
Per istud plenilunium
Splendor solis est cognitus.
98. Est sextus mensis feminae,
Quae non habebit filium,
Adae purgato crimine
Non contrahit contagium,
Hic venit, ut de lumine
Proferat testimonium,
Qui natus de te virgine,
Verum lumen fit gentium.
99. Quae vocatur maledicta
In lege, nunc absolvitur,
Quae erat quasi derelicta,
Nunc a sponso diligitur,
Nam de prole benedicta
Grande festum videbitur,
Cum loquela interdicta
Patri muto donabitur.
100. Sterilis haec impraegnata
Te cogat maius credere,
Ut tu, virgo consecrata,
Christum debeas parere,
- Per exempla tibi data
Nunc debes acquiescere
Et gaudia praeparata
Gratulanter recipere.
101. Quia, qui fecit sterilem
Fecundam sua gratia,
Virginem quoque fertilem
Reddet sua praesentia,
Si in sanctis laudabilem
Se dat Dei potentia,
Restat, ut plus mirabilem
Se demonstret in propria.
102. Non erit impossibile
Deo istud mysterium,
Sed erit valde utile
Ecclesiae fidelium,
Quamvis istud mirabile
Sit oculis mortalium,
Non est tamen difficile
Factori rerum omnium.
103. Apud Deum ordinatur
Sic hominum redemptio,
Qui miranda operatur
Pro velle suo proprio,
Naturae cursus mutatur,
Ut hominum mutatio
Apud Deum revertatur
In fidei consortio.
104. Omne, quod Deus fieri
Mandat, moram non patitur,
Qui formam servi miseri
In se sumere dignabitur,
In templo tui uteri
Deus tuus morabitur,
Si sermo regis superi
A te non aspernabitur.
105. Verbum, quod tibi nuntio,
Plenum est omni gratia,
Tua dulcis responsio
Frangat irae indicia,
Ut revertar cum gaudio
Ferens verba placentia
Aeterno Dei filio,
Ut veniat in propria.

106. Dixit Maria credula
Respondens Dei nuntio:
Scio, quod non est fabula
Tua sancta locutio,
Nam quasi vitae fercula
Palato cordis sentio,
Hinc corde sine macula
Verbis tuis consentio.
107. Ancilla stat ad ostium,
Ut pulsanti aperiatur,
Per fervens desiderium
Optans, ut sponsus veniat,
Et optatum coniugium
Sponsus vitae perficiat,
Quo virginis propositum
Castum non deficiat.
108. Domini mei cupio
Voluntatem perficere,
Domini ordinatio
De sua potest facere
Pro velle suo proprio,
Parata sum recipere,
Placeat ei gremio
Virginali descendere.
109. Fiat istud coniugium
Immensa Dei gratia,
Transmittat Deus filium,
Prompta est Adae filia,
Ornet thalamum proprium
Sponsus sua praesentia,
Ut amicum egregium
Amplectar inter brachia.
110. Mihi det istam gratiam,
Quam elegit prae ceteris,
Ut relevem miseriam
Humani lapsi generis,
Oppressorum angustiam
Lugentium in inferis,
Audiens donet veniam
Antiqui nequam sceleris.
111. Secundum quod promiserat
In scripturis de filio,
Pater quem semper generat
Natum sine principio,
Cor paratum desiderat,
Impleatur promissio,
Et amplecti accelerat
Sponsa sponsum cum gaudio.
112. Verbum carnem efficiat
Deus verbum principium,
Credientibus proficiat
Huius carnis edulium,
Verbum caro reficiat
Per suum corpus proprium
Edentes, nec deficiat
Nuptiarum convivium.
113. ¹¹²Tuum sanctum officium
Perfecisti fideliter,
Habeo Dei filium
In me natum veraciter,
Deum et suum nuntium
Benedico humiliter,
Qui mihi dedit gaudium
Vitamque plebi pariter.

Orat. ms. Lehninense anni 1518. Cod. Berolinen. IV^o 29. A. — Cod. Parisien. 3639. saec. 15¹⁶/16 B. — Orat. ms. Coelestin. saec. 15. Cod. Cod. Parisin. 18571. C. — 6, 1 populos A. — 6, 3 Transmigratos A. — 17, 6 in omni A. — 24, 1 o fehlt A. — 26, 5 faciens A. — 26, 6 Articulos A. — 103, 5 immutatur A. — 108, 8 In virginali A.



Inhalts-Übersicht.

I. Real-Index.

I. Stunden-Lieder.

	Nr
De sanctissima trinitate	1—3
De sancto Spiritu	4; 5
Septem horulae operum divinorum septemplices	6
De Nativitate Domini	73
De Anima Christi	8
De Corpore Christi	9—11
De Misericordia Domini	12
De Passione Domini	13—30
De Corona Spinea	31
De Resurrectione Domini	32; 31
De sanctis Angelis	34—36
De sancto Angelo Custode	37
De Conceptione beatae Mariae Virginis	38—40
De Compassione beatae Mariae Virginis	41—49
De Gaudiis beatae Mariae Virginis	50
De VII Gaudiis beatae Mariae Virginis	51—53
De Assumptione beatae Mariae Virginis	54
Horae de beata Maria Virgine	55—58
De omnibus Sanctis	59; 60
De sancta Barbara	61; 62
De sancto Benedicto	63
De sancto Francisco	64; 65
De sancta Gertrude	66
De sancto Iohanne Baptista	67
De sancto Iohanne Evangelista	68
De sancta Katharina	69—73
De sancta Maria Magdalena	74; 75
De sancto Mauritio	76
De sancto Perchtoldo Garstensi	77
De sancto Quirino	78
Officium Defunctorum	79—81

II. Glossen-Lieder.

	Nr.
Super Veni Creator	82; 83
Super Ave Maria	84 — 156
Ave Maria Aureum (Super Beata mater ave)	157
Super Ave maris stella	158
Super Magnificat	159; 160
Aureum Alma B. M. V. (Super Alma redemptoris)	161
Aureum Pratum B. M. V. (Super O forens rosa)	162
Recordare Aureum B. M. V. (Super Recordare virgo mater)	163
Aureum regina caeli (Super Regina caeli lactare)	164
Super Salve regina	165; 166
Super Missus est	167

Verbal-Index.

	Seite		Seite
Adest triumphus nobilis	116	Ave fulgens maris stella	199
Ad horam completorii	80	Ave in salutione	199
Ad matutinum gemide	77	Ave Iesse stirps regalis	200
Ad nonam ego sitio	79	Ave Iesse vîrgula	201
Ad primam praesentatus es	78	Ave Iesu Christi suavis	56
Ad sextam cum funiculis	79	Ave Iesu clemens pie	57
Ad tertiam nequissimus	78	Ave Iesu mi benigne	56
Ad sepulcrum veniens	168	Ave Iesu gloriose	60
Ad vesperam aromata	80	Ave Iesu mihi care	58
Aeterno regi gloriae	81	Ave Iesu nostra vita	58
Alma puella regia	286	Ave Iesu panis vitae	54
Alvus tumescit virginis	115	Ave Iesu rex caelorum	55
A patre prodit genitus	11	Ave Iesu salus vera	59
Assiste lux angelica	89	Ave Iesu spes reorum	59
A summo choro Seraphim	90	Ave iubar aethereum	202
Auctor salutis unicus	45	Ave lucis speculum	204
Aurora lucis rutilat Caelum	26	Ave lumen saeculi	82
Aurora lucis rutilat Pulsa	153	Ave lumen veritatis	74
Ave ancilla Domini	190	Ave lux fidelium	206
Ave caeli reserator	73	Ave Maria genetrix pia	207
Ave candens absque vae	191	Ave Maria nobilis	208
Ave clemens Katherina	164	Ave Maria provida pia	208
Ave constans Katherina	165	Ave maris stellae custos	156
Ave crucis consecrator	73	Ave maris stella	282
Ave cuius anima	284	Ave martyr Katherina	165
Ave decus trinitatis	124	Ave mater Dei ave	209
Ave Dei genetrix gemma	192	Ave mater gratiae Fons	210
Ave Dei genetrix et	274	Ave mater gratiae Thalamus	211
Ave Dei genetrix via	193	Ave mater gratiae Virgo	212
Ave desiderii Flos et fons	194	Ave mater illibata	213
Ave ex patris omnipotentia	196	Ave mater pietatis Fons	215
Ave felix Katherina	164	Ave mater pietatis Puella	218
Ave fuit prima salus	196	Ave mater salvatoris	219
Ave fuit salus laeta	198	Ave mater unica	220

	Seite		Seite
Ave mira domina	222	Ave virgo virginum Mater	288
Ave mitis imperatrix	224	Ave virgo virginum Quae	270
Ave mundi imperatrix	225	Ave virgo virginum Spes	273
Ave nardus humilis	125	Beata matris gaudia	117
Ave nostrae spes salutis	226	Beata plena gratia	282
Ave panis angelorum	74	Beata plebs angelica	144
Ave patris camera	227	Benedicta conceptio	94
Ave per quam filius	228	Benedictus opifex	148
Ave pia Katharina	166	Bethaniam Dominus	169
Ave plena gratia	230	Caelestis rex Ierusalem	28
Ave plena gratia	230	Caelestium rex agminum	12
Ave porta gloriae	278	Caelum ac terra gaudeat	22
Ave praeclarissima	231	Candente sole gratiae	28
Ave princeps verae pacis	78	Castitatis lilium	167
Ave pudoris lilium	232	Chori novum angelici	88
Ave puella regia	233	Christe per tua vincula	177
Ave quae per angelum	236	Christus iam captus victus est	42
Ave regina beata	237	Christus pro nobis hostia	43
Ave regina caelorum	238	Cives superna curiae	144
Ave rosa generosa	128	Collaudemus universi	126
Ave rosa sine spinis Quae ab	239	Consolatrix pauperum	44
Ave rosa spinis Tu quam	240	Corporis mysterium	29
Ave rubus visionis	240	Corpus tuum deificum	83
Ave salus omnium	241	Crucis apparet hostia	151
Ave sancta Katharina	165	Crucis arbor eximia	151
Ave sidus clarissimum	243	Crucis arma fulgentia	150
Ave splendor mentium	245	Crucis magnum mysterium	151
Ave stella matutina	245	Crucis signum Tau litera	151
Ave terra quae non sata	247	Crucis ut ad supplicia	150
Ave thronus Salomonis	133	Crucis verbum proponitur	150
Ave trinitatis flos	134	Crucis vox hunc adloquitur	150
Ave tu es paradisos	250	Crudele concambium	35
Ave tu per angelum	252	Cur diem inutiliter	62
Ave tu sponsa regalis	254	Cursu celeri transeunt	43
Ave tu virgo Maria	254	Data mortis sententia	46
Ave vena veniae	277	De cruce deponitur	38
Ave venerabilis	255	De cruce deponitur	36
Ave verbum incarnatum	73	Deitatis paternitas	173
Ave verbum summi patris	72	De spinarum aculeis	81
Ave virginum regina	255	Deus aeternae gloriae	176
Ave virgo domina	256	Deus de nullo veniens	11
Ave virgo dulcissima	257	Deus qui primum hominem	123
Ave virgo gloriosa	259	Devotis te concentibus	175
Ave virgo Katherina	164	Diei ad diluculum	45
Ave virgo nobilis	261	Dulce lilium vernale	110
Ave virgo regina gloriae	263	Dum Christi mater inclita	103
Ave virgo stella maris	98	Dum medium silentium	152
Ave virgo virginum Ave	265	Dum solaris eclipsatur	155
Ave virgo virginum Digne	267	Effere dignis laudibus	25
Ave virgo virginum Flos	268	Eia mea labia	93
Ave virgo virginum Mater	270	Emanuel sepultus est	44

	Seite		Seite
En sol privatur lumine	43	Gloria tibi Domine Qui tuo	47
Est orta lux de tenebris	162	Gratulemur nisu toto	82
Fit porta caeli patula	82	Haec est dies laetitiae	24
Fit porta nosta hodie	110	Heu Maria videt natum	125
Flagellis dire caesus est	31	Heu misera condicio	61
Flectit genu contristatur	40	Hic patet in praesaepio	90
Fletus longaevi rex regum	96	Hora completoriali	72
Fons vitalis caritas	14	Hora completorii Corpus	39
Fratres hic attendite	28	Hora completorii Iesus	36
Gaudeamus cum gaudio	113	Hora iam ecce tertia	44
Gaudeamus ergo vere	112	Hora iam quasi tertia	43
Gaudeamus et interum	112	Hora matutina	113
Gaudeamus in Domino	112	Hora nona Dominus Cuncta	38
Gaudeamus iucundanter	113	Hora nona Dominus Relinqui	36
Gaudeamus modo satis	113	Hora nona o rex caeli	70
Gaudeamus praeclare	113	Hora prima Dominus	35
Gaude aurora saeculi	131	Hora prima pertrahunt	38
Gaude clemens Katharina	158	Hora prima properat	168
Gaude columna gemmea	134	Hora prima tamquam latro	69
Gaude Deus te suscepit	119	Hora sexta denudatus	70
Gaude die quadrageno	121	Hora sexta Dominum	36
Gaude dulcis Katharina	159	Hora sexta Dominus	38
Gaude felix Katharina	161	Hora sexta veniente	67
Gaude grata Katharina	160	Hora tertia ligaris	69
Gaude mater cum parvulo	116	Hora tertia praelatum	66
Gaude mater in gaudiis	115	Iam dies esse praeterit	64
Gaude mater in gaudio	117	Iam illuxit divinitus	85
Gaude mater tibi soli	120	Iam lucis mundi conditor	81
Gaude matrona caelica	136	Iam lucis orto sidere Bapt	67
Gaude mitis Katharina	160	Iam lucis orto sidere Deum	27
Gaude nam ex tuo vultu	121	Iam lucis orto sidere Largitor	176
Gaude nostra Hierusalem	132	Iam lucis orto sidere Quo	61
Gaude pia Katharina	159	Iam lucis perit claritas	108
Gaude plena veritatis	133	Iam placenti cunctae genti	155
Gaude precor gaude	136	Iam post solis occubitum	90
Gaude primum o Maria	118	Iesu bone Dei nate	52
Gaude quod in templo natum	120	Iesu bone facto mane	51
Gaude regina gloriae	116	Iesu bone fili Dei	51
Gaude virgo egregia	131	Iesu bone foras urbe	52
Gaude virgo Ioseph viro	118	Iesu bone formidantes	54
Gaude virgo Katharina	158	Iesu bone horae nonae	53
Gaude virgo perpetua	137	Iesu bone hora sexta	52
Gaude virgo principalis	128	Iesu bone qui attentus	53
Genitor ineffabilis	12	Iesu fons dulcedinis	77
Gertrudis virgo nobilis	151	Iesum asinus portavit	19
Gloria tibi Domine Qui cum	49	Iesum Christum adoremus	65
Gloria tibi Domine Qui iam	49	Iesu piorum caritas	175
Gloria tibi Domine Qui nonae	49	Iesu redemptor saeculi	177
Gloria tibi Domine Qui primae	47	Iesu rex regum omnium	175
Gloria tibi Domine Qui sextae	48	Iesus ad praetorium	75
Gloria tibi Domine Qui tertiae	48	Iesus Christus humanatus	39

	Seite		Seite
Iesus completorii	76	Nunc sancte nobis spiritus Unum	153
Iesus donat Dominus	30	Nunc sanctus pater omnium . . .	82
Iesus eremo moratus	18	Nunc tempus adest gratiae . . .	24
Iesus felix remeavit	22	Nunc veni sancte spiritus . . .	176
Iesus hora tertia	38	O angeli fortissimi	89
Iesus morti traditur	75	O anima mirifica	26
Iesus nocte pauper natus	18	O beata perturbata	108
Iesus nudatur vestibus	45	O caeli viola solio dignissima .	138
Iesus orans intime	74	O Christe sponsus virginum . .	84
Iesus patres visitavit	21	O Christi felix anima	25
Iesus patri caelico	76	O consolatrix omnium	127
Iesus punctus a corona	67	O descendens rex gloriae . . .	24
Iesus traditus ligatur	20	O Deus sancta trinitas	12
Iesus tribunalibus	75	O diei diluculum	31
Imperialis domina	100	O dies venerabilis	83
In cruce tendens brachia	31	O dominator dominans	83
In diei complemento	68	O floridum tu lectulum	25
Infans Iesu pulcherrime	23	O fragiles accedite	27
Inter flores paradisi	155	O Francisce contemplator . . .	149
Laudandus est Dominus	87	O lux misericordiae	30
Laus angelorum inclita	88	O Maria mater Christi	108
Laus sit Christo qui proditur . .	41	O Maria mundi salus	288
Lux mundi sol iustitiae	45	O maria stella maris	109
Lux surge nobis aurea	14	O martyres sanctissimi	145
Magdalena vigilat	168	O mens excedens aciem	26
Mare magnum tu fuisti	170	O Michael dux inclite	88
Maria candens lilium	122	O mira Dei bonitas	62
Maria dum conspicit	169	Omnes caelestes ordines	87
Mariae natus unicus	91	Omnes prudentes virgines . . .	145
Maria stirps egregia	126	O Perchtolde pater care	172
Maris stellae Christi cellae . . .	128	O praeclare pater care	172
Mater sapientiae rosa	99	O regina caelestina	277
Matris cor virgineum	106	O regnans alto cardine	24
Matutino tempore Barbara	146	O rea summae maiestatis	68
Matutino tempore Deus	38	O rea virtutum Domine	83
Matutino tempore Mariae	104	O salutaris anima	25
Memento sancta trinitas	12	O Seraphim ignivoma	87
Missus est de caelestibus	295	O splendor patris unice	83
Morte dum vides ortum	97	O sponsa celeberrima	144
Nascitur mundo verbum	97	O stupor incognitus	63
Nec carmen nec titulus	274	O susse lilge meilicher blut . .	111
Ne uramur incendio	89	O trinae splendor gloriae . . .	28
Nobis cibus salvificus	28	O tu summa benignitas	84
Nobis sancti spiritus gratia	15	O verbo nubens anima	26
Nostrae salutis hostia	32	O vitae fons dulcissime	31
Nostrae salutis hostia	46	O viri apostolici	145
Novum salutis gaudium	115	O viva caeli sidera	88
Nunc infunde te incunde	155	Pater Iesum generavit	17
Nunc rimante spiritu	85	Patris sapientia Christus	35
Nunc sancte nobis omnibus	109	Patris sapientia Iesus	171
Nunc sancte nobis spiritus De-		Patris sapientia Veritas	32
votionis	14	Patrone fidelissime	88

	Seite		Seite
Pendens in cruce Dominus . . .	46	Salve rosa paradisi . . .	125
Pergentibus ad patriam . . .	89	Salve sapientiae domus . . .	93
Per signum pacis traderis . . .	31	Salve splendor praecipue . . .	292
Phariseus gestiens . . .	169	Salve thronus deitatis . . .	124
Post cursum tandem temporis . . .	32	Salve urbs refugii . . .	94
Post cursum tandem temporis . . .	47	Salve virgo puerpera . . .	94
Potens rector et protector . . .	156	Salve virgo virginum . . .	93
Pro defunctorum requie . . .	175	Sancta Dei genetrix . . .	143
Puerum vatem habentem . . .	97	Semper ave dia genetrix . . .	278
Quas ore laudes offeram . . .	63	Septies adveniunt . . .	169
Quem Chaldaeorum proceres . . .	91	Sic nocte lux angelica . . .	89
Quicumque vult animam . . .	9	Sic pane continentiae . . .	90
Quicumque vult animam . . .	10	Sic tibi Deus offerat . . .	89
Recessis noctis tenebris . . .	42	Silere non valeo . . .	278
Recolamus mente pura . . .	65	Sol luna atque sidera . . .	145
Recolamus sedulo . . .	37	Splendor paternae gloriae . . .	176
Recordare o Maria . . .	289	Summi sponsa creatoris . . .	127
Rector potens qui cordium . . .	14	Superni sponsa principis . . .	126
Rector potens tu aspice . . .	109	Surge dilecta anima . . .	42
Rector potens verax Deus Qui . . .	153	Te benignum laude dignum . . .	156
Rector potens verax Deus Se . . .	82	Te lucis ante terminum . . .	15
Rector potens viventium . . .	177	Te lucis ante terminum . . .	28
Rector potentissimus . . .	85	Te lucis ante terminum . . .	154
Regale sacerdotium . . .	145	Terminum noctis aeternus . . .	96
Reginae caeli e domo . . .	98	Trinitas lumen luminum . . .	11
Regina nobilissima . . .	290	Trinitas salus omnium . . .	11
Rerum causa efficiens . . .	14	Tu castitatis lilium . . .	127
Rerum Deus aculeis . . .	82	Tu qui es notitia . . .	92
Rerum Deus factor meus . . .	156	Tu quondam per angelum . . .	280
Rerum Deus inclite . . .	86	Ut homo resurgeret . . .	36
Rerum Deus omnium . . .	177	Vale caeli symphonia . . .	125
Rerum Deus piissime . . .	109	Veneremur consecratum . . .	27
Rerum Deus tenax vigor . . .	154	Veni creator spiritus Barbarae . . .	147
Sacerdotes prima hora . . .	66	Veni creator spiritus Et in . . .	189
Salutem mundo tribuere . . .	96	Veni creator spiritus Praecordiorum . . .	181
Salve arca foederis . . .	93	Veni pater orphanorum . . .	15
Salve dies sanctitatis . . .	86	Verbum caro effugatur . . .	91
Salve Iesu dulcissime . . .	23	Vesper erat iam diei . . .	67
Salve horologium . . .	94	Vespertina oratio . . .	90
Salve mater nostra pia . . .	293	Vespertina tandem hora . . .	71
Salve mundi domina . . .	93	Virgo sancta Katharina . . .	157
Salve mundi recreamen . . .	124	Vox clara ecce intonat . . .	154
Salve nox sacratissima . . .	84		



Nachträge und Berichtigungen.

- S. 62. Ad Tert. 1, 3 lies *rediturum* statt *redditurum*.
- S. 67. Ad Non. 1, 1 lies *Iesus* statt *Iesu*.
- S. 70. Ad Non. 3 lies *derequisset* statt *derequisset*.
- S. 94. Ad Non. 1, 2 u. f. ist zu interpungieren: *turrisque munita David, propugnaculis*.
- S. 167. Die Nr. 73 findet sich auch in Orat. ms. Cremifanense saec. 15. Cod. Cremifanen. 398. Str. 8 fehlt auch hier. Schlussbemerkung: *Expliciunt septem horae diurnae passionis sanctae Katharinae, virginis ac martyris, factae et dictatae per sanctissimum in Christo patrem et dominum nostrum, dominum Urbanum, divina providentia papam quintum piae memoriae. Qui confirmavit praedictas horas literis suis apostolicis et concessit omnibus et singulis has horas dicentibus devote pro qualibet harum horarum annum unum indulgentiarum*.
- S. 240. Die Nr. 126 findet sich auch in Orat. ms. Lunaelacense anni 1524. Cod. Cremifanen. 412. [G] und Orat. ms. Augustinum saec. 15. Cod. Cremifanen. 413. [H]. Lesarten: 1, 1 Spina H. — 1, 2 divina H. — 1, 4 praeservavit H. — 2, 2 Tuo nato GH. — 2, 4 cunctis datis GH. — 4, 2 Verbo vitae caro G. — 4, 4 vas amoris G. — 5, 4 Super omnem creaturam G. — 6, 2 nos dona semper GH. — 6, 3 Per praegustum hic GH. — Str. 7 fehlt H. — 7, 1 Iesus Christus Amen hunc salutis censum G. — 7, 3 Corde tuo sume pia G. — H hat die Bemerkung wie BD.
- S. 280. Die Nr. 156 ist abgesehen von dem veränderten Anfange und den Lesarten identisch mit Nr. 136.








vol. 30 # 10810

THE INSTITUTE OF MEDIAEVAL STUDIES
59 QUEEN'S PARK CRESCENT
TORONTO — 5, CANADA

10 810.





GretagMachbeth™ ColorChecker Color Rendition Chart